This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at http://books.google.com/

BL
860
.S315

af

1817
ARTES
SCIENTIA
VERITAS
LIBRARY OF THE
UNIVERSITY OF MICHIGAN
TUEBOR
SI QUÆRIS PENINSULAM AMŒNAM
CIRCUMSPICE

LIBRARY OF
LAWRENCE B. EVANS
PH.B.
CLASS OF 1894

THE
GRACE L. AN

E. P. Evans

BL
860
.S315

Lawrence B. Evans

46 C

Schedius, Elias

ELIAE SCHEDII
DE
DIIS GERMANIS
SIVE
VETERI GERMANORVM, GALLORVM, BRITANNORVM, VANDALORVM RELIGIONE
SYNGRAMMATA QVATVOR

CVM FIGVRIS AENEIS.

NOTIS ET OBSERVATIONIBVS

ILLVSTRAVIT

M. JOANNES JARKIVS.

ACCEDIT PRAEFATIO

JO. ALBERTI FABRICII

THEOL. D. ET PROF. PVBL.

IN GYMN. HAMBVRG.

ET APPENDICIS LOCO

V. C. JO. GEORG. KEYSLERI

SOCIETAT. REG. LONDINENS. SOCII

DISSERTATIO

DE

CVLTV SOLIS, FREJI ET OTHINI.

CVM PRIVILEG. POT. REG. POL. ET ELECT. SAXON.

HALAE

EX OFFICINA CRVGIANA,

M DCC XXVIII.

Library
3-12-81

VIRO MAGNIFICO,

NOBILISSIMO AC JVRISCON-SVLTISSIMO

DOMINO JOAN. ANDERSON,

CONSVLI REIPVBLICAE HAMBVRGENSIS,

IMMORTALITER DE SALVTE PVBLICA PROMERITO,

S. P. D.

JOANNES JARKIVS.

PVdore nonnib
perfundor, cu
meam reputo me
cum audaciam
qua in public
forſan commod
pecco, et præclaras Tuas pr
Re, Libertate et Salute public
curas hac dedicatione interpello
at cum viciſſim e contrario reſp
cio obviam Tuam, VIR MA
GNIFICE, humanitatem, qu
Bonæ Mentis Cultores ultr
ſemper ſolitus fuiſti admittere
animum mihi ipſe addo ad Bene
volentiæ Tuæ aditum. Nolo
pro more dedicantium, aut Tu
rum laudum panegyricum ſcrib
re, aut arceſſitis adulatricis pr

dentiæ ſtrophis Tuo favori adrepere, neque enim Tua Virtus in illuſtri loco jam dudum poſita, et ſpectata inter Bonos Moderatione, aut quocunque alio, præcone egent; et ego is ſum, qui Invidiæ et Calumniæ ingenuam Maſculæ Virtutis ſimplicitatem opponere malo, quam Fortunam aut Purpuram, abiectiſſima animi humilitate, errantibus vulgo in extremo labro verbis, adorare. Longe alia ſunt, quæ in Te ſuſpicio: non illa, quæ a Fortunæ ſunt ſuſpenſa arbitrio; ſed Animum illum Tuum, Veri Rectique conſtantia integrum, excultum non minus Civilium Rerum inſigni peritia, quam uberrimo Eruditionis non vulga-

ris inſtrumento. Has vero præclaras animi dotes ac alia illuſtriora Tua merita tanti facio, ut me et mea ſtudia, cum omnibus officiis atque obſequiis meis, ex fide et formula antiqua, lubens Tibi conſecrem et dedicem. Cuius animi teſtem hunc librum, ex SCHEDII *meisque lucubrationibus compoſitum, ad Te ablego; quem ut ſerena fronte accipere digneris, ac mihi favere, etiam atque etiam, qua poſſum, animi veneratione et obſervantia rogo. Vale, VIR MAGNIFICE, et Rem tam Publicam, quam Tuam præclare, diutiſſime, feliciſſime gere! Stadæ XIII. Cal. Octobr. anni ſecundum Faſtos emendatiores* cIↄ Iↄcc *XXVII.*

LECTO-

LECTORI BENEVOLO
ET ANTIQVITATIS ERVDITÆ AMANTI

S. D.

JO. ALBERTVS FABRICIVS.

ECce Tibi lucubrationem inſignem *clariſſimi Viri* ELIÆ SCHEDII, quæ a longo jam tempore in tabernis librariis deſiderata, jam pridem commeruit, ut typorum beneficio reſtitueretur, atque ita in lucem veluti

revocata manibus ſtudioſorum poſtliminio traderetur ac commendaretur. Hanc expolitam jam variis eruditis obſervationibus auctamque uſibus Tuis offert egregius Vir, atque edito ſpecimine Hiſtoriæ Academiarum Eruditarum Italiæ, quod A. MDCCXXV Lipſiæ vulgavit, Tibi non ignotus, M. JOANNES JARKIVS, Stadenſis, qui hoc habet cum Schedio commune, ut quemadmodum ille in primo flore ætatis elegantioribus ſeſe litteris conſecravit, librumque præſentem compoſuit, ita hic eodem ſtudiorum amore à prima ætate accenſus, ſuas in illum notas publici juris facit admodum Juvenis. Neque hoc alterutri debet fraudi eſſe, quibus datum eſt corde ſagaci, eruditione et induſtria multorum non modo æquare ſed ſuperare ſenium, verum adverſus acerbiores cenſores et obtrectatores poterit eſſe juſtæ defenſionis loco.

Non dubito *Joannis* potiſſimum *Seldeni*, Viri ſummi exemplum, ſicut Herodoti olim Thucydidem, ad ſimile ſtudium ſuſcipiendum, erectam Schedii indolem alli-

allicuiſſe ac provocaſſe. Sicut enim Seldenus primum eruditionis ſuæ monumentum eſſe voluit librum de Diis Syris, quo Londini in lucem jam A. MDCXVII edito nomen ſuum famæ feliciter inſeruit: ſic et Schedius in ſpecimen ingenii doctrina exculti depopoſcit ſibi argumentum de Diis Germanis, librumque de his elaboratum ficut ſuum Seldenus in ſyntagmata, ſic Schedius in ſyngrammata diſtinxit. In eo ſaltem illi non æque uti Seldeno favit fortuna, ut quod huic contigit, libro ſuo ultimam manum imponeret abſolutumque prælis ipſe ſubjiceret, et communibus eodem plauſibus excepto Eruditorum famæ ſuæ ac laudibus vivus ac ſpirans porro intereſſet per quadraginta ferme annorum ſpatium, longeque pluribus deinde ac majoribus operibus ingenia ſibi devinciret. At Schedius ex hac vita diſceſſit necdum ſextum ac viceſimum transgreſſus annum, et plura licet affecta habens in ſcriniis, vel prælo parata etiam, ut Genealogiam Megapolitanorum Principum, et heroo carmine Franceidem ad Aeneidos exemplum XII digeſtam libris: nullo tamen monumento

ingenii ſui in lucem edito, diem obiit, librumque de Diis Germanis Patri filii unici triſtiſſimo Georgio Schedio, Scholae Guſtrovienſis Recturam tunc cum laude gerenti evulgandum reliquit.

Non opus eſt referre quam faventes lectores emiſſa primum a Patre in dias luminis auras hæcce ſyngrammata repererint propter æquitatem humanitatemque, propter ingenium ſollers ſcriptoris et propter varietatem & copiam rerum jucundarum ſcitu, tractatarumque diligenter, atque ex priſcis omne genus monumentis ubertim illuſtratarum. Ipſe Seldenus, qui plus ſimplici vice hoc opere utitur, auctori ejus, elogium *perdocti ſcriptoris* neutiquam invidet lib. 1. de Synedriis pag. 417. edit. primæ. Cum autem non minori caligine, vel majori etiam obſitæ ſint res veterum Germanorum ante ſalutarem CHRISTI lucem terris noſtris illatam, quam res priſcæ Syrorum aliorumque populorum Orientalium: non mirum eſt vel conjecturis a Schedio perinde ut Seldeno locum datum haud raro eſſe, vel etiam, quod in Bibliotheca Thomaſia-

maſiana (*) ei vertitur vitio, digreſſionibus ſubinde etiam longioribus et paullo alienioribus, ipſum indulſiſſe. Neque vero conjecturæ interdum incredibiles in medium allatæ detrahunt pretium Germaniæ antiquæ Philippi Cluverii, aut tot aliis virorum doctorum, quæ ab omnibus magni fiunt et cum fructu leguntur monumentis: aut Seldeni ſcripta non avide ab eruditis evolvuntur, quamquam et in illis evagationes frequentes licet annotare, quarum tamen tædium quod curioſiori ſe obiicit lectori, obſervationum præſtantia et copia haud difficulter detergitur.

Libenter igitur mihi perſuadeo etiam Deos hosce veterum Germanorum, ſtylo poſtumo Schedii deſcriptos atque ex Antiquitate erutos, perenne de Auctoris ingenio et doctrina teſtimonium præbituros eſſe, perinde ut Seldeni imagini adſcriptos memini hoſce verſiculos:

Qua-

(*) Summariſche Nachrichten von auserleſenen in der Thomaſiſchen Bibliotheque verhandenen Büchern, T.I. p. 52. ſq. Hamburgiſche Bibliotheca Hiſtorica Centur. IV. p. 181. ſq.

Qualis et ingenio, vel qualis ab arte, loquentur
Diique ipſi et lapides, ſi taceant homines.

Inde confido quoque hanc novam operis Schediani editionem, notationibus præcipue acceſſionibusque non contemnendis a laudato Jarkio locupletatam, ſtudioſis litterarum gratam fore et acceptam, quos et ipſe majoribus ſemper et pulchrioribus colere induſtriæ ſuæ documentis, et ad memoriam poſteritatis, famæ veſtigium felix ponere ſtudebit. Ita Vale mi Lector Humanitatis amans et Antiquitatis: ac præſtantiſſimi Editoris ſtudiis conatibusque, ſicut meis quoque fave. Scripſi Hamburgi Nonis Auguſti A. C. cIↄ Iↄcc XXVII.

PRAEFATIO EDITORIS.

QVo magis innotuit huius libri præſtantia, eo paucioribus verbis opus erit ad totius conſilii rationem aperiendam, quæ ad eius novam editionem nos praeſertim impulerit. Hanc enim flagitabat exemplorum inopia et raritas, quæ quo maior indies accrevit, eo vehementius teſtabatur, quantopere noſtri auctoris labor iis placuerit, qui antiquitatis notitiam rimari amant. Quorum commoda ut ſic quoque adiuvarentur, ſtatuit librarius librum prælis iterum ſubiicere. Quamobrem me ſollicitare coepit, ut ſi quid ad inſtruendam hanc renovatam operam haberem, ei concederem.

Quod poſtquam in me recepi, initio colligere et digerere coepi, quod ab aliis poſt hunc obſervatum ſciebam, vel perperam erat intellectum; eoque augmento me ſatis gratiæ initurum apud meum putabam, quippe cui integra manente ſuæ operæ induſtria, ipſius tamen materiæ illuſtratio inſigne incrementum lucraretur. Verumtamen dum ſic collectas ſententias inter ſe componerem, et tam diverſa ſentientium turba obruerer, commodiorem viam, qua me ex his tricis expedirem, circumſpiciens a me impetrare non potui, ut vulgarem ſocordiam tantum foverem, et ſterili excerptorum farragine defungerer. Potius ſtatui hic periclitari ingenii vires, et tentare quatenus materiæ, quam hic liber comprehendit intellectum elucidare poſſem. Itaque

que poſt recoctas ſæpius virorum doctorum opiniones et maturum examen, quæ maxime veriſimiles apparebant, nec ſolis coniecturis fultæ, ſed ſolido ex veterum teſtimoniis petito fundamento nixæ, eas ſeparatim elegi. Hinc futili religione in aliorum verba non adeo obſtrictus eſſe potui, ut non quandoque ab iis diſcederem, et perperam ſcripta notarem. Illo Catone contenti ſint, quibus ſine ſapore eſt palatum, quique propterea ſtudiorum amœnam libertatem nefarie ſupprimunt. Interim non eo impudentiæ prorupi, ut ex aliorum infami detrimento gloriolam captarem, vel fallaci diſſimulatione eius, quod hic ſecus quam oportebat expoſitum legebatur, hunc venditarem, tibi vero fraudulenter imponerem. Sed illius aliorumque doctrinam cum veneratione ſuſpiciens, nec ab ea temere digrediens de meo parce adiunxi, ne noctuas Athenas, ut aiunt. Proinde id præcipue cavi, ne verecundiæ fines violarem, quum ipſa rei veritas inſinuare apud æquos rerum arbitros debeat. Quod moderationis officium ſi ſine verioris doctrinæ diſpendio obſervaſſe qua decet videar, id mihi tanto gratius erit, quanto acriorem moleſtiam creavit huiusmodi examinis genus, quod intra certos alienarum cogitationum cancellos ſtylum coarctat. Vt taceam typothetarum vitia, atque etiam indices ſuo ordini reſtitutos auctosque ex notis. Quo opere abſoluto, ſi eum laborem tibi non diſplicuiſſe intellexero, habebo quod huic ſcriptori gratuler, et mihi ſatis grande operæ pretium nunc contingere tacite applaudam. Vale.

Nobi-

Nobiliſſimis, Magnificis, Ampliſſimis, Conſultiſſimis, et Prudentiſſimis,

DOMINIS

CONSVLIBVS,

SYNDICIS, CAMERARIIS, ET SENATORIBVS,

Inclytarum

LVBECAE,
HAMBVRGI,
BREMAE,
ROSTOCHII,
LVNAEBVRGI,
STRAALSVNDAE,
STETTINI,
WISMARIAE, et
GVSTROVII

Civitatum, qua Imperialium & Anſeaticarum, qua Principum Aulis nobilitatarum Graviſſimis & Excellentiſſimis,

Muſagetis, *hoc eſt, beneficentiæ nitore & calore Studia, & hæc tractantes, non ſecus atque Sol mundum inferiorem, foventibus, &* Fautoribus ſuis *admodum honorandis*

S. P. D.

Nobiliſſimi, Magnifici, Ampliſſimi, Conſultiſſimi, & Prudentiſſimi Viri, Muſagetæ & Fautores admodum honorandi.

DEORUM pluralitatem, ſi à Diabolo receditmus, induxit vulgi & imperitorum opinio. Hi enim, rationi lora nimium permittentes, tantam machinam, totq; & tam diverſas & diverſæ naturæ in ea res non poſſe ſubſiſtere, niſi certum cuique Numen deſtinarent, perſuaderi non potuerunt. Hinc in quam plurimas turmas DII ipſorum cœpti diſtribui. Et cum 30000 ex Romanis nonnulli Deos commenti ſint, quod ſufficere poterat ad delirium illorum & impietatem; repertus eſt Philoſophus Romæ à Gallis poſt Urbem expugnatam & Capitolium obſeſſum relictus, qui jam jam naturæ debitum perſoluturus Senatui, qui ad illum viſendum venerat; lætari ſe dixit, quod quo tempore Romam veniſſet, ingens & non ferendum dedecus vidiſſet. Urbem nempe admodum à DIIS eſſe inopem; jam autem ad numerum Civium auctum eſſe eorum numerum. Sicut enim ducenta & octoginta Civium eſſent millia, ita tot à ſe, ſingulos nempe ſingulis Deos Urbi relinqui, fore addens, ut ſuo quiſque Lare contentus publica Urbis Numina non fatigaret. Et horum quidem vanitas ne imperitis plane tecta maneat, præter Ianum, Saturnum, Iovem, Genium, Mercurium, Apollinem, Martem, Vulcanum, Neptunum, Solem, Orcum, Liberum patrem, Tellurem, Cererem, Iunonem, Minervam, Lunam, Dianam, Venerem & Veſtam: Infinitoſque alios ab officiis, quibus præficiebantur, ex hominibus in Deorum numerum adoptarunt. Tales erant Cautius, Lucina, Opis, Vagitanus, Cunia, Rumina, Stellinus, Adcona, Mens, Volumnus & Volu-

Volumna, Bellona, Victoria, Honorinus, Aeſculanus, Pecunia, Feſſonia, Pellonia, Spinienſis, Rubigo, Fortuna, Muta, Agenoria, Stimula, Murtia, Runcina, Aeſculapius, Iugatinus, Vallonia, Seja, Segetia, Tutilina, Flora, Matura, Ruana, Forculus, Limentinus, Priapus, Portulus, Carda, Sylvanus, Febris, Pavor, Meretrix, Cloacina, Quies, Theatrica, Proma & Pertunda, Patellana ſeu Patula, Nodutis ſeu *Nodutus*, Orbona, Mellona, Deus Lucrius, Libentina, Volupia, Conſus, Victa, Potua vel Potina, Educa vel Eduſa, Laverna, Fauna vel Fatua. Et quis omnibus recenſendis ſit ſufficiens? Qui plures & plura de his, horumque muniis audire cupiſcit, adeat Arnobii l. 3. & 4. diſputat. adverſus Gentes, uti & obſerv. in eoſdem p. 74. 75. 82. 83. 104. adeoque legat totum opus, lectu digniſſimum. H. D. Auguſt. Iohannem *Bocatium* & Guevar. Horologium l. 1. c. 12. O Deorum (exclamare liceat cum Arnobio) aſſertio religioſa! ô amplitudinis metuendæ venerabilem monſtrans & inſinuans dignitatem! Siccine apud vos (ſcil. Gentes) quæſo ſupernarum naſcitur eminentia poteſtatum? Hoſne DIIS, quos veneremini, quibus ſiatis ſupplices, accenſetis, quos talibus nominibus inſignitis, (Petron.) quæ ipſe pudor atque naturalis verecundiæ lex abſcondere jubet? quæ enumerare, *quæ perſequi probus* audeat nemo? Ex his & infinitis aliis, non minus abſurdis, quam impiis videmus, homines, ſi extra verbum revelatum & Scripturam Deum quærere velint, in infinitos & inexplicabiles præcipitari Labyrinthos. Tanto autem non Numinum, ſed Idolorum, ex hominibus in Deorum numerum aſcitorum ſtipata vetuſtas Ethnica,

quod ex his quidve poſcerent, ignorantes, tandem deſperare cogebantur. Nos ex DEI benignitate gratia cœleſti illuminati ſcimus, omnes has & hos quocunque nomine venditentur, Diaboli fraude hominibus veri DEI ignaris fuiſſe obtruſos. Apoſtata enim hic omnium primus & antiquiſſimus, de cœlo in aërem caliginoſum præcipitatus, infra ſuam dignitatem hoc factum ferebat, quod, qui voluerat Filio non ſaltim DEI æquiparari, ſed etiam eundem ſuperare, ipſius pedibus olim calcandus ſubdi & proſterni deberet. Pro tanta, ut malitioſe Veterator nequiſſimus putabat, infamiæ nota ſibi inflicta cum Deum ulciſci non poſſet; immani & implacabili ſui Conditoris odio exarſit, ut quovis modo de parte hominum præcipua veteratorie decipienda, ſecumque in loca horroris timoriſque plena præcipitanda cogitaret. Mox ergo à condito Mundo primos homines, & ex iis ſequioris ſexus Evam aggreſſus guſtatione fructus ex arbore ſub amiſſione ſalutis æternæ decerpi & veſci prohibiti, quaſi ad vitam perpetuandam conducturus eſſet, ab obſequio Deo debito abduxit. Hoc nequitiæ ſuæ edito tyrocinio Cainum ad fratri Abelo inſidias ſtruendas impulit, quod victimam de pecorum primigenis DEO probari; ſuum contra munus de terræ frugibus libatum improbari videret. Poſt invaſit Gigantes ex Filiis Dei, id eſt, Principum, & filiabus hominum, ſcilicet atheorum natos, & ad oppreſſionem cæterorum illius ſeculi mortalium, libidiniſque & omne genus malitiæ ſervitia quaſi factos, diabolicas ſuas artes illis inſufflavit. Hos autem, quia centum & viginti annis de ſua converſione & reſipiſcentia admoniti non parebant,

univerſali Deus cataclyſi ſuſtulit. Ab hiſce Gigantibus antediluvianis Magiam CHAMUS, poſteros ſuos, Ægyptios, Chaldæos, Perſas, & alios eandem docuit. Hunc Chamum Beroſus nominat *Zoroaſtrem*, quaſi vivens aſtrum. Videns hic, referente eodem, Noam parentem alios ex ſeſe genitos amare ardentius, ſe unice deſpici; infenſus Patri, occaſione captata ex tumulentia, qua ille captus jacebat genitalia denudatus, ejus virilia manu venefica tetigit, taciteque magico carmine ſubmurmurans, eum ſterilem, & ad fœmellam aliquam fœcundandam inhabilem fecit. Impiiſſimum ſane impiiſſimi filii facinus, divina, quæ ex paterna maledictione ſubſecuta fuit, animadverſione, & æterna damnatione dignum! Ictus enim fulmine periit. Anima autem ejus ab illius diſcipulis inter ſidera credebatur relata, dicebaturque ab iiſdem *Zoroaſter*, ac ſi dicas, *vivens aſtrum*. Hiſtoriam pluribus perſequitur Majolus, ubi vide. Ex eo tempore ne quid vafer ille ἀνδροκόβαλος & fraudulentus veterator de ſuo uſpiam dominio decedere pateretur, multitudinem Oraculorum induxit. Perſpiciens enim ad mandatum Dei paratum eſſe Superhumerale, cui mira arte inditum erat EPHOD, lapillis precioſis elaboratum, non prius quieſcendum ſibi putabat, quam ex Eccleſiæ ſedibus proſtibula, ex quibus ad ſuum dominium augendum indies accederet incrementum, faceret. Erat autem EPHOD textum ſpithamæ magnitudine, inſtar Pectoralis, ex aureis fili arte varia confectum. In medio erat velut ſtella, tota aurea. Utrinque bini Smaragdi, quorum uterque ſenas Tribus Iſraëliticas inſculptas gerebat; Adamante inter utrumque interjecto. Eratque duobus

verbis inſcriptum, URIM & THUMIM. Illud ſunt, qui interpretantur *lumina, claritatem;* Hoc vero *perfectiones, integritatem & veritatem.* Gemmæ ordine erant diſpoſitæ in hunc modum: Primus Ordo tenebat Sardium, Topaſium, Smaragdum: Secundus Carbunculum, Sapphirum, Iaſpidem: Tertius, Ligyrium, Achatem, Amethyſtum: Quartus demum Chryſolitum, Onychium & Berillum. Hoc Summus Pontifex in pectore geſtabat, & ex eo diligenter inſpecto vaticinabatur. Et Deum quidem de aliqua re interrogaturus colligebat Ephod in pallio, in medio pectoris, & inferne manus ſupponebat. Ita reperiebatur in palmis ejus planum inſtar tabulæ, & in Ephod intuens Deum rogabat. Si res, quæ gerenda erat, bene ceſſura eſſet, quæſtione propoſita gemmæ vivida micabant luce. Quod ſi DEUS populum hoſtibus daturus erat, ſanguineæ apparebant; ſin peſte eundem afflicturus, nigreſcebant; aut inſpiratus à DEO Sacerdos futura prædicebat. Si vero non edebatur reſponſum, certiſſima erat iræ divinæ ſignificatio. Unde Sauli, quia à Deo rejectus erat, & ipſe ab eo impie deſciverat, neque Prophetia, neque ſomnio neque Λογίῳ, id eſt, Oraculo, ſeu per *Vrim* & *Thumim* reſpondebatur. Hucuſque ex Bodino, & forte aliis Zuingerus. Et hæc, quæ de Ephod adduxi, impoſtor ille Cocytius æmulando perficere conatus, dum majorem hominum partem inquietis animis magis intentam futuris quam tranquille fruentem præſentibus vidit, facile, quæ voluit, obtinuit. Falſis certe homines miraculis effaſcinando perfecit, ut obliti conditoris, & ſui ipſorum, non amplius eo modo, ea lege, eo denique fine ſacrificia offerrent, quo Deus

ſibi

ſibi ea offerri mandaverat; in natura vero non amplius veſtigia ſapientiæ & prudentiæ divinæ ſcrutarentur, neque cauſas mirandorum operum, effectaque, nec quo conſilio facta, quibus uſibus deſtinata eſſent, inveſtigarent: ſed creaturis abuſi vel ſignificationes eis affingerent certorum eventuum, plane contra naturæ ordinem, et primam conſtitutionem, ut recte & copioſius de his Peucerus. Sic Diabolus quo tempore in animis hominum nondum omnis de DEO opinio erat obliterata, præſtigias ſuas colore veritatis divinæ fuco incruſtatas in locum veri cultus invexit, & miraculis præſtigiatoriis confirmavit.

Et quia hic impoſtor vidit, DEVM ad certam gentem, certumque locum ſemet alligaſſe, ubi haberet aram & ignem, id eſt, ubi vellet adorari, ſacra ſibi fieri, & invocantibus ſe præſto eſſe, nec non ſciſcitantibus vel oretenus, vel per Ephod, vel per viſiones & ſomnia reſpondere; ne hac parte DEO videretur eſſe inferior, certa ſibi loca elegit, in quibus à ſubjectis ſibi Vaſallis delubra ſibi fieri voluit.

Quanquam autem ex luce naturæ facile perſpicere poterant, in cenſu longe majore habendum univerſi hujus Conditorem, quam ejuſdem manuum opera; quantumvis precioſa; tamen eouſque impietatis progrediebantur, ut aliquot ſeculis poſt Noæ & ejus filiorum poſteri nefanda ſeſe idololatria pollueren. Chamo enim, cui Libya, et pars Aſiæ ſorte ceſſerat, auguſtiſſimum templum Danaus quidam Ægyptius condidit ultra Cyrenen in extremo ſinu apud Garamantas. Deaſtri hujus ſimulacrum è Smaragdis aliiſque gemmis coagmentatum circumferebatur in aurea navi ab octoginta ſacerdotibus eo, quo nutus &

voluntas Dei, ſcilicet, illos agebat. Subſequebatur ingens virginum & matronarum numerus hymno patrio Deum laudantium. Idolum ipſum Hammonis pelle amictum hircina, capite & cornibus arietinis colebatur.

Alterum Noæ Filium JAPHETUM Epirum, & quidem editiora hujus loca tranſiiſſe, urbemque ibi ampliſſimam de ſuo filio Dodonim Dodonam dictam, erexiſſe referunt Hiſtorici. Huic Dodonæ nemus vicinum erat quercinum, ubi Oraculum conſulentibus quercus motæ & inſonantes reſponſa dabant. Zenodotus tradit, duas Dodonæ fuiſſe columnas, in quarum altera pelvim poſitam æneam, in altera penſile pueri ſimulacrum, flagellum æreum manu tollentis. Si quando itaque ventus flabat vehementius, ſcutica impulſa pulvim feriebat. Et quia lebetes, ſeu pelves illæ ex ordine ſe contingebant, fiebat, ut ſonitu per contactum ab aliis ad alios ſuccedente tinnitus in longum tempus duraret, ſono nempe in orbem redeunte. Hæc duo oracula, reſponſis Diaboli nobilitata, ex familia Noæ prodidiſſe multi graviſſimi Autores teſtantur. Et Clariſſ. quidem Peucerus illa exiſtimat initio fuiſſe Scholas Patrum, quas poſt Cataclyſmum aperuerint, & veram de DEO vero doctrinam in iis docuerint. Hujus opinioni ut in Japheto libenter accedo: Ita, quoad Chamum, ab ea ſecedo. Erat *Iaphetus* in Deum pius, debitaque Patrem reverentia perſequens. Hoc teſtatum faciebat, dum patris verenda & ipſe & Semus amiculo humeris impoſito averſa facie contexerunt. Unde & pars benedictionis apud JAPHETUM manſit, ut vaticinium audiret latiſſimum de poſteris ſuis in locum Semita-

initarum ſive Iudæorum ſurrogandis. Fieri hinc potuiſſe credibile eſt, ut, ſicut in familia Semi benedictio ſine interruptione manſit: ita & Japheti poſteri diu ejuſdem participaverint, donec Japheto, filiis & nepotibus, penes quos verus veri DEI cultus permanſerat, morte interceptis, cum peregrinatione, converſatione cum gentibus externis, & harundem fœda permixtione, religionis tetra confuſio ſubſequuta eſt. Videmus, ſi hæc cui forte à vero abſona videbuntur, idem contigiſſe tempore Hieroboami, qui cum tranſlatione decem Tribuum verſus Samariam, ſimul horrendam vituli aurei idololatriam induxit. Chamus vero totus ex impietate conſutus, idololatriæ & incantationi pervicaciſſime deditus, ſimulque opibus & religione paterna ob deriſum Patrem exutus, occupata Ægypto & Arabia infinitæ ſuperſtitionis autor fuit, & malorum dæmonum cultum longe lateque propagavit. Fuitque Arabia quodam quaſi fato terra gentibus humanis peſtilens. Siquidem Mahumetes poſt tres ſeculorum decadas, ſi accedant anni 229. ſuas horrendas blaſphemias, ex hac velut arce ſpargere cœpit. Ex duobus his delubris, altero in extremis Libyæ, altero vero in Epiro, velut metropoleſi omnis idololatriæ fundatis & ſtatuminatis Diabolus plura ſucceſſive oracula produxit, velut ex hydræ uno capite præciſo *multa alia naſcebantur*. Hinc enim prodiit templum in *Daphne*, *Antiochiæ* ſuburbio magnifice & precioſe elaboratum, à Seleuco Antiochi Patre exſtructum. Hinc Branchidarum ſeu Dindymorum in Mileſia; hinc illud in Delo, Cycladum clariſſima; hinc Colophonium Ioniæ; hinc illud in Ptoo monte Bœotiæ; hinc Thebanum ejuſdem regionis; nec Jo-

vi ſaltim & Apollini, ſed & Diis, ut vocabant, minorum gentium fana extruebantur. Siſtit autem ſeſe nobis primum Mercurii in Pharis Achaiæ oppidi foro, ridiculum potius, quam dignum, quod mireris. In pauca contraham, ut noſtra felicitas, miſellorum contra iſtorum dementia appareat. Extabat in foro ſignum Veſtæ marmoreum ante Mercurii ſtatuam. Huic appoſitæ erant plumbo ferruminatæ æneæ lucernulæ. Deum conſulturi thure prius incenſo Veſtam placabant, mox lucernas oleo infuſo incendebant. Tum nummum æneum patria nota ſignatum in dextra aræ parte dedicabant. Ubi quod ex uſu eſſet rogarat, aurem ſimulacro admovebat; inde in forum abiens, aures manibus premebat. Ut primum exceſſit e foro, quam primum manu amota excipiebat vocem, oraculi eam loco ſibi ducens. Bacchus tribus oraculis, duobus in Thracia, & uno in Phocide clarus erat. Herculei oraculi Buræ, Achaiæ oppido, ſortes ex tabula per talos capiebantur.

In Æſculapii apud Epidaurios & Pergamenos templo ſanitatis recuperandæ ratio diſcebatur, perinde & Argis in Cicilia. Quid dicam de Podalirio, Amphiarao, Trophonio, Orpheo, Epapho, Apide, Serapide, Acidalo, Terra, Fortuna, Cerere, Latona, Iſide, Ino, Paſiphaë, Daphne, Nymphis? Et veſani quidem ſingulorum cultores à ſingulis ſua tempeſtate reſponſa modis ferebant diſſimilibus.

Expedivi, qua maxime fieri potuit, brevitate, quomodo ſenſim à vera, pura & primæva religione deſciverint Filii Noæ. Supereſt, ut in ſpecie aliquid dicam de noſtra Patria, nec tam de hac, quam ſimulacris atque Deaſtris loco veri Dei in illa cultis. Requirit hoc

autho-

authoris mens,& ipſa librilenes. Faciam,ſed paucis, ſed tribus verbis. De Jano refert Beroſus,quod Principes homines ad novas ſedes quærendas,& communem cœtum inter homines agendum,urbesque ædificandas adhortatus, tres orbis partes, ut ante diluvium viderat, Aſiam, Africam & Europam illis deſignaverit. Et ut reliquos ſilentio involvam, Tuyſconem Sarmatiæ feciſſe Regem à Tanai ad Rhenum, junctoſque illi omnesque filios Iſtri & Meſæ cum ſuis fratribus ab Adula Monte ad Meſemberiam uſque Ponticam, idem ibidem refert. Hic Tuyſco, Noæ Filius,Germanorum Sarmatarumque Pater, horumque duos dixi,primusRex,eum probe intelligeret ſine Juſtitia & absque religionis metu, neque Remp. coaleſcere, neque licentiam hominum contineri poſſe; jura dabat, legesque ferebat, & eas carminibus complectebatur, quæ publice & privatim cantarentur,ne aut oblivio obliteraret, aut ignorantia excuſaret. Suffragatur his *Tacitus*,cum dicit: Celebrant Germani carminibus antiquis,quod apud illos memoriæ & annalium genus eſt, *Tuyſconem terra genitum &c.* Hanc alii vocant Hertham,ex qua, ſi unica litera mutetur & altera dematur, deſcendit Terra.

In matrimoniis erat prudens,ſiquidem à teneris duritiæ ac labori ſtudere ſobolem præcepit, quod qui diutius manerent impuberes & cœlibes, majore inter ſuos mactarentur laude. Ali etiam hac ratione ſtaturam, augeri vires, nervosque conſolidari & confirmari putabat. Intra annum vigeſimum fœminæ notitiam habuiſſe, in turpiſſimis haberi volebat. Exiſtimabat,ex ſera juvenum ætate,& inexhauſta pubertate, ſi nec virgines ſolito citius nuberent, ſed eadem

juven-

juventute, ſimilique proceritate pares validique miſcerentur, liberos, parentum robur relaturos. Nec minus in cavendis ſeditionibus prudens erat. Videbat autem haſce ſtrui & excitari divitiis. Ideo nulli certum modum agri aut fines proprios habere permiſit. Sed magiſtratus ac Principes in annos ſingulos gentibus & cognationibus hominum, qui una coierunt, quantum eis & quo loco viſum erat, attribuebant agri, atq; anno poſt alio tranſire cogebant, ne latos fines parare ſtuderent, potentioresque poſſeſſionibus humiliores expellerent; neve accuratius ad frigora atque æſtus vitandos ædificarent, ne qua oriretur opum cupiditas, qua ex re factiones & diſſenſiones naſcerentur, ut animi æquitate plebem continerent, cum ſuas quiſque opes cum potentiſſimis æquari videret. Cumque nulla re magis, quam religione hominum animos coaleſcere optime ſciret, ſuos in patrio veri DEI cultu & adoratione retinere ſatagebat. Ideoque lucos & nemora, pro more illorum temporum, in quibus res divina fieret, conſecrabat. Arbitrabatur enim, cœleſte Numen pro magnitudine ſua nec parietibus cohiberi, nec in ullam vel hominis vel fluxæ alterius rei ſpeciem vultumve aſſimulari poſſe aut debere. Tandem cum bene ſapienterque annos centum ſeptuaginta ſex in regno expleſſet (vitæ enim plus quam ducentos complevit) ex hac vita migravit, anno orbis ab aquis liberati ſupra trecentiſſimum ſeptimo. Et quoniam ob merita ſuarum virtutum & munerum charus erat his, quibus imperaverat; magnum ſui mortuus illis deſiderium reliquit. Idcirco priſci ipſum communibus omnium ſuffragiis ob miraculum ſapientiæ & bonitatis, ſicut

indi-

indigetem & DEI interpretem ac nuncium (id enim Germanorum lingua Tuiſco valet) conſecrarunt, ac pro DEO habere cœperunt. Hucuſque Avent. in l. 1. Annalium Bojorum.

Ex commemoratis manifeſtum fit, ut primum Noa cum Filiis in vera religione imbutis, ſuis quiſque regionibus & partibus orbis, quibus præerant, ſatis conceſſerant, januam idololatriæ maximam fuiſſe apertam. Et qui corrupto toto orbe non corrumperetur Germania? cum primis cùm illi in viventium contubernio eſſe deſiiſſent, quorum pietate & autoritate tenus hæc Religio ſincera & incorrupta manſerat. Nemo tamen ſibi perſuadeat, hoſce Noæ filios & nepotes, quo tempore has oras incolere cœperunt, ſtatim a veri DEI agnitione deſciviſſe; probabilius videtur, illos à Chamitarum idololatria in tantum abhorruiſſe, ut relictis ad tempus ſuis ſedibus Heſperiam extremam, alias Hiſpaniam, & tandem Africam ingreſſi fundatam à Chamo idolomaniam tam placide quam vi extirpare tentaverint. Hinc fabula Poëtarum orta de Titanibus, qui Jovem cœlo exturbare conati ſint; cum per Titanas intelligantur Teutones vel Tuiſcones, & per Jovem Chamus, qui illis eſt Jupiter Hammonius. Cum itaque aliquam multa ſecula veri DEI cultores extitiſſent, tandem in ſenſum perverſum diſtracti à creatore ad creaturas, proh nefas! delapſi; & ampliandis regionibus dediti, quid nobiliſſimo corporis inquilino, animæ fieret, parum curabant. Hinc ſenſim factum, ut loco unius & veri DEI tanquam minus conſpicui, adoptarent in numerum Deorum Solem, Lunam, Martem, Saturnum, Jovem, Mercurium, Venerem & alia ſidera. Ex his Mercurio ſummum tribuebant honorem, appellitan-

tes

tes *Teutatem*. Hic illis erat inventor artium, viarum ductor, pecuniæ & divitiarum quæſtor. De hoc Autor aget cap. 5. Syngram. 1. Proximum honorem deferebant *Heſo*, illis *Mars* dicto. Uterque autem ſanguine humano placabatur. De hoc cap. 6. *Belenus* hunc excipiebat vices Apollinis gerens. Dictus haud dubie à Belo Aſſyriorum Rege, à quibus catalogo Deorum inſcriptus Bel dicebatur, in ſacris *Baal*, de quo cap. 7. Tandem *Tharamis*, qui Jupiter credebatur, cap. 8. Religioni exercendæ deſtinabantur *Druydæ* maximæ inter illos autoritatis. Nec enim ſine horum conſenſu quicquam alicujus moliminis vel in bello vel alias ſucceſſum felicem habere poſſe autumabant. Luci nec quilibet, ſed maximis & vetuſtiſſimis quercubus referti, illis erant pro templo. Modum, DEO arborem, cui inſcribebantur nomina jam denominata, dedicandi, exhibet cap. XII. Syngram. 1. & cap. XXIV. Syngr. 2. Hoc hactenus.

Porro ſtatuas fuiſſe poſitas Heroibus, ſunt qui memorant fidei non ſubleſtæ Hiſtorici. Initium, ſtante adhuc vera religione, factum à Tuiſcone, cui honoris gratia ſtatua poſita poſteris ceſſit in Idololatriam. Hercules vero Bojorum Rex, ultimus Germaniæ Regum, quos Beroſus recenſet, ab obitu non ſtatim fuit adoratus, ſed ob facta heroica magni æſtimatus, de quo cap. 2. Syngr. 3. Fuerunt & alia Germanis ſimulacra non minus celebria, ex quibus primo prodit **Irmenſül**, cujus nomen ſunt qui ab Hermete ſeu Mercurio, alii ab Arminio Cheruſcorum Principe deducunt, ut ab illo dicatur **Hermetisſeule**, ab hoc vero **Hermensſäule**, quæ voces a poſteris corruptæ converſæ ſunt in **Irmonsſäule**: His accenſetur *Radagaſtus*, Vandalorum & Gothorum Rex, qui crudeli-

tate immaniſſima ductus DIS ſuis Romanorum ſanguine ſe litaturum juraverat, à *Stilicone* potius fame quam ferro oppreſſus & abſumptus, inter ſuos divinos meruit honores. Rugianorum quoque Heroës DIS ob res præclare geſtas accenſiti ſunt. His annumeratur Rugievitus ſepticeps Rugevail, Parovitus Pentacephalus Barovail. Erant & alii Paronutius, cui cum quatuor capita humeris eminerent, quintum inſuper loco pectoris erat. Erat Zedutt, vel Jedutte; Flinz in honorem Viſilai Regis Obotritarum. *Baſanus* Baſangott. Syeba Herulorum. Hi & alii ex hominibus divinos honores erant adepti. Et locum merentur in III. Syngrammate. Quartum deniq; paucis pagellis abſolvent Idola dæmonum potius, quam Deorum, puta *Triglaffi* Erigla, Crodonis, Saturni; Jovis Hammonii, à cujus nomine creditur eſſe Hamburgum. A Romanis inſuper & Græcis petiti Mars, unde Martiſburgum Miſniæ, Weſtphaliæ, & ad littora lacus Bodmici; Mercurius unde Hermesleben; Luna, unde Luneburg. Sol, hinc Soldwedel. Caſtor & Pollux, Prono, Suantovitus, Herda vel Terra, Belbog, & Zernebog. Hiſce totum opuſculum abſolvetur. Conſulatur etiam de nonnullis Vetus Pomerania Clar. Jo. Micræli, in variis locis Erpoldus Lindenbruch. M. Pet. Albinus. Chronicum Sax. Helmoldus, & alii.

Cumque hic labor potiſſimum eo ſit directus, ut ob oculos ponat, in quantis *anteceſſores noſtri tenebris* verſati ſint: & quanta felicitate nos fruamur; noſtrum eſt tantum à DEO in nos collatum beneficium gratis animis agnoſcere, ne noſtra DEO ingratitudine permoto, tantum nobis theſaurum ſubtrahendi, & loco Veritatis cœlicæ nebulas mendaciorum ex Orco revocatorum nobis offundendi anſa ſubminiſtretur.

Quod reliquum eſt, *Viri Nobil Magnifici, Ampliſſ. Conſultiſſ. & Prudentiſſimi, Muſagetæ & Fautores Muſarum* piarum *eximii*, ad vos jam meus ſe vertit calamus, ad vos, inquam,

quà

qui major pars eſtis una nobiſcum illarum gentium, quæ pro Junone, ut ajunt, nubem; pro Penelope ancillas; pro veritate cœleſti mendacia putida; proq; Deo vero μορμολύκεια Styge orta, & Diabolum complexæ ſunt & adorarunt. Et optarim quidem, Filium meum, hujus & aliorum operum autorem genuinum eatenus vixiſſe, ut in manus veſtras, perinde apud animum propoſuerat, tradere potuiſſet! Sed Devs, qui terminum cuique præſcripſit, quem tranſgredi non poteſt, ipſum in meliore ſtudiorum curſu, cum Cracoviam, auditurus ibi jus Canonicum profitentes tenderet, mature, annum nempe 26. ætatis agentem *Warſoviæ* Apoplexia ſurreptum ἐς τὸν ἄνωθεν βίον ἐκ κρεάων γῆν 2. Martii Anno 1641. avocavit. Ego vero, quem jure paterno concernunt ipſius fœtus, quos in prorſa (ut cum Calcagnino loquar) ſimul ac vorſa ſcriptos poſt ſe reliquit, ut ſatis pio & ardenti ejus deſiderio facerem V. N. M. A. C. & P. hoc Opuſculum IV. Syngrammatum de DIS Germanis vel veteri Germanorum Religione ab ipſo ante ſuſceptum iter Regiomontum verſus iiſdem conſecratum, nunc demum ex meo phrontiſterio productum ſummiſſe offero. Eſt labor fateor juvenis, unius, cum calamum labori admoveret, & viginti annorum, ſed à multis viris doctis (præfiſcini dixerim!) ut publici juris fieret, ſæpe expetitus. Horum voto, & defuncti cineribus, qui hoc ipſum clamitare & ſuo jure poſcere videntur, ut tandem ſatisfiat, ipſa pietas & ἐπιείκεια, ne indefeſſi labores ejus intercidant, quaſi imperant. Non Ariſtonis januam frequentare Cæſar dedignabatur, neque Pompejus Cratippi: Et vos *Viri Nobiliſſimi, Magnifici, Ampliſſ. Conſultiſſ. Prudentiſſ.* quos NATI olim mei, νῦν ἐν ἁγίοις, Manes pie Vobis deſtinarunt, labores facili manu ſuſcipite, veſtroque patronatu adverſus invidorum morſus fovete. Sic abunde gratiarum pro fideli educatione & ſumptibus in Filii ſtudia abs me erogatis ad me tranſiiſſe gloriabor & gaudebo, cum tantis placuiſſe Viris conſtiterit, quorum Reſpublicæ hactenus, dum omnia in pejus ruere & retro labi viſa ſunt, ſalutaribus conſiliis ad multorum invidiam floruerunt; & utinam æternum floreant! *Valete Viri inclyti!* Ἡμῖν τε θεὸς τόσα δοίη, ὅσα φρεσὶν ἡμῶν μενοινᾶτε, καὶ ἡμῶν σωτήρια ἐσὶ ψυχαῖς.

GVSTROVI A. 1647. die Martii 2. qui Autori hujus opuſculi A. 1641. *Warſoviæ Sarmatarum Regis regia* erat emortualis.

ELIAE

ELIÆ SCHEDII,

DE

DIIS GERMANIS

SYNGRAMMA PRIMVM.

CAP. I.

De Germania. *Termini. Diu Romanis incognita. Quæ cauſa.* Germani *unde.* Πολυώνυμος. Scythia. *A Rege Scytha. Incognitæ gentes Scythæ. Getarum regio.* Gethæ *Germani.* Sarmatia. *Amazones. Cimbrorum fœminæ. Valaſca Boëmorum.* Mäzen. Celtæ *triplices. Galatæ. Galli. Germani. enones Germani. Romam ſub Brenno ceperunt. Explicati Florus & Oroſius. Cimbri Germani.* Germania *alias* Gallia comata. *Cæſar correctus. Cauſa. Galli ambitioſi. Luddus reprehenſus. Brennus non Britannus. Britanni non polluerunt mari. Bodinus. rejectus. Cimbri illi,* Gallogræci. Galatæ *Germana uſi lingua. Gallorum priſcorum lingua a Germana diverſa. Plerique Gallorum a Germanis orti. Belgæ. Treviri. Nervii. Vangiones. Triboci. Nemetes. Vbii, Batavi, Galli*

extransrhenanis. Galliæ regnum cum Germania olim unum. *Germani* Britanniæ *domini. Ingentis ſtaturæ. Diod. Siculus Cæſari contradicit. Religio a Romanis ad Britannos & Gallos* translata. *Galli a candore dicti.* Ciſalpini. Tranſalpini. Alemannia. Francia *vel* Franconia. Teutonia. Sedes *Rom.* Imperii. *Germani fidei tenaces. Effreni. Invicti. Martii. Rhenus & Danubius incurſionum Germanicarum objices. Regio nunquam in provinciam redacta. Incolæ* indomiti. *Romanis pacem vendidere. E principibus Germanis eligitur* Cæſar. *Cui vi ſolius electionis competit juriſdictio. Error a Papa* Imperium *dependere. A ſolo Deo. Septem* Electores. *Archiepiſcopi. Principes. Duces. Comites. Vrbes liberæ Imper. Academiæ. Germanorum inventa.*

NE quis litem nobis, veſtibulum hujuſce diſſertationis ingrediens, de inſcriptione ejus moveat, tam Germanorum, quam cæterarum Gentium Numinum congeſto chao; abſolute hanc materiam tractare viſum fuit. Maſſa quamvis hujus tractatus primaria ſit Germanorum, Gallorum, Britannorum numinum catalogus, quorum Hiſtoricorum non infima pars meminerunt: nihilominus tamen generalem titulum, qui una facie finitimarum gentium ſacra involveret, vel remotiorum ſimiles ritus contineret, præfiximus. Germaniæ enim nomen latiſſime diffuſum, paſſim in fini-

finitimas tranſiit nationes. Regio hæc a Rhodano, Oceano Germanico, Mari Adriatico, Tanai & Ponto Euxino a cæteris nationibus ſeparatur, Aventin. l. 1. Annal. Bojor. Antiquiſſimi ſane Germani minimeque aliarum gentium adventibus & hoſpitiis mixti. Quia nec terra olim, ſed claſſibus advehebantur, qui alias ſedes quærebant: & immenſus ultra, atque, ut ſic dixerim, adverſus Oceanus raris ab orbe noſtro navibus aditur. Tacit. in l. de mor. Germ. Serius tamen Romano populo cognita fuit; quamvis formidatum gentis nomen terras antehac remotiſſimas pervaſerit. Cauſa ſane videtur eſſe eadem, qua Ioſephus l. 1. contra Apionem genti ſuæ Iudaicæ ignorationem excuſat: *De vetuſtate Iudæorum nihil eſt ſcriptum, quamvis omnium vetuſtiſſimi ſint, ob eam rem, quod Iudæi neque maritimam regionem habitarint, neque mercimoniis ſe exercuerint, quorum converſatio cum Græcis remotior fuerit: nihil offerebatur in antiquis temporibus, quod permixtionem Græcorum illis faceret: ſicut Ægyptiis mercimonia, quæ ab iis rejiciuntur, & ad eos rurſus introducuntur.* Atque hoc itidem circa Europam contigit, quando de Romanorum civitate tam longo tempore adepta poteſtate, tantasque cauſas belli conficiente, neque Herodotus, neque Thucydides, nec nullus, qui fuit cum iſtis, fecit aliquam mentionem, ſed ſero tandem, & vix ad Græcos potuit eorum cognitio pervenire. De Galatis enim & Hiberis ſic ignoravere. Hi enim putantur ſubtiliſſimi Scriptores, quorum eſt Ephorus

rus, ut unam civitatem arbitraretur Iberos, qui totam partem Heſperiæ terræ noſcuntur inhabitare. Quomodo ergo mirari decet, ſi neque noſtra gens plurimis erat certa, nec ad ſcribendum de ſe aliquam dedit occaſionem. Hactenus ille. Cæterum Germaniæ vocabulum, teſte Tacito in l. de Mor. Germ. recens, & nuper auditum. Quoniam qui primo Rhenum tranſgreſſi Gallos expulerant, tunc Tungri, nunc Germani vocati ſunt. Ita nationis nomen, non gentis evaluiſſe paulatim, ut omnes primum a victore ob metum, nunc a ſeipſo invento nomine Germani vocarentur. Alias, referente Aventino l. I. Ann. Boj. Germania terrarum Europæ maxuma, & pluribus diſtincta nominibus. Nam & Scythia, Getarumque regio, qua contingit Pontum, vocabatur: ultra Viſtulam Orientem verſus Sarmatia (id quod tamen falſum:) citra vero & Galatia, & Gallia, & Celtica: etiam nunc Alemannia, Francia & Teutonia. De Scythia primo dicendum arbitror. Hæc eadem cum Germania. Nomen a Rege Scytha deductum, de cujus nativitate mira ſane Herodotus l. IV. prodidit: matrem ejus Hyleam * vixiſſe in antro ancipitis naturæ, humanæ ac ſerpentinæ: ſuperne quidem femore tenus fœminam, inferius viperam. Herculem illam compreſſiſſe, quo recuperaret equos ablatos, & abeuntem flenti dediſſe arcum, baltheumque, qui baltheus in extrema com-

* Scythis matrem *Schedius* oſcitanter *Hylæam* nominat, quando id proprium fuit nomen terræ, ubi fœmina iſta ſive a Jove ſive ab Hercule ſit compreſſa.

commiſſura haberet auream phialam, & his donatis abiiſſe. Illam pueris natis nomen impoſuiſſe, uni Agathyrſo, ſequenti Gelono, noviſſimo Scythæ. Et cum in virilem ætatem adoleverant, eandem mandatorum memorem illa peregiſſe, & duos quidem filiorum Agathyrſum & Gelonum, qui propoſito certamini non ſuffeciſſent a matre ablegatos e regione exceſſiſſe. Scytham vero, qui arcum tetendiſſet ibidem remanſiſſe, & ab illo Scytha Herculis progeneratos, qui deinceps fuerint Reges Scytharum: ab illa autem phiala Scythas ad hanc uſque ætatem phialas in baltheis ferre, & id ſolum Scythæ matrem excogitaſſe. Cui Diodorus quoque Siculus l. 11. Biblioth. aſtipulatur; niſi quod pro Hercule Iovem ſubſtituit. Celeberrimæ autem Scytharum gentes, ut Plin. l. VI. N. Hiſt. habet, Sacæ, Maſſagethæ, Daæ: Gethæ, Daci Romanis dicti. Plin. l. IV. alias Sarmatæ, Græcis Sauromatæ, eorumque Hamaxobii, aut Aorſi, alias Scythæ degeneres. Et hi nulli alii, niſi Germani. Gentes enim incognitas ſibi, e Scythia progreſſas arbitrabantur priſci. Scythia autem remotiſſima, & quaſi alio ſub ſole putabatur ſita. Strabo ſane libr. XI. Geogr. Septemtrionem & Oceani partes a Scythis incoli ſcribit. * Interius vero a Sarmatis atque Scythis Plin. l.IV. c. 12. Scytharum nomen, usque quaque tranſiit in Sarmatas & Germanos. Nec aliis priſca illa dura-

 vit

* De latitudine Scythiæ per Europam omnem, magnamque Aſiæ partem ſe longe lateque diffundentis vide *Cluverii* Germ. Antiq. L. I. C. 2. *Olai Rudbe-*

vit appellatio, quam qui extremi gentium harum ignoti prope cæteris mortalibus degunt. Gethas jam videbimus. Et horum nomen Germania ſibi vendicat. Dionyſius enim Afer in περιηγήσει recenſens Germaniæ gentes, ad Iſtrum Gethas collocat:

Τοῦ μὲν πρὸς βορέην τεταννσμένα φῦλα νέμονται
Πολλὰ μάλ' ἑξείης μαιώτιδος ἐς στόμα λίμνης.
Γερμανοὶ, σαρμάταί τε, γέται θ' ἅμα, βαστάρναι τε,
Δακῶν δ' ἄσπετος αἶα, καὶ ἀλκήεντες ἀλανοί.

Cujus quidem in Boream extentæ gentes habitant
Permultæ ex ordine, Mæotidis in oſtium paludis:
Germani, Sarmatæque, Getæque ſimul, Baſtarnæque,
Et Dacorum ingens tellus, & fortes Alani.

Plinius etiam Scythis Gethas annumerat. * Scythæ autem Germani.** Strabone etiam teſte libr. VII. Geogr. Getharum terra Germaniæ copulatur.

ckii Atl. L. X. c. 10. *Matth. Prætorii* Orbem Goth. L. I. C. 7. *Gurtleri* Origg. M. L. I. C. 18. & L. II. C. 9. *Barthii* Adverſ. L. LVI. C. 15.

*) Vide *Jo. Peringerum* ſive *Peringskioldum* in notis ad Jo. Cochlæi vitam Theodorici Regis editam Holmiæ, a. 1699. in 4. p. 307. & 341. ſqq. *Scheringham* de Orig. Anglorum p. 223. *Olaum Verelium* in not. ad Hiſt. Hervor. p. 8. b. & *Rudbeckium* Atlant. T. III. p. 164. ſq.

** Cel. *Hillerus* in pereruditа Diſſertatione de Orig. Gent. Celticar. Cap. I. p. 8. ſqq. ſtudet evertere fundamentum, quo opinio *Boxhornii* & aſſeclarum nititur, Germanos nimirum eſſe a Scythis ortos,

tur. Principio quidem anguſta, ad Iſtrum porrecta, qua plagam ſpectat Auſtralem. Contra vero e regione ad montanam Hercyniæ ſylvæ radicem pars montium in ea continetur. Poſtmodum extenditur latius ad Aquilonem uſque ad Thirigethas. Et his Sarmatæ vel Sauromatæ vicini, a quibus Scythia Sarmatiæ nomen obtinuit. Scytharum enim nomen paſſim tranſit in Sarmatas, autore Plin. l. IV. N. Hiſt. Videatur etiam Strabo l. XI. ubi quam late ſe Scythia & Sarmatia extendat, multis oſtendit. Ab his Amazonum * origo fertur. Plin. l. VI. Mulieres horum non proceritate tantum viros æquiparant, ſed animi quoque viribus æmulantur. Diodor. Sicul. l. V. Conjunctæ etiam uxores in militandi ſocietatem. Strab. L. VII. In his enim gentibus ad belli munera fœminæ tanquam viri exercentur, fortitudine viris nihilo inferiores. Hinc multæ, magnæque res ab illuſtribus fœminis peractæ ſunt, non tantum in Scythia, ſed & regio-

pro qua opinione (quam tueri etiam videtur G. G. *Leibnitius* T. I. Scriptor. Rer. Brunſuicenſ. p. 8. not. a) in gratiam Hunnorum, nuper admodum pugnavit *Matthias Belius* in Exercit. de Vet. Litteratura Hunno-Scythic. p. 21. Ob defenſum Scythismum notatur etiam Boxhornius a *Morino* in Diſſ. de Orig. Ling. Hebr. apud *Tilladetum* T. I. Diſſertatt. p. 239.

* Quæ de Amazonibus narrantur, num veris hiſtoriis an fabulis annumeranda ſint? diſputatum fuit, prius non ſine ingenio & inſigni ſpecie aſſerente *Petro Petito*, in Diſſert. de Amazonibus, *edit.* Amſt. 1687. 4. Conf. ſis *Petr. Wollenii* Diſſ. de Republica Amazonum, Upſal. 1721. 8.

gionibus illis conterminis, Diod. Sic. l. II. Scytharum fœminæ nubunt, verum ut nubiles habeantur, non in ætate modus eſt: niſi quæ hoſtem interemêre, virgines maneant, Pompon. Mela l. 1. c. 21. Plura de his vide apud Euſebium in Chron. D. Hieronymum. Plinium lib. VI. c. 13. Iuſtinum lib. II. Diodorum Siculum l. II. Guidonem de Columna cap. 61. Inſuper Herodotum lib. IV. Q. Curtium lib. III. Quamvis Strabo lib. XI. reclamet, unquam Amazonas exſtitiſſe. Affirmant tamen tot CL. Virorum teſtimonia, & res ab eis geſtæ, quæ paſſim adhuc decantantur. Pentheſilea enim interfecta, egregia quamvis virtute prædita fuiſſet, gentisque reliquis viribus ſubinde magis deminutis, tandem prorſus defeciſſe conſtat. Inde fit, ut recentior ætas fortia Amazonum geſta prædicari audiens pro meris fabularum commentis antiquitates illas accipiat. Hæc Diod. Sicul. l. II. Bibl. Fl. Vopiſcus in bello Germanico decem ab Aureliano Amazonas captas, & triumphatas narrat, quas Germanas fuiſſe aperte dicit. Quam fortiter Cimbrorum fœminæ ferro uſæ fuerint, teſtatur Fl. l. III. c. 3. Ne ſe mulier Germanica extra virtutum cogitationes, extraque bellorum caſus putet, ipſis incipientis matrimonii auſpiciis admonetur, venire ſe laborum, periculorumque ſociam, idem in pace, idem in prœlio paſſuram auſuramque. Hoc juncti boves, hoc paratus equus, hoc data arma denuntiant. Sic vivendum, ſic pereundum, Tacit. in l. de Mor. Germ. Notum eſt, quam fortiter ſe Boëmæ Amazones geſſerint, duce Valaſca, ut Boëmiam ſibi tributariam reddiderint, nobi-

nobilesque adoleſcentes amoris ſpecie circumventos trucidaverint, donec Valaſca ſub jugum miſſa fuit, Æneas Sylvius in Hiſt. Boëm. Satis conſtat ex Germania fuiſſe Amazonas. Noſtra enim lingua Germanica cæteris derivationibus dimiſſis, utpote nihil ad rem facientibus (convenit enim ut ex ea lingua Germanica derivetur, qua uſa eſt gens; ſic Herodotum Arimaſpos, Sauromataſque, & Plin. l. VI. c. 17. Caucaſum ex accolarum idiomate derivare videmus,) Amazonum nomen, virgines ſonat, Mazas vel Mezas, Mätzen. * Nos etiam hodiernam vocamus viraginem Mätze, & per *κα-τάχρησιν* quoque meretricem. De Amazonibus jam ſat dictum: Celtæ ** jam, Galatæ & Galli dicendi. Celtæ ſunt triplices; Germani, Celtæ Ciſalpini, & Celtæ Tranſalpini. Celtæ Germani vulgo Galli & Galatæ dicti ſunt. Herodot. l. IV. Iſtrum in Celtis oriri ſcribit. Quem Diod. Sic. l. v. hac in parte ſequitur: de cæteris fluviis, quos Oceanus

* Vox *Mazzen* a bona ſignificatione qua olim gaudebat deſcivit, hodieque dicitur de meretrice (eine Metze) quod fatum alicubi locorum etiam expertum eſt nomen Dirne, quod puellam famulam notat. Originem vocis a *Manzon* deduco, quod ubera vel mammas veteribus ſignificabat. Tatianus Alexandrinus in Harmoniæ Evangelicæ antiquiſſima verſione Theodiſca c. 53. §. 2. p. 109:

Salig uuamba, thiu thih truge,
Inti thie manzon, thie thu ſugi.
i. e Beatus venter, qui te portavit,
Et ubera, quæ ſuxiſti.

** A voce *Kelt* cærimonia celebre Celtarum nomen deflectit nobiliſſimus Suecus *Riddarſtierna*, quod Celtæ ceremoniarum admodum ſtudioſi fuerint, a

excipit, maximi videntur eſſe Danubius & Rhenus, quem noſtra ætate D. ille Cæſar ponte mirum ad modum junxit, & traductis pedeſtri via copiis Gallos ulteriores domuit. Subnectit inſuper hæc: Qui interiora ſupra Maſſyliam tenent, & qui circum Alpes, ac cis Pyrenæos montes habitant, hos Celtas nominant. Quia vero infra hanc ipſam Celticam, partes Auſtrum verſus, & ad Oceanum, Hercyniumqe montem ſitas incolunt, omnesque ad Scythiam uſque diffuſos, Gallos vocitant. At Romani gentes hasce univerſas una Gallorum appellatione comprehendunt. Dion Caſſius Nicæus clarius hoc explicat: Rhenum ſcribens, absque ulla controverſia diſcernere duplices Celtas, id eſt, Germanos & Gallos. Ptolemæus hinc doctiſſimus Ægyptiorum in Geograph. Germaniam magnam Galatiam vocat; in qua magnus ille Stagirita

Petro Salano ad Egilli & Aſmundi hiſtoriam p. 160. 161. laudatus. Origines aliorum apud *Pontanum* Gloſſar priſco Gall. p. 216. ſq. *Mylium.* Ling. Belg. p. 93. 227. *Bochartum* Oper. T. I. p. 1268. ſq. & *Leibnitium* Collect. Etymol. P. I. p. 104. videas. Ex omnibus duæ eminere videntur, altera, quod Celtæ, heröes, Helden, eſſent, *Goldaſt.* ad Paræn. Vet. p. 366. 380. *Tentzel.* Dial. menſtr. 1689. p. 714. & 1690. p. 69. 212. altera, quod in tentoriis, Zelten, habitarent, *Leibnit.* Miſc. p. 431. Quæ de Celtarum nomine ab Aſis ſeu Aſiaticis, jam ante Chriſtum natum in contumeliam verſo, & voce *Kelt* propterea adhuc hominem vilem ſignificante, in Nov. Litt. mar. Balth. 1699. p. 177. 178. *Sperlingius* tradidit, meris coniecturis a *Leibnitio* ibidem p. 247. in dubium vocatis nituntur.

ta l. II. Meterologικῶν Iſtrum oriri contendit: qui tamen eſt Germaniæ fluvius. Cui etiam Strabo *l.* IV. aſſentitur. *Super Carnos Apenninus mons incumbit: lacum habens in amnem Iſaram influentem. Qui rapto ſecum altero fluvio, effertur in Adriaticum ſinum. Eodem autem ex lacu fluvius alter in Iſtrum labitur, quem Ateſinum vocant. Iſter enim ab hiſce montibus in multa diviſus capita ſumit originem.* Suidas etiam & Appianus Alexandrinus in Celtico aperte ſcribunt, Germanos dici Celtas; quamquam vox illa in una tantum Germaniæ parte Geldria retenta ſit. Polybius & Strabo in IV. libr. Celtas ex Germania in Italiam migraſſe tradunt. Inter quos Boji incolæ Hercyniæ ſylvæ juxta Appianum, tertio anno poſt Pyrrhi in Italiam adventum novas olim ſedes quæſiverunt, victi iterum atque iterum cum Romanis fidem percuſſerunt. Strabo l. IV. Bojos Hercyniam prius ſylvam habitaſſe aſſerit. Hercynia autem ſylva ad Germaniam ſpectat, teſte D. Cæſare l. VI. Comment. Belli Gall. Senones etiam, qui duce Brenno Romam devaſtarunt, Germanos fuiſſe, & quidem natione Suevos, patet ex Tacito in Libro de moribus Germanorum, qui vetuſtiſſimos ſe, nobiliſſimosque Suevorum Semnones memorare ſcribit. Hi ſubactis Galliis ſigna in Etruriam moverunt. Inde Legatis Romanorum in aciem deſcendentibus contra jus Gentium infeſto deſcenderunt agmine in Romanam terram, pugna commiſſa ad Anienem victores Senones Vrbem occuparunt. Hos autem Senones fuiſſe T. Livius l. v. V. C. prodidit: *Senones*

nes, dicens, *recentiſſimos Alpium juga tranſcendiſſe.* Sic & Vellejus Paterculus l. II. Senones Hermunduris conjungit, juxtaque Albin collocat. In Dionis fragmentis Electo LXXI. probiſſime ſcriptum extat: πρὸς Σέμνονας ἐπιχειρῆσαι, ad Semnones conatu perrexit, de Antonini bello in Marcomannos & Quados. Item Electo XLIX. Μασύος ὁ Σεμνόνων βασιλεὺς, Maſyus Semnonum Rex. Manifeſto hæc Dionis ſpectant ad Germanica bella. Et Teutonas, Cimbros, Bojos, Senones, Germaniæ gentes Gallos vocarunt Romani. Sic enim Florus l. I. Gallos *Senones quondam ab ultimis terrarum oris cum cingerentur Oceano, ingenti agmine profectos.* Cum & alibi dicat, Cimbros, Teutonaſque ab extremis Galliæ profugos, cum terras inundaſſet Oceanus, veniſſe. Oroſius l. v. *C. Manlius & Q. Cæpio Procoſſ. adverſus Cimbros & Teutonas, Tigurinos & Ambronas Gallorum gentes miſſi ſunt.* Saluſtius in Iugurtha: *per idem tempus adverſum Gallos a ducibus noſtris P. Cæpione, & M. Manlio male pugnatum eſt.* Cum conſtet, non a Gallis, ſed Germanis occupatos, fuſos, profligatos fuiſſe. Quos Tacitus in l. de Mor. Germ. Cimbros & quidem Germanos vocat: *Sexcenteſimum & quadrageſimum annum urbs noſtra agebat, cum primam Cimbrorum audita ſunt arma, Cæcilio Metello, ac Papirio Carbone Coſſ.* Paulo poſt ſubdit: *Germani Carbone, & Caſſio, & Aurelio Scauro & Servilio Cæpione, M. quoque Manlio fuſis vel captis quinque ſimul Conſulares exercitus Populo Romano abſtulerunt.* T. Livius lib. v. ſcribit: Alia ſubinde manus

nus Elitovio duce veſtigia priorum ſequuta, eodem ſaltu favente Belloveſo, cum tranſcendiſſet Alpes, ubi nunc Brixia ac Verona urbes ſunt, locos tenuere Libui, conſidunt: poſt hos Salluvii, qui prope antiquam gentem Levos Ligures, incolentes circa Ticinum amnem. Pœnino deinde Boji, Lingonesque transgreſſi, cum jam inter Padum atque Alpes omnia tenerentur, Pado ratibus trajecto, non Etruſcos modo, ſed etiam Vmbros agro pellunt: intra Apenninum tamen ſeſe tenuere. Tum Senones recentiſſimi advenarum ab Vſente flumine usque ad Atheſim fines habuere. Hanc gentem Cluſium, Romamque inde veniſſe comperio: id parum certum eſt, ſolamne, an ab omnibus Ciſalpinorum Gallorum populis adjutam. Ex his clariſſimi Patavini Hiſtorici non obſcure colligitur, priores illos, quos commemorat, fuiſſe Germanos, qui Alpes inſederint. Et Strabo l. IV. argumentum reliquit, Brennum, Gallorum Regulum, non fuiſſe Gallum, Brennumque à quibusdam Pranſum appellatum. *At enim* (inquit) *neque Pranſos ipſos, nec quas terras prius habitarint, dicere poſſumus.* Volaterranus etiam: *Germanos uno nomine veteres Græci Celtas, Romani Gallos vocavere.* Gothofridus Viterbienſis in Chronico, Porennum Germanum, & Senones Suevos dixit. Germania etiam Gallia Comata nuncupata. Hinc Lucan. l. I. Pharſ.

- - Quondam per colla decora
Crinibus effuſis toti prælate comatæ.

Et Celtas Germanos in Galliam progreſſos cum Cimbris non veritati abſonum. Cæſaris igitur hac

in parte veſtigiis inſiſtens contra cæterorum fidem, furoris accuſari poſſet. Hic enim repugnantibus cæteris, & ſibimet ipſi contradicens audet ſcribere, colonias a Gallis trans Rhenum deductas. Qui, quæſo, Martia Germanorum pectora levibus Gallorum animis ceſſiſſent, quos tam diu ſine ullo commodo Romani bello invaſerunt? Qui tamen Gallos citiſſime debellarunt, jugoque ſubmiſerunt. Strabo mihi teſtis ſit libr. IV. de nativa Gallorum ignavia. *Galli*, ait, *minori negotio à Romanis debellati ſunt, quam Hiſpani: nam, quia gregatim totis copiis irruebant, gregatim ſimul debellabantur.* Hiſpani vero prœlia partiti, vires ut depoſitum ſervabant, alii alio tempore, aliisque in partibus, latrocinandi more belligerantes. Taciti ſane verba memorabilia l. XI. Hiſt. Aug. *ſi cuncta bella recenſeas, nullum breviori ſpatio, quam adverſus Gallos confectum, continua inde ac fida pax.* Idem in Agric. Vita: *Gallos in bellis floruiſſe accepimus, mox ſegnities cum otio intravit, amiſſa virtute pariter & libertate.* Cauſa additur a D. Cæſare l. VI. Comment. Bell. Gall. quod paulatim aſſuefacti ſuperari, multisque victi prœliis, ne ſe quidem ipſi cum illis virtute comparent. Et hæc ſententia adeo certa, ut Theodoretus etiam Gothos Celtas nominaverit. Sextus quoque Rufus, V. C. qui ad Valentinianum Imp. ſcripſit, non aliter Germanos quam Gallos vocare ſolet. Gallos quoque qui Romam incenderunt, fuiſſe Teutonas, vel Cimbros, luculenter Diod. Siculus l. V. teſtatur: Tam pervulgata autem eſt horum vis bellica & feritas, ut qui totam olim Aſiam, Cimmerii tunc appellati,

lati, incurſationibus infeſtam reddiderant, hi ipſi cenſentur eſſe a nonnullis, qui paulum corrupta per temporis longinquitatem voce Cimbri nunc vocantur. Ex antiquo latrociniis dant operam, quibus aliorum terras populantur, omnesque præ ſe contemnunt. Hi enim ſunt, qui Romam cœperunt. Hi templum in Delphis expilarunt. Hi magnam Europæ, nec exiguam Aſiæ partem ſibi tributariam fecere: agrosque debellatorum a ſe occuparunt, ob ſui cum Græcis permixtionem Gallo-græci tandem appallati. Multos denique & ingentes Romanorum exercitus contrivere. Tacitus in l. de Mor. Germ. *Eundem Germaniæ ſinum proximi Oceano Cimbri tenent, parva nunc civitas, ſed gloria ingens, veteriſque famæ late veſtigia manent, utraque ripa caſtra, ac ſpatia, quorum ambitu nunc quoque metiaris molem, manusque gentis, & tam magni exercitus fidem.* Strabo l. VII. Nec male profecto conjecturam facit (Poſſidonius nempe) quod latrocinando ex certis errabundi ſedibus Cimbri ad paludem usque Mœotim militiam agitarint. Ab eis enim Cimbricus vocatus eſt Boſphorus, quaſi Cimmerius, cum Græcorum lingua Cimmerios Cimbros nominet. Cæſar igitur diverſis nominum formis, cum primum univerſi Germani Celtæ, vel Galli, poſtmodum Germani nuncuparentur, lapſus eſt: Senones Gallos eſſe credens; cum & ipſi & Boji ex Germania deſcenderint.

Hinc D. Cæſar vanis gloriationibus, ridiculisque rumoribus aliorum ſibi virtutem bellicam attribuentium ſuis hæc commentariis addidit. Conſtat enim

enim nullam eſſe gentem, teſte Ænea Sylvio in Europa, quæ Gallorum ſuperet ambitionem. Quisquis etiam ſuæ genti immortale decus adſtruere conatur. Nequeo ſatis quorundam populorum inſaniam mirari, præſertim Britannorum, qui non ſolum audent Hiſtoricis contradicere, ſed etiam contendere pro imaginativa ſuorum popularium laude. Cui labi, ne dicam vitio, Luddus quidam cum Polydoro Virgilio, Viro alias magni nominis, multæque lectionis, adhæret; qui Brennum Belleni cujusdam fratrem, Berovallique cujusdam Regis imaginarii Britannorum fingit filium. Contra omnium Hiſtoricorum fidem, uterque Mileſiis Gallorum fabulis, famaque neſcio qua, nova regna, novasque gentes conſtituente magno cum labore, non ullo tamen veriſimili colore adhæret. Cum tamen obviam eis eſſet in Hiſtoriis Græcis & Romanis aliter reperiri. Quod ſi Luddo illi credimus, Hiſtoriæ Britannicæ architecto, cui Polydorus in omnibus adhæret, Brennus Beleni frater, hos Brennos (loquitur de Brenno, qui Romam occupavit, & de altero, qui Delphos invaſit) trecentis annis præceſſit, qui ſi in Italiam duxiſſet, non cum populo Romano libero, ſed cum Numa Rege, aut Tullo Hoſtilio congredi debeat. Tu vero, ô Luddi, quæ tua eſt impudentia, Brennum adverſus omnium ſcriptorum fidem, qui Græce & Latine ſcripſerunt Hiſtorias, unus non modo Minerva, ſed Muſis omnibus invitis, Britannum eſſe contendis. Hæc Buchananus l. II. Rer. Scoticar. ſcribit. Nec Britanni ante Cæſaris adventum polluerunt mari, ut videre eſt ex D. Cæſ. l. IV.

Com.

Comment. Bell. Gall. Næ mihi Bodinus, vir alioquin doctiſſimus, in ſuas partes ſecedere animum non perſuadebit: qui ſibi erubeſcendum non ſtatuit, in Meth. Hiſtoric. c. 4. talia proferre: *licitum ſibi ſuorum popularium dignitatem honeſto mendacio tueri.* Sane tanto Viro, cui propoſitum erat de Hiſtoricis judicium ferre, nulla unquam abſurdior vox excidit: ipſeque inde Bodinus ſtatuit ſibi licitum, Germanorum, Gallorumque Hiſtorias pro libitu confundere, pervertere, ementiri. Emollit virum πολιτικώτατον nimius patriæ amor, cui Hiſtoricus, ſi nomen tueri vult, minime favere debet, ut de recto tramite decedat; & fallax in Gallos ſuos inclinatio, quæ eo redegit hominem, ut contra rationem, & fidem auſus ſit ſcribere, *Imperatorem Romanum Turcæ tributarium eſſe*, l. V. de Republ. c. 6. *Germaniam Galliæ provinciam*, l. I. de Republ. c. 9. ibidem. Principes Germaniæ Ligios Vaſallos Regni Gallici vocare non erubuit. Ipſe potius Rex Galliæ Vaſallus Imperii, licet Imperatorem Romanum non de facto, ſed jure recognoſcat: Quod patet ex Gloſſa, cum dicitur, quod Rex Francorum non eſt ſubditus Imperatoris, ut ei ſubjiciatur, aut ipſum ſequatur, cap. *per venerabilem*, Extr. qui filii ſunt legitimi, dicit Gloſſa, de facto hoc procedit, ſentiens quod jure debet recognoſcere. Quippe Gallia ſubjecta erat Romano Imperio. Plura de hac re vide in Goldaſti Politic. Imper. Cimbros autem illos, Senoneſque Suevos, qui Romam incenderunt, dictos fuiſſe ab exteris Galatas & Gallo-græcos pro comperto habeo. Hi enim paucos poſt annos conglo-

bato agmine Aſiam invaſerunt. Hortante enim ſucceſſu diviſis agminibus alii Græciam, alii Macedoniam, omnia ferro proterentes petivere. Tantusque terror Gallici nominis erat, ut etiam Reges non laceſſiti ultro pacem ingenti pecunia mercarentur. Iuſtinus l. XXIV. ex Pompejo Trogo. Ab his Galatia provincia Aſiæ nomen accepit, cui a Romanis Proconſul dabatur: qui poſtmodum ſub Impp. comes Galatiæ primæ dictus eſt; de cujus officio, vid. in Authent. *Vt Iudices ſine quoquo ſuffragio fiant.* §. Hoc autem ipſum. & Dignitate. in Authent. De præſide Piſidiæ, §. *quacunque igitur.* De prætore Lycaoniæ. §. Sed neque comitibus. De Prætore Thraciæ. §. hæc etiam in ſacris. De Comite Iſauriæ, §. Hoc unum ſciat. Ad hos autem Galatas D. Paulus Epiſtolam ſcripſit. Hinc D. Hieronymus in procœmio l. II. Comment. in Epiſt. ad Galatas dicit: Galatas excepto ſermone Græco, quo omnis Oriens loquitur, propriam linguam eandem pene habere, quam Treviros: nec referre ſi aliqua exinde mutaverint, ſeu corruperint, cum & Aphri Phœnicum linguam nonnulla ex parte mutaverint, & ipſa Latinitas, & regionibus quotidie mutetur & tempore. Treviros autem fuiſſe Germanos, Germanicaque uſos lingua, Tacitus in l. de Morib. Germ. refert. Gallorum enim linguam diverſam à Germana fuiſſe, patet ex Suetonio, qui in Caligula ſic ait: *Converſus hinc ad curam triumphi, præter captivos ac transfugas barbaros. Galliarum quoque proceriſſimum quemque, &, ut ipſe dicebat, ἀξιοθριάμβητον, ac nonnullos ex principibus legit,*

ac

ac ſepoſuit ad pompam, coëgitque non tantum rutilare & ſubmittere comam, ſed & ſermonem Germanicum addiſcere, & nomina barbarica ferre. Galli igitur alia, quam Germani uſi lingua. Quid enim conduceret, linguam diſcere, quæ nativa erat, aut cognata? Videre eſt ex nominibus propriis, quibus Gallorum proceres inſigniti fuerunt, quam apte ſcilicet Germanam Dialectum exprimant. Ne vero quis objiciat, Gallos jam tum patriæ linguæ deſuetos, etiam Teutonicæ oblitos linguæ. Sane Galli, ne dum hodie, vel illo tempore rite potuerunt loqui Romane, ut potius in tantum degenerarint, ut neque Teutonicum, neque Romanum, neque patrium idioma retinuerint, ſed aliam ex omnibus confutam confecerint. Placet hoc clarius ex Tacito, qui in l de Mor. Germ. ſcribit: *Gothinos Gallica, & Oſeos Pannonia lingua coarguit, non eſſe Germanos.* Si enim Gallica illos arguit, non eſſe Germanos, utique diverſa fuit à Germana, neque eadem cum hac, ut quidam olim indocte ſatis ſtatuerunt. Scimus tamen, pleroſque Gallos originem Germanici nominis vendicare. D. ille Cæſar l. II. Comment. Bell Gall. pleroſque ſcribit Belgas ortos eſſe à Germanis, Rhenumque antiquitus traductos, propter loci fertilitatem ibi conſediſſe, Galloſque, qui ea loca incolerent, expuliſſe: ſoloſque eſſe, qui patrum noſtrorum memoria omni Gallia vexata, Teutones, Cimbroſque intra fines ſuos ingredi prohibuiſſent. Plurimum inter eos Bellovacos & virtute & autoritate, & hominum numero valere. Sueſſiones ſuos eſſe finitimos, latiſſimos, feraciſſi-

mosque agros poſſidere: Nervios, Atrebates, Ambianos, Morinos, Menapios, Caletos, Vellocaſſes, Veromanduos, Catuaros, Condruſos, Eburones, Cæreſos, Pæmanos, qui uno nomine Germani appellantur. Treviri & Nervii, teſte Tacito in l. de Mor. Germ. circa affectationem Germanici nominis ultro ambitioſi ſunt, tanquam per hanc gloriam ſanguinis à ſimilitudine & inertia Gallorum ſeparentur. Ipſam Rheni ripam haud dubie Germanorum populi colunt, Vangiones, Triboci, Nemetes, Vbii quidem, quanquam Romana colonia eſſe meruerint, ac libentius Agrippinenſes conditoris ſui nomine vocentur, origine erubeſcunt, transgreſſi olim, & experimento fidei ſuper ipſam Rheni ripam collocati, ut arcerent, non ut cuſtodirentur. Omnium harum gentium virtute præcipue Batavi, non multum ex ripa, ſed inſulam Rheni amnis colunt, Chattorum quondam populus, & ſeditione domeſtica in eas ſedes transgreſſus, in quibus pars Romani Imperii fierent. Manet honos, & antiquæ ſocietatis inſigne. Nam nec tributis contemnuntur, nec publicanus atterit. Exempti oneribus & collationibus, & tantum in uſum prœliorum ſepoſiti, veluti tela atque arma, bellis reſervantur. Idem l. IV. Hiſt. Batavi donec trans Rhenum agebant, pars Chattorum ſeditione domeſtica pulſi, extrema Galliæ ora vacua cultoribus, ſimulque inſulam inter vada ſitam, occupavere, quam mare Oceanum à fronte, Rhenus amnis tergum ac latera circumluit, nec opibus Romanis, ſocietate validiorum attriti, viros tantum armaque Imperio miniſtrant. Fratres hinc & amici

Ro-

Romani Imperii dicti. Teſtis inter cæteros lapidis cujusdam Inſcriptio, quam Gerardus Noviomagus in Antiquitatibus Belgicis adducit:

GENS. BATAVORVM
FRATRES. ET. AMICI
ROMANI. IMPERII.

Et alia, quam habet Ludovicus *Vives*:

FORTVNÆ. AVG. SAC.
PRO. SALVTE. ITV. AC.
REDITV. DD. NN.
M. AVR. ANTONINI. PII.
AVG. ET. P. SEPTIMII
GETÆ. NOBILISS. CÆS.
CIV. BATAVI
FRATRES. ET. AMICI. P. R.
V. S. L. M.

Cæſ. etiam l. II. Comm. Bell. Gall. ſcribit, reliquos omnes Belgas in armis eſſe, Germanosque, qui ripas Rheni incolunt, ſeſe cum his conjunxiſſe. l. I. vero. *Tum demum neceſſario Germani ſuas copias e caſtris eduxerunt, generatimque conſtituerunt paribus intervallis, Harudes, Marcomannos, Triboces, Vangiones, Nemetes, Seduſios, Suevos.* Ammianus Marcellinus tradit: Gallos ex tractibus transrhenanis oriundos eſſe, indigenas quidem partem inhabitaſſe. Illud ſatis quoque conſtat, quemadmodum poſt natum Chriſtum longo tempore Germania conjuncta Galliæ fuit, ex Germaniaque ortis Regibus paruit: ita ante Chriſtum natum Germanis obediſſe principibus, unumque regnum, unum Imperium cum Germania fuiſſe conſtat. Nam & Romani, teſte D. Cæſare l. I. Galliam intrarunt vocati

à Gallis contra Germanos. Vbi enim Galli Germanorum imperium pertæſi, pro levitate ſua naturali Romanos evocarunt, quo Germanorum dominium excuterent, Arioviſtus tranſiit non ſua ſponte, ſed rogatus & accerſitus a Gallis. Provinciam, ajens, ſuam eſſe hanc Galliam, ſicut illam Romanorum. Vt ſibi concedi non oporteret, ſi in Romanorum fines impetum faceret, ſic item Romanos eſſe iniquos, qui in ſuo jure ſe interpellarent. Idem l. II. ſcribit, apud Belgas fuiſſe Regem Divitiacum totius Galliæ potentiſſimum, qui cum magnæ partis harum regionum, tum etiam Britanniæ imperium obtinuerit. I. Campanus ſcribit, Veſpaſianum cum Germanis a Claudio miſſum bis & tricies conflixiſſe. Cum Britannis enim, non cum Germanis decertavit. Suetonius de Claudio ait, unam tantum omnino ſuscepiſſe expeditionem, eamque modicam, in Britanniam ſcilicet. In Veſpaſiano etiam: Claudio principe Narciſſi gratia legatus legionis in Germaniam miſſus eſt, inde in Britanniam translatus tricies cum hoſte conflixit. Egeſippus etiam l. III. dicit, Veſpaſianum Britanniam Romano Imperio armis acquiſiviſſe. Eutropius l. III. tricies & bis cum hoſte in Britannia conflixiſſe Veſpaſianum. Fuerunt ergo hi Germani, quos Veſpaſianus in Britannia devicit, vel Britanni a Germanis orti. Cum nempe Britannia Belgis, qui Germani, paruerit. Aucta mox Batavorum gloria per Britanniam, referente Tac. l. IV. Hiſtor. transmiſſis illuc cohortibus, quas vetere inſtituto, nobiliſſimi popularium regebant. Maritima ſane pars, teſte Cæſ. l. V. Comment. Bell.

Gall.

Gall. ab iis incolitur, qui omnes fere his nominibus civitatum appellantur, quibus orti ex civitatibus eo pervenerunt, & bello illato ibi remanſerunt, atque agros colere cœperunt. Virorum etiam ſtatura, ut Strabo l. IV. refert, ſupra Gallos procera. Quod proprium Germanorum. * Sic enim M. Manilius l. IV. Aſtronomικῶν.

Flava per ingentes ſurgit Germania partus.

Pomponius Mela de Germania: *qui habitant immanes ſunt, animis atque corporibus.* D. Cæſ. l. I. de Bell. Gall. ingenti magnitudine corporum Germanos, incredibili virtute atque exercitatione in armis eſſe prædicat. Columella l. VII. Agric. *Germaniam decoravit natura altiſſimorum hominum exercitibus.* Egeſippus l. II. de Germanis, qui magnitudine corporum, & contemptu mortis ** cæteris validiores. I. Solinus. *Frequens Germania populis numeroſis & immanibus.* Tacitus l. XX. Ann. *Germanos fluminibus ſuetos levitas armorum & proceritas corporum attollit.* Idem in l. de Mor. Germ. *In omni domo nudi, ac ſordidi in hos artus, in hæc corpora, quæ miramur, excreſcunt.* Herodianus dicit; nuda Germanorum in bello capita, & prægrandia corpora. Iuvenalis Sat. 15.

Quam nec terribiles Cimbri, nec Britones unquam,
Sauromatæque truces, aut immanes Agathyrſi.

Perſius Sat. 6.

 Iam

* Vide Cel. *Keyslerum* in Antiq. Sel. Sept. & Celt. pag. 221 ſq.

** Confer laudatum *Keyslerum* l. c. p. 131.

Iam chlamydes Regum, jam lutea gauſapa captis,
Eſſedaque ingentesque locat Cæſonia Rhenos.

Et Tacitus in Agric. vita, Britanniam a Germanis habitatam tradit: Habitus corporum varii, atque ex eo argumenta: namque rutilæ Caledoniam habitantium comæ, magni artus, Germanicam originem aſſeverant. Quamvis Diodor. Sic. l. repugnet, hanc, ſcribens, ab extraneis olim viribus intactam remanſiſſe. Nam neque Bacchus, neque Hercules, aliorumque Heroum aut Dynaſtarum quisquam (quod nos quidem ſciamus) bello eam laceſſivit; noſtro vero ſeculo Cajus Cæſar, qui Divi nomen rebus geſtis promeruit, omnium qui memorantur, primus Inſulam in poteſtatem redegit, Britannosque debellatos certum pendere tributum coëgit. Sed ipſemet Cæſar contrarium ſcribit, Britanniam Belgis paruiſſe. Hinc religionis ritus & doctrina a Germanis Belgis in Britanniam translata, propria genti manſit. Vnde Cæſar l. VI. Comment. Bell. Gall. diſciplinam in Britannia repertam, atque inde in Galliam translatam eſſe exiſtimat. Et nunc qui diligentius eam cognoſcere rem volunt, plerumque illo dicendi cauſa proficiſcuntur. Galli autem vel Galatæ dicti ſunt Germani a candore corporis, ut D. Hieronymus in Comment. ad Epiſt. Pauli ad Galatas refert, ſuæ ſententiæ autores citans M. Varronem, Sibyllam, Lactantium. Lacteos quaſi dixerunt, ob formam: Gala enim Græci lac nominant. Hi Græciam devaſtantes a Regibus Bithyniæ evocati, Galatiam de ſuo nomine

mine dixerunt. De his Claudianus l. II. in Eutropium:

Nuper ab Oceano Gallorum exercitus ingens
Illis ante vagus, tandem regionibus hæſit,
Geſaque depoſuit jam Grajo mitis amictu,
Pro Rheno poturus Halyn. –

Rhenus autem fluvius Germaniæ, apud quem Germanorum populi. Qui autem plusquam Germani Galli, id eſt, candidi dici merentur. Celtæ autem Italici ſeu Ciſalpini ex Germania in Italiam migrarunt, ut Polybius & Strabo tradunt. De Bojis narrat Appianus & Livius. Inſubres vero cum Bojis & Geſatis Italiam intrarunt. Vrbs eorum fuit Mediolanum. Cænomani etiam Ciſalpinorum Gallorum pars, quorum caput Brixia; Senones noviſſimi Italiam tenuerunt, qui Romanos ad Alliam vicerunt. Celtæ Tranſalpini ſeu Gallici quadruplices ſunt ſecundum Strabonem in IV. & Ptolomæum, quibus tamen immixti fuerunt alii populi; ex Germanis, Belgæ, Senones, Boji, Cænomanni, Helvetii: ex Sarmatis Venedi, ex Hiſpanis Aquitani, ex Græcis Maſſylii. Alemannia autem pars eſt Germaniæ, ut Suevia, cujus nomine deinde univerſa regio fuit appellata. Epigraphe Lapidis hæc eſt:

DN. CONSTANTIVS. NOB. C
CONCORD. EXERCITVVM
FL. IVL. CRISPVS NOB. CÆS.
ALEMANNIA DEVICTA SIRMI.

Francia vel Franconia regio Germaniæ, cui Franci ortum ſuum debent. * Hi Gallias invaſere ſub

 Pha.

* Francos non pro Germanis, ſed Gallis venditare con-

Pharamundo Rege, Regnumque Francorum inſtituere. Hi non a Gallis, ut ſcioli quidam Galli ſcribunt, orti fuerunt. Cæſar enim, qui totam devicit Galliam, horum non meminit; ſed e Germania in Galliam ſignis fulgentibus contenderunt. Audiatur Flavius Blondus Forojulienſis, qui l. I. ſic ſcribit: *ſed Franci & ipſi Germani ex ea provincia, quæ nunc etiam Franconia appellatur, oriuntur: tunc erant in Galliis; eos autem primus Romanorum ducum domuit in patria Conſtantius Fl. Conſtan-*

tendit *Adrian. Turnebus* Adverſ. 37. p. 830. quia Francorum nec Ptolomæus, nec Tacitus meminerint. Ex iſto autem utriusque ſilentio nihil amplius inferas, quam Francorum nomen illis incognitum fuiſſe. Nam poſt vtriusque tempora ortum eſſe, aut Romanis ſaltem innotuiſſe videtur. Ad antiquiorem illorum in nummis memoriam omnino pertinet nummus inſignis Criſpi, qui Conſtantini M. filius fuit, aureus longe rariſſimus, nulli, quod ſciam, eorum, qui de nummis ſcripſerunt, laudatus, in nummophylacio Eggelingiano. Huius antica Crispi facies cernitur, cum hac epigraphe: FL. JVL. CRISPVS NOB. CAES: poſtica exhibet iuvenem, cum galea criſtata, in terra ſedentem, a cujus tergo erectum eſt tropæum, arcus vero & clypeus in terra jacent. Inſcriptio ſuperior eſt: GAVDIVM ROMANORVM, inferior: FRANCIA. Quem Criſpi nummum ad victoriam ejus a Francis reportatam pertinere nullus dubitat S. R. *Jo. Diecmannus* in Specimine Gloſſarii, quod Rabano Mauro tribuitur p. 82. de qua *Nazarius* in Panegyr. expreſſam Francorum mentionem faciens, apud *Browur.* Annal. Trevir. L. 3. p. 311. b. Aliquot Criſpi nummos quidem Mediobarbus Nu-

ſtantini filius, eaque accepta clades tunc effecit, ut ſemper poſtea, uſque ad Honorii *&* *Arcadii tempora fuerint in patria quietiſſimi.* Idem Blondus l.II. inquit: *Diximus ſupra Francos vetuſta origine ex Franconia Germanos, a Vandalis, Burgundionibus, & Alanis primo, & poſt ab Ætio fuiſſe ex Galliis in patriam repulſos, &c.* M. Antonius Sabellicus l.IX. Enn. VI. inquit: *Erat per id tempus præter Suevos altera Germanorum gens in Gallia, Francos ſe a Franconia dixerant Germaniæ parte, unde aliquot ante annos fuerant profecti.* Plura de Francis vide apud I. Trithemium in Francor. Chronico. Teutonia olim regio Germaniæ, quæ deinde in titulum tranſiit. Hæc ſacri Romani Imperii ſedes, quæ in Occidentem, Orientem que diviſa, variis multarum gentium excurſionibus labefactata, diſſidiis lacerata, mo-

mism. Imp. Rom. p. 470. ſqq. collegit, ſed hic ejus, ut aliorum quoque notitiam fugit. Quo vero jure Francos *Sheringham* de Angl. gent. Orig. C. 5. p. 141. Gothicam gentem conſtituat, ipſe viderit. Sed nec Græcos moror, qui Longobardos & Nortmannos, in Italia dominantes, *Francos* paſſim appellant. Vide *Lupum* ad Can. & Decret. Synod. III. p. 668. nec *Gregor. Abul-Pharajum*, cui in Hiſt. Dynaſtiar. p. 69. adhuc inſulſius ipſi Romani *Franci* audiunt. Quæ ceterum vetuſtæ Francorum hiſtoriæ cognoſcendæ inſerviunt, eleganti compendio digeſſit *Hertius* in Notitia vet. Francorum regni, Gieſſæ 1710. 4. prodita, cuius apparatui ſcriptorum de rebus Francicis, in Prolegom. exhibito non parum commodabunt *Schonbobius* de orig. & ſed. Francor. *Goropii* Francia, in ejus Operibus poſtumis, *Chifletius* Vind. Hiſp. c. 9. p. 80. ſqq. *Pon-*

mole ſua ruinam minitabatur, relicta Italia, non alia potius regione, quam Germanica, præſidium, robur, ſalutem quæſivit. Germani enim cunctos fide antecellunt. Tacit. l. XIII. Ann. de Legatis Germanorum, qui theatrum ingreſſi ad Patres ſe moverunt, dicentes; *nullos mortalium armis aut fide ante Germanos eſſe.* Quod comiter a viſentibus exceptum, quaſi impetus antiqui, & bona æmulatio. Cuſtodes etiam corporis ſoli Germani erant apud Cæſares. Teſtatur Suetonius, quod Auguſtus ſolos Germanos usque ad Varianam cladem cuſtodes ſui corporis habuerit. Idem de Galba: *Iterum Germanam cohortem a Cæſaribus olim ad cuſtodiam corporis inſtitutam, multisque experimentis fideliſſimam diſſolvit, ac ſine ullo commodo remiſit in patriam.* Idem de Claudio: *Germanorum Legatis in orcheſtra ſedere permiſit, ſimplicitate eorum & fiducia motus.* Caji Caligulæ, & Neronis, Suetonio & Ioſepho l. XIX. τῆς Ἀρχαιολο-

tani Origines Francicæ, *Schurtzfleiſchius* Lemm. antiq. Franc. Oper. Hiſt. Pol. p. 155. ſqq. *Hachenbergius* Germ. med. p. 15. ſqq. *Audigier* l'origine des Francois & de leur Empire, Tom. II. a Paris. 1676. 12. *Hamberger.* Diſſ. de Francis antiq. Jen. 1686. ed. *Leibnitius* Præf. in Cod. Jur. gent. diplom. & ſing. Diſquiſ. de Orig. Francor. Hannoveræ 1715. ed. & auctius cum Annot. recuſa a Cl. *Eccardo* in nova Leg. Franc. Salic. & Ripuar. editione p. 247. ſqq. *Schilterus* Annot. ad *Königshou.* Chron. p. 466. ſqq. *Altingius* Notit. Batav. & Friſ. ant. I. 68. ſſ. Obſeru. Hall. VI. 63. ſſ. & *Richardus* Diſſ. de Francor Sallor. & Orig. & differ. Jen. 1713. 4.

λογίας .teſtibus, cuſtodes erant Germani. Aurelius Antonium & Maximinus, teſte Herodiano, potiſſimum fidei Germanorum confidebant, quos ſolos propter ſummam fidelitatem percuſſores illius vindices timebant. Cum etiam omnes Vitellium relinquerent, ſoli Germani ad finem usque fideles manſerunt: Galba etiam, niſi deviaſſent, ab ipſis non deſertus fuiſſet. Soli enim ex omnibus militibus, ut Suetonius habet, in auxilium advolaverunt, ſed ſerius itinere devio per ignorantiam locorum retardati, ultimi receſſerunt a Nerone, referente Tacito. Caracalla etiam vindicatus eſt a Germanis, occiſo percuſſore Martiale. Vſi & illis alii. Herodes quoque apud Ioſeph. l. XVII. Hinc etiamnum Reges Galliæ Germanis Helvetiis in corporis cuſtodes utuntur, uti & Pontifices Romani. Sane Lapis Interamnæ ſic ſe habet:

HILARIVS.NERONIS.CÆSARIS.CORPO-
RIS. CVSTOS. NATIONE. FRISO.

Ioh. Barclajus in Satyr. l. IV. *His moribus oneratam Germaniam ſuæ dotes & magnitudo virtutum abſolvit. Ignota ibi perfidia, etiam in venali fortitudine ſtipendia merentium. Ne ingenium quidem fraudis capax, aut odia ſub amicitiæ titulis latent, & omnino ingentia ſcelera verecunda populi ſimplicitas ignorat. Candidi animi, virtutes aliorum, factaque aut inventa, maxume abſentium non maligno & tumido livore delibant, ſed ſinceris laudibus, ac propemodum immodicis, attolunt. Alterum eſt, Marcium Germanorum decus. Nihil enim in Germa-*

manica gente magnificentius, quam quod nomen ſummi Imperii, Aquilamque ſibi habet: tanquam Romam Germania vicerit, & provinciarum ultima, quæ Italico jugo acceſſit, jam ſit ſola, in qua nomen atque reliquiæ fortunæ Romanæ acquieverint. Tanti nominis ſancta Majeſtas nulla ſociorum Principum æmulatione corrumpitur, Regeſque, quamquam viribus ſæpe majores, ſponte Imperatorio culmini concedunt, Ioh. Barcl. in Satyr. l. IV. Idem: *Gens armis egregia, & quæ pacem ferre poſſit. Tarde & cunctantibus conſiliis ad tumultus evocantur, ſed excitos longa tempeſtas, & hominibus digna exercet.* Cicero contra Piſonem acerrimas dicit Germanorum nationes. Seneca l. 1. de Ira c. II. *Germanis quid eſt animoſius? quid curſu acrius? quid armorum cupidius, quibus innaſcuntur, innutriunturque, quorum una illis cura eſt, in alia negligentibus? quid induratius ad omnem patientiam? ut quibus magna ex parte non tegumenta corporum proviſa ſunt, non ſuffragia adverſus cœli perpetuum rigorem.* Et in libro de brevitate vitæ vocat *ferociſſimas gentes Germanos.* Et libr. VI. natur. *avidam gentem belli.* Ioſephus l. XIX. dicit germanos impetu primo quibuſcunque congreſſos prævalere. Livius, *bellicoſos Teutonas.* Lucanus l. 1. Pharſ.

Albis & indomitum Rheni caput. —

Cæſar ipſe l. 1. ex Gallorum relatione: ingenti corporum magnitudine eſſe Germanos, incredibili virtute, atque exercitatione in armis, ſæpe numero

ro ſe cum his congreſſos, ne vultum quidem, atque aciem oculorum ferre potuiſſe. Tacitus l. XIX. Ann. Duces Veſpaſiani Germanicarum legionum vim extollebant, & famam. Ibid. ſimul virtus Germanici exercitus extollebatur, Fl. Vopiſcus Germanos omnium ferociſſimos vocat: Oroſius vero l. VI. fortiſſimas nationes. D. Hieron. Epiſt. XXXV. ad Suniam & Fratellam: *bellicoſa Germanorum pectora.* Nullus enim populus, nulla natio, quæ tanto ſucceſſu, tam felici victoriarum progreſſu, uno impetu terras univerſas ſubegit, quam Germanorum natio; Romam, Italiam, Gallias, Hiſpanias, Africam, Europam, & Aſiam uno exercitu, uno ferme tempore, Gothi, Vandali, Alani, Longobardi, Quadi, Suevi, Burgundiones, Marcomanni, Saxones, Angli, Scoti, Turcilingi, Rugii, Heruli, & innumeri alii vaſtarunt. Ipſe Cæſar. l. VI. Comment. Bell. Gall. teſtatur; Sicambros minimum Germaniæ populum in Galliam prædatum deſcendiſſe, Romanaque caſtra pene cepiſſe. Idem l. VII. Treviros a Germanis Rhenum tranſeuntibus preſſos. Idem in IV. Germanos facile impelli, ut in Galliam tranſeant. Eutropius: *Germani in Hiſpaniam penetraverunt non multo poſt Tiberium.* Ioſephus l. III. Heſperiam Germanorum tumultu concuſſam. Lampridius de Alexandro: *Erat autem graviſſimum Reipublicæ atque ipſi, quod Germanorum vaſtationibus Gallia diripiebatur.* Fl. Vopiſcus de Probo: *his geſtis, cum ingenti exercitu Gallias petit, quæ omnes occiſo Poſthumo turbatæ fuerunt, interfecto Aureliano Ger-*

Germanis poſſeſſæ. Latinus Pacatus de Theodoſio: *Iacebat innumerabilibus malis ægra, vel potius dixerim exanimata Reſpubl. barbaris nationibus, Germanis ſcilicet* (ut ipſe poſtea declarat) *Romano nomini, veluti quodam diluvio ſuperfuſis.* Mamertinus ad Iulianum: *Florentiſſimas quondam, antiquiſſimasque urbes barbari* (Alemanni erant) *poſſidebant, Gallorum illa celebrata nobilitas, aut ferro occiderat, aut immitibus addicta dominis ſerviebat; in hoc ſtatu Imperator noſter Gallias nactus, nimium habuit adverſus hoſtem laboris atque diſcriminis.* De Germanis D. Hieronymus ſuo tempore talia dicit: *Horret animus noſtrorum temporum ruinas proſequi, viginti & eo amplius ſunt anni, quod inter Conſtantinopolim, & Alpes Iulias quotidie Romanus ſanguis effunditur. Scythiam, Thraciam, Macedoniam, Theſſaliam, Dardaiam, Daciam, Achaiam, Epiros, Dalmatiam, cunctasque Pannonias, Gothus, Sarmata, Quadus, Alanus, Vandali, Marcomanni vaſtant, trahunt, rapiunt.* Idem Epiſt. XI. c. 6. ad Ageruchiam: *innumerabiles & ferociſſimæ nationes univerſas Gallias arripiunt. Quicquid inter Alpes, & Pyrenæum eſt, quod Rheno, Oceanoque includitur, Quadus, Vandalus, Sarmata, Alani, Gipedæ, Heruli, Saxones, Burgundiones, Alemanni, & o lugenda reſpublica hoſtes Pannonii vaſtarunt, ſub Valentiniano ſuperiore Quadi, Germani, & Sarmatæ Illyricum vaſtaverunt.* Nazarius ad Conſtantinum de Germania ſic ait: *Iacet in latere Galliarum, non in ſinu tuo fuſa barbara per ſe ipſa potens*

tens natio, & poſt Romam magnitudinem ſecunda in terris. Et Egeſippus l. II. tradit: Romanis tamen ſuper nubes viantibus, & ultra columnas Herculis Imperium propagantibus, nihil invium fuit, tanta facilitate hoſtis, & qui latebat repertus, & qui reſiſtebat victus eſt, quorum improviſo adventu conſediſſe montes Germania credidit, Rhenum exaruiſſe, qui magnitudine corporum, & contemptu mortis cæteris validiores, qui retinaculum ante ſuum Rhenum putabant, vanæ ſalutis defenſionem. Itaque non ſcopulis Germanorum repletur, ſed Romanorum Liburnis, quæ pererrantis tot usque ad mare bicornis amnis fluenta, quondam liberas gentes ſervitio premunt, ut quæ ante ſibi totius orbis imperium præſumſerant, nunc ſervitutis propriæ mercedem exſolvant. Ex quibus verbis liquet, Germanos aliud poſt Romanos imperium tenuiſſe, potentiſſimosque fuiſſe: totius etiam orbis imperium præſumpſiſſe, liberasque fuiſſe gentes. Nec enim ea de ſe ſcriberent Romani, ſi veritati minus congruerent. Quod vero alter ſcribit, victos a Romanis, videtur ex adulatione dicere. Veſpaſianum enim non trans Rhenum, ſed in Gallia, uti & Conſtantinum cis Rhenum cum Germanis decertaſſe, paſſim ejus ævi ſcriptores memorant. Multi autem Romanorum Impp. ſe a domita Germania Germanicos dixere: ſed nemo unquam domuit Germaniam, niſi cis Rhenum ſc. Germaniam ſecundam, teſte Amm. Marcell. hoc eſt, Germanos, qui nobis Transrhenani, Auſtraſii nempe, & Belgarum magna pars. Sane Romani parum perfecerunt contra Germanos, ni-

ſi in intima Gallia, in qua Romani ſæpe & victi ſunt a noſtris & vicerunt. Hinc non immerito Pacatus Latinus in orat. ad Theodoſ. Imp. miſerum Galliæ ſtatum ob crebras Germanorum incurſiones talibus deplorat: *Vnde igitur ordiar, niſi a tuis, mea Gallia, malis, quæ ex omnibus terris, quas illa peſtis inſederat, haud injuria tibi vindicas privilegium miſeriarum?* Veriſſimum hoc; ipſe etiam D. Cæſar nihil trans Rhenum inſigne memoratu egit, potius arma oſtendit, quam intulit. Sic enim Lucan. l. II. Pharſ.

-- multisne rebellis
Gallia jam luſtris, ætasque impenſa labori
Dant animos? Rheni gelidis quod fugit ab undis,
Oceanumque vocans incerti ſtagna profundi,
Territa quæſitis oſtendit terga Britannis?

Hæc Lucanus ex animi ſententia ſcripſit. Hinc naſuti illi homines optimo jure deridendi, & e Germania exturbandi, qui non conſentientibus autoribus, ipſis hiſtoriis contradicentibus, proprio cerebro confiſi, & quicquid ipſis in buccam venit evomentes, a Iulio Cæſare urbes aliquot inſignes in Saxonia ædificatas eſſe, quas a ſeptem Planetarum numero indigitaverit, tradunt. Non erubeſcunt talia aperte ementiri, cum ipſe dicat, ſe poſt 18. diem e Germania reſciſſo ponte in Galliam remeaſſe. Non ipſe hoc certe prætermiſiſſet, homo alioquin & glorioſus & ambitioſus ſupra modum. Quod etiam Maximilianus Imp. perſpexit: qui interroganti Romano Flamini, num Cæſaris commentaria legiſſet, reſpondit; *Cæſarem de rebus ſuis inflatius ſcripſiſſe, ut qui ſe victorem*

cum

cum victus ſit, faciat: Aventin l. II. Ann. Boſ. Nugæ harum urbium exſtructiones ſunt, et juxta focum natæ aniles fabulæ. Semper enim Rheno & Iſtro terminatum Imperium R. fuit; Romanique contenti fuerunt, ſi intra Rhenum, Iſtrumque Germani pacati degerent. Domitius Vlpianus ff. de captivis & poſtl. reverſis: hoſtes ſunt, in quibus bellum publice R. P. decrevit, vel ipſi Populo Romano, cæteri vero latrunculi, vel prædones appellantur. Ideo ſervus a latronibus captus, ſervus latronum non eſt, nec poſtliminium illi neceſſarium: ab hoſtibus autem captus, puta a Germanis vel Parthis, & ſervus eſt hoſtium, & poſtlimino ſtatum recuperat priſtinum. D. Ambroſius de tempore Valentiniani: *Danubius de Occidentalibus partibus barbarorum atque Romanos interſecans populos, donec ponto ipſo condatur. Rhenus de jugo Alpium usque in Oceani profunda curſus ſuos dirigens, Romanis memorandus adverſus feras gentes murus Imperii.* Ioſeph. l. II. τῆς ἁλώσεως: *Quid mirum, ſi Euphrates ab Oriente & Oceanus ab Occidente, itemque a Meridiano tractu Libyæ fertiliſſima regio, & Septentrione Rhenus, atque Iſter ſunt Imperii limites?* Claudianus in carmine de IV. Coſſ. Honorii:

Nobilitant veteres Germanica fœdera Druſos,
Marte ſed ancipiti, ſed multis cladibus empta,
Quis victum meminit ſola formidine Rhenum?

Servius libr. VIII. Aen. Rhenus fluvius bicornis, quia per duos alveos fluit. Per unum, qua Romanorum Imperium eſt, per alterum interfluit Bar-

baros. * Seneca libr. v. Natur. *Sub Nerone hinc, qui medius inter pacata & hoſtilia, fuit Danubius & Rhenus, alter Sarmaticos impetus cohibens, & Europam, Aſiamque diſcriminans, alter Germanos avidam gentem belli repellens.* Eutropius de Iuliano: *a quo modicis copiis apud Argentoratum Galliæ urbem ingentes Alemannorum copiæ extinctæ ſunt, ſubmotique ultra Rhenum Germani, & finibus ſuis Imperium conſtitutum.* Panegyricus Maximiani:

* ***Barbari*** nomine in Græcia primum omnes, qui non erant Græci, deinde in Latio, qui non erant Latini, Judæi quoque & Chriſtiani a paganis, immo & ipſi Judæi & Chriſtiani inter ſe, appellabantur, ut pluribus docent *Picardus* priſc. Celtopæd. p. 190 ſqq. *Statius* in *Tibull.* p. 339 350. *Chabotius* in *Hor.* p. 743. *Cerda* in *Virg.* II. 225. b. *Goldaſtus* Rer. Alem. II. 113. *Bangius* Obſ. Philol. L. 2. p. 1388-1399. *Salmaſius* in *Solin.* p. 561. *Dougtajus* Anal. S. II. p. 100. *Hyde* ad R. Pentſol. Coſmogr. p. 49. *Cotelerius* Patr. Apoſt. I. 653. *Cheureana* II. 112. ſſ. *Dufresne* Gloſſ. G. p. 475. ſqq. *Valeſiana* p. 219. J. *Meurſius* ad *Lycophr.* ad v. 150. *Magius* Miſc. L. III. C. 13. *Chifletius* in Anaſt. childeric. C. V. p. 81. *Suicerus* in Theſaur. p. 660. *Joh. de Hiſpania* in Opuſc. p. 367. *Jo. Faes* ad *Gyr.* de ſep. p. 141. *Jo. Peringskiold* in notis ad Jo. Cochlæi vitam Theodorici regis p. 300. *Vitringa* Obſeru S. I. 101. ſſ. *Van den Honert* Syntagm. Diſſ. de ſtylo N. T. 305. ſſ. *Pitiſcus* Lex. Antiq. Rom. T. I. p. 261. *Jo. Diecmannus* in Spec. Gloſſarii, quod Rabano Mauro tribuitur, p. 49. 50. & Cel. *Theod. Haſaus* in Anal. ad Diſſ. *Hadr. Relandi* de Barbaris & Scythis. Biblioth. Brem. Claſſ. V. Faſc. II. p. 271. ſqq.

ni: *Tu Domine Maximiane repente Rheno inſtitiſti, omnemque illum limitem non equeſtribus, neque pedeſtribus copiis, ſed præſentiæ tuæ terrore, tutatus es.* Tacit. in agric. Vita: *nec jam de limite Imperii & ripa, ſed de hiberna legionum poſſeſſione dubitari a Romanis.* Claudian. in bell. Getico.

-- ſublimis in Arcton
Prominet Hercyniæ confinis Rhetia ſylvæ;
Quæ ſe Danubii jactat, Rhenique parentem,
Vtraque Romuleo prætendens flumina regno.

Seneca l. III. Nat. quæſt. *O quam ridiculi ſunt mortalium termini! Vltra Iſtrum Dacus non exeat, Iſtmum Samothraces includat, Parthis obſtet Euphrates, Danubius Sarmatica ac Romana diſterminet, Rhenus Germaniæ modum faciat.* Rufinus etiam in Scholaſtica hiſtoria, Decium Imp. a Gothis victum in præſens & futurum maximo Reipublicæ interitu. Lucanus l. I. Pharſal.

Albis & indomitum Rheni caput. --

Vna erat ripa Germanorum, altera Romanorum. Cujus rei teſtimonium non leve dant urbes illæ magnificæ ad adverſam ripam Rheni & Iſtri exſtructæ haud dubie a Romanis, quo a ſua parte cis fluvios illos hoſtium tranſitus impedirent. Sed Danubii ripam, qua Rhetos, Vindelicos, Noricos, Pannonios, Mœſos perfluit, legiones viginti: Rheni vero oram Gallicam duo exercitus ſuperior & inferior cuſtodierunt. In unoquoque exercitu quatuor fere legiones; cognomina eorum apud Tacitum pleraque reperiuntur. Extant etiam Romæ legionum nomina in antiquo lapide; quæ ſic ſe habent:

NOMINA LEG.

II. AVGVSTA.	II. ADIVTRIX.	III. SCYTHICA.
VI. VICTRIX.	IV. FLAVIA.	XVI. FLAVIA.
XX. VICTRIX.	VII. CLAVDIA.	VI. FERRATENSIS.
VIII. AVGVSTA.	I. ITALICA.	X. FRETENSIS.
XII. PRIMIGENIA.	V. MACEDONICA.	III. CYRENENSIS
I. MINERVIA.	XI. CLAVDIA.	II. TRAIANA.
XXX. VLPIA.	XIII. GEMINA.	III. AVGVSTA.
I. ADIVTRIX.	XII. FVLMINATRIX	VII. GEMINA.
1. X. GEMINA.	XV. APOLLINEA.	II. ITALICA.
3. I. PARTHICA.	III. GALLICANA.	III. PARTHICA.
2. XIIII. GEMINA.	II. PARTHICA.	

Atque hi amnes cum aucti aquis erant, ab omnibus, qui oram Galliæ, Rhetiarum, Vindelicorum, Noricorum, Pannoniæ, Mœſiarum incolebant, dîs honos habitus, gratiæque actæ: quod ſi defeciſſent, aut ſiccitate decreviſſent, aut denique glacies ripas conjunxiſſet, omnis tunc ætas atque ſexus, viri, mulierculæ, ſenes, pueri, puellæ publice & privatim indixere juſticium: ab auguribus, ſacerdotibus, ſacrificulis feriæ conceptæ, ſupplicationes decretæ, circa omnia pulvinaria Deorum ſupplicatum eſt: hoſtiæ majores, minoresque mactatæ, & peculiaribus ceremoniis, ſacris ſolemnibus, votis & comprecationibus Iovi Elicio * operati ſunt Pontifices minores, & Flamines maximi, ut impetrarent pluviam, inundationemque horum fluminum, ne Germanis pateret

* De hoc Jovis cognomine docte & copioſe commentatus eſt *Henr. Chriſtoph. Bytzebius* Danus Obſervatt. circa Jovem Elicium, Hafniæ 1715. 4.

ret tranſitus. Aventinus l. II. Hinc Claudianus de bello Getico:

Alta nec incertis metimur flumina votis,
Excidio latura moram: non poſcimus amnes
Vndoſam ſervare fidem, nubesque fugaces,
Aut conjuratum querimur ſplendere ſerenum.

Idem l. I. de Laudib. Stilicon.

-- ducis impetus undas
Vincebat celeres, & pax a fonte profecta
Cum Rheni creſcebat aquis. --

Hinc nemo apud Autores Germaniam in provinciam reductam inveniet. Druſus quidem portiunculam in provinciam redegit; ſed non diu manſit, ſiquidem Romani, duce Q. Varo, fuſo ſanguine & cæde maxima ibi fuerunt exſtincti. Poſtmodum adeo evanuit eorum apud Germanos potentia, ut Albis, referente Tacito in l. de Mor. Germ. flumen inclytum, & notum olim vix tandem audiretur. Strabo etiam l. V. qui florentiſſimum Imperium vidit, Romanos nunquam Albim tranſgreſſos refert: Illa vero plaga, quæ trans Albim ſpectat, nobis prorſus incognita. Nullus enim priorum ad Orientem usque ad Capſii maris oſtium hanc peregiſſe navi nunquam accepimus: neque Romani trans Albim ipſum tranſcenderunt. Nec litem moveat, plurimos Impp. ſe a devictis Germanis Germanicos dixiſſe. Falſo gloriati ſunt titulo; quod vel in Gallia, aliisque provinciis parva aliqua ſtrage excurſantes quosdam milites Germaniæ vel vicerint, vel in amicitiam receperint, vel domita modica Germaniæ regione mox totam

Germaniam domitaſſe luxurioſis verbis retulerint. Inter quos Tiberius Cæſar, qui ſe Germanicum dici voluit, ut patet inter cætera ex monumento lapideo Romæ:

PRO SALVTE TIB. CLAVDI. CÆSARIS. AVG.
GERMANICI. PONT. MAX. TRIB. POP. VII.
COS. IIII. IMP. XV P. P. CENSORIS.
.·.·.·. LIBERORUMQVE.
EX. VOTO. SVSCEPTO C. IVLIVS. SEX. F. COR.
POSTVMVS. PRAEFECT. ÆGTPTI.

Cum tamen Suetonius in Tiberio affirmet, quod etiam Gallias a Germanis vaſtari neglexerit. Nec minus & inani titulo Germ. devictæ gloriatus eſt C. Cæſar, quos tamen fugit & timuit, ut Suetonius habet: quem falſo triumphantem ultima Satyra irridet Perſius:

O bone num ignoras? miſſa eſt a Cæſare laurus
Inſignem ob cladem Germanæ pubis, & aris
Frigidus excutitur cinis, ac jam poſtibus arma,
Iam chlamydes regum, jam lutea gauſapa captis,
Eſſedaque, ingentesque locat Cæſonia Rhenos.

Claudius etiam Cæſar Germanici titulum accepit, uti & Vitellius, quorum hic in Gallia, ille in Britannia levia aliquot prælia geſſerunt, nec Claudius unquam Germaniam vidit, ſed potius a Germano milite Hermæo, quem noſtra lingua Herman vocamus, teſte Ioſepho in Imperatorem ſublimatus eſt. Nec Nero, quamvis ſe in numiſmatibus Cæſarem Germanicum vocarit; quod patet ex hoc:

NERO

NERO CLAVDIVS CAESAR
AVG. GER. P. M. TRIB. IMP.
S. C.
ROMA.

ullam contra Germanos expeditionem ſuſcepit, ſed Alexandrinam tantum & Achaicam, teſte Suetonio in Nerone. Nec Nerva laudem e Germania conſecutus. Nec Trajanus, quamvis Decebalum in poteſtatem & Daciam in provinciam redegerit. Nec poſteriores Impp. qui poſt Trajanum & Conſtantinum Germanici ſibi nomen arrogaverunt, cum rebus florentibus Romani pari damno cum Germanis belligerarint. Domitianum item falſum duxiſſe e Germania triumphum Tacit. in Agric. Vita teſtatur: *Inerat conſcientia deriſui nuper fuiſſe falſum e Germania triumphum, emptis per commercia, quorum habitus & crines in captivorum ſpeciem formarentur.* Inde quod de Dacis Germaniæ populis dicitur a Domitiano victis falſo ex prædictis dictum deprehenditur. Quippe magis de Oppio Sabino & Cornelio Fuſco legionum ductoribus occiſis, quam de debellata Dacia triumphavit. Hanc provinciam Aurelianus ereptam deſeruit. Fl. Vopiſcus, & Iornand. de regn. ſucceſſione. Nec Romanorum credendum triumphis: ſic enim Strabo l. III. oſtendit; Polybius CCC. urbes Celtiberorum a Tiberio Gracceho ſubverſas eſſe memoriæ prodidit, quod ritu Comico Tiberii Gracchi dictum eſt, ab eo qui turres urbes appellat, ut in triumphalibus pompis fieri mos eſt. Et Panegyricus ad Maximianum: hic quod jam falſo de antiquis Impp. putabatur, Romana trans Rhenum

ſigna primus barbaris gentibus intulit. Nec tamen victoria potitus eſt Maximianus. Hinc non obſcure Germanorum invictam animi magnitudinem Tacitus prodidit, ſic in l. de Mor. Germ. ſcribens: *Sexcenteſimum & quadrageſimum annum urbs noſtra agebat, cum primum Cimbrorum audita ſunt arma, Cæcilio Metello, ac Papirio Carbone Coſſ. ex quo ſi ad alterum Imperatoris Trajani conſulatum computemus, ducenti ferme & decem anni colliguntur, tamdiu vincitur Germania. Medio tam longi ævi ſpatio multa invicem damna. Non Samnis, non Pœni, non Hiſpaniæ, Galliæve: ne Parthi quidem ſæpius admonuere. Quippe regno Arſacis acrior eſt Germanorum libertas. Quid enim aliud nobis, quam Craſſi cædem, amiſſo & ipſo Pacoro infra Ventidium dejectus Oriens objecerit? At Germani Carbone, & Caſſio, & Aurelio Scauro, & Servilio Cæpione; M. quoque Manilio fuſis vel captis, quinque ſimul conſulares exercitus Populo Romano: Varum, treſque cum eo legiones etiam Cæſari abſtulerunt, nec impune C. Marius in Italia, D. Iulius in Gallia, Druſus ac Nero & Germanicus in ſuis eos ſedibus perculerunt. Mox ingentes C. Cæſaris minæ in ludibrium verſæ. Inde otium, donec occaſione diſcordiæ noſtræ & civilium armorum, expugnatis legionum hibernis, etiam Gallias affecta vere: ac rurſus pulſi inde, proximis temporibus triumphati magis, quam victi ſunt.* Hinc optime Claudianus l. I. de Laud. Stiliconis:

Cedant, Druſe, tui, cedant, Trajane, labores,
Veſtra manus dubio quicquid diſcrimine geſſit,
Tranſcurrens egit Stilico. - -

Vt

Vt & Baptiſta Mantuanus ad Robertum Severinatem:

Sed nec & imbelles Indi, mollesve Sabæi,
Pygmæive breves rapiunt, verum accola Rheni,
Gens durata gelu, genus inſuperabile bello.
Quod toties Romam, tunc cum ditione premebat
Europæ, Libyæque urbes, Aſiamque minorem,
Terruit; hi ſuperant Parthos, Thracumque furores,
Quos Martem genuiſſe ferunt, hi ſpicula torquent
Thermodontica non inferiora ſecuri.

Namque Romanos, etſi omnibus terrori erant, Germanos timuiſſe conſtat. Sic enim loquuntur apud Cæſarem l. IV. Tenchtheri & Vſipetes: *Germanos nunquam recuſare, ſi laceſſantur, armis contendere, quod hæc ſit eorum conſuetudo a majoribus tradita, quicunque bellum inferant reſiſtere.* Nec hoc abnegat Hircius in additione Bell. Gall. ante præſtantiſſimas Cæſaris in Gallia res geſtas, Germanos nemini auxilia adverſus Romanos denegaſſe. Qui enim fieri poterat, ut Romanos timerent, qui omnibus adverſus Romanos ſuppetias mittebant? Mithridati, ipſis etiam gladiatoribus in gremio Italiæ. Oroſ. l. V. Nec ipſi quieti crebris agminibus nunc Italiam, nunc Galliam, nunc cæteras Romanorum provincias vaſtabant. Optime Claudianus ad Stil. l. I.

- - Ingentia quondam
Nomina crinigero flaventes vertice Reges,
Qui nec principibus, donis, precibusque vocati
Paruerint, juſſu properant, ſegnique verentur
Offendiſſe mora. - -

Idem

Idem de Bello Getico:

Illane poſteritas credat, Germania quondam
Illa ferox populis, quæ vix inſtantibus olim
Principibus, tota poterat cum mole teneri,
Iam ſeſe placidam præbet Stiliconis habenis.

Quos tamen Stilico non vi, ſed maxima auri ſumma, quia & ipſe Vandalus & Germanus fuit, ad ſuas partes traxit. Et Poëta ſatis nimius eſt in extollenda Stiliconis laude, quem tamen tantæ virtutis fuiſſe non conſtat. Satis, ſuperque hæc demonſtrant, Germanos non pro libertate, ſed pro inperio & dignitate decertaſſe. Druſus enim, licet is ſolus aliquandiu minimam Germaniæ particulam in provinciam redigere incubuerit, tamen cæſus apud Bingium fatis conceſſit. Abſit ergo, quod Germani Romanos rerum Dominos timuerint, dum contra ſæpiſſime amicitiam, pacemque a Germanis grandi vi auri emerint. Claudian. l. I. Stilic.

Illi terribiles, quibus otia vendere ſemper
Mos erat, & fœda requiem mercede paciſci.

Sic etiam queritur Salvianus l. VI. de Gubernatione Dei: *Terrebant Romani veteres, nos timemus, vectigalia illis ſolvebant populi barbarorum: nos vectigales barbaris ſumus. Vendunt nobis hoſtes lucis uſuram: tota admodum ſalus noſtra commercium eſt.* Et D. Cæſar in amicitiam ſuſceptis Germanis Cisrhenanis, ut Lucanus l. I. Pharſal. teſtatur:

Et docilis rector roſtrati Belga covini.

Et:

.. nimiumque rebellis
Nervius, & cæſi pollutus ſanguine Cotta,

Et

Et qui te laxis imitantur Sarmata braccis,
Vangiones, Batavique truces, &c.

Et:

Tu quoque lætatus converti prælia Trevir, &c.

Pompejum devicit. Sub Auguſto, Tiberio, Caligula, Claudio, Nerone, Galba, Vitellio Germani maximis affecti beneficiis, ad cuſtodiam Cæſarum vigilabant, ut paſſim ex Suetonio liquet. Otho porro Imp. ut & Veſpaſianus duces Germanici exercitus lenire ſtudebant, ut Tacitus habet. Et reliqui etiam Commodus, Pertinax, Severus, Antoninus, M. Verus, Alexander: hi omnes amicitiam Germanorum quæſiverunt, de quibus Tutor ait ad Civilem ſecundum Tacitum: illos omnia ex libidine agere, non regi, non juberi, ſolosque pecunia, & donis corrumpi. Sic etiam Herodianus de Alexandro Imp. refert, nunquam ſuperiorem evaſiſſe, tandem pecunias elargitum eſſe, fœderaque & pacem mercatum: ſunt enim Germani avidi pecuniæ, atque nunquam non auro pacem vendunt. Et Commodus auro dato, ut ipſe habet, pacem emit ab ipſis: quippe barbari * ſuapte natura pecuniæ avidi, periculo-

* Germanos κατ' ἐξοχὴν ita dictos docent *Jo. Savaro* ad *Sidon. Apollin.* L. V. ep. 5. & L VIII. ep. 3. *Goldaſtus* in Notis ad ſcript. R. Alemannic. T. I. p. 113. & ad *Eginh.* p. 132. & 162. M. *Berneggerus* in quæſt. ad *Tacit.* c. 91. *Gallos* ſic appellatos obſervat *Caſp Barthius* ad *Claud.* epigr. p. 1012. De *Latinis* ſ. Romanis idem docuere *Druſius* Obſ. L. III. c. 3. *Berneggerus* l. c. *Jac. Emmeneſſius* ad *Virg.* Eclog. I. vſ. 71. & *Th. Bangertus* Obſ. phil. p. 1396. ſqq.

culorum deſpicientes, aut incurſionibus, populationibusque victum parant, aut propoſita mercede venalem pacem habent. Quod intelligens Commodus, ut pecunia quam maxime ſecuritatem redimeret, nihil videlicet petentibus denegabat. Plura vide apud Fl. Vopiſcum, Lampridium, Iul. Capitolinum, Spartianum, Trebellium Pollionem, V. Paterculum, Aur. Victorem, R. Feſtum, Eutropium, Paul. Diaconum, Caſſiodorum, Iornandem. Et licet Germani interdum victi fuerint, non tamen in provinciam redacta fuit regio, ſed continuis ſe copiis oppoſuere, nunc hi, nunc illi ſucceſſerunt, donec Romanum Imperium ad ſe traxerunt. Hinc jus ſolos apud Germanos permanet eligendi Romanum Imperatorem, quod ab Ottone III. originem ſumpſit. Vid. Martinum Polon. in Chron. Leopoldum de Babenberg de Iur. regni & Imp. c. 2. Rodulph. de Columna c. penult. Albericum de Roſate in ſuo Lexico, in voce *Electores*. Marſil. Patavin. de translatione Imp. c. II. Cuſan. de Concordantia Cathol. III. c. 4. Antonin. Hiſt. ſuæ p. 2. tit. 16. c. 4. Blond. Dec. II. l. III Platin. in Vita Gregorii V. Iacob. Bergomat. in ſupplem. Chron. l. XIII. Albert. Cranz. in Metrop. Naucl. gener. XXXIV. Trith. in Chron Hirſaug. de Cunrado X. Abbate. Cuſpinian. in vita Ottonis III. Hug. Mutium de German. prima origine l. XIII. Melch. Goldaſt. Imp. Polit. part. I. Electus vocatur Cæſar, & Rex Romanorum, cui vi ſolius Electionis competit jurisdictio, licet non ſubſecuta fuit Papalis coronatio: Aurea Bulla tit. 2. §. ult. Molin. in conſuet. Pariſ. tit. I. num. 73. Tobias

bias Paurmeiſter. l. II. de Iurisd. c. 4. n. 5. Pacian. l. II. de probat. c. 35. n. 32. Error enim manifeſtus eſt, Imperium, regna, respublicas, quæ ſunt, ab Eccleſiaſtica Pontificis Romani & Eccleſiæ poteſtate dependere. Sed Imperium ſolum a Deo ſolo deſcendit, qui Reges & Principes ordinat, non autem Papa l. I. C. de vet. jur. enucl. Nov. 28. c. 4. l. fin. C. de legibus l. 9. ff. ad l. Rhod. de jactu Nov. 105. c. 2. l. 3. in fine Cod. quadrien. præſcript. *Bartol.* l. 24. n. 7. ff. de captivis. Geil. 1. de PP. c. 11. n. 4. Dantes Aliger. l. III. Rodulphus de Col. Iordan. in Chron. Aeneas Sylvius, Guilielmus Occam, Anton. Roſſel. Sigbertus, Blondus, Platina, Vincentius, Onuphrius Panvinius tr. de Comit. tit. qua rat. Impp. Franci, & Marianus Scotus, Nauclerus, Robertus Gaguinus, *Philippus* Bergomenſis, Wimphelingius, Donatus Acciaiolus, Gothofridus Viterbienſis, Lambert. Schaffnaburg. Aventinus, Albericus, Nicolaus Gillius, Arniſ. de exempt. & ſubj. cleric. c. 7. n. 11. Marſilius Patavinus l. II. c. 8. in princ. Beſold. de Iurisd. Rom. Imp. diſt. 5. Hænon. diſp. pol. 3. th. 4. Bodin. l. 5. de Republ. c. 8. Polyd. Virg. l. IV. de Invent. Rer. c. 10. Cluten. Syll. rer. quotid. concluſ. 6 lit. b. Reinking de Regim. ſecul. Rom. Imp. l. I. claſſ. 2. c. 3. Goldaſt. Polit. Imp. part. 9. de translat. Imp. ad German. p. 488. Facit hæc arrogantia Pontificis contra S. Codicem II Sam. V. 1. 1. Reg. c. XII. v. 1. & 16. Proverb. c. VIII. v. 15. Rom. XIII. v. 18. Dan. II. v. 25. Eſaiæ XLV. v. 1. & 2. Matth XXII. XVII in 1. Petr. cap. 11. Hinc Papæ extra territorium jus diceati

ceati

centi impune non paretur. l. ult. ff. de jurisdict. Marſil. Patavin. in defenſ. pacis, p. 2. c. 25. Cabotius 1. diſput. 5. Goldaſt. Imp. Polit. p. 2. Iohan. Limnæum Stat. Imp. Romano-Germ. part. 1. 82. Poſt Imperatorem ſeptem ſunt Electores: tres Archiepiſcopi, quos Imperii Archicancellarios vocare placuit, Moguntinus Germaniæ, Colonienſis Italiæ, Trevirenſis Galliæ. Quatuor Principes, quos vocant ſeculares, Rex Bohemiæ Pincerna, Comes Palatinus Archidapifer, Dux Saxoniæ Archimareſchallus, Marchio Brandenburgenſis Archicamerarius, Regna IV. in Imperio, Bohemia, Hungaria, Dania, Polonia. Ducatus titulo gaudent hæ ſequentes regiones: Lotharingia, Sabaudia, Burgundia, Brabantia, Lucenburgum, Limburgum Weſtraſia, Geldria, Iuliacum, Clivia, Montes, Rhetia, Zaringia, Suevia, Virtenbergum, Bavaria, Carinthia, Carniola, Stiria, Auſtria, Noricum, Palatinatus, Franconia, Saxonia, Luneburga, Brunſvicum, Weſtphalia, Aſcania, Holſatia, Megapolis, Pomerania, Rugia, Boruſſia, Livonia, Sileſia, Tranſylvania. Landgraviatus IV. Thuringia, Haſſia, Lichtenberg, Alſatia. Marchiones IV. Miſnenſis, Moravus, Badenſis, Brandenburgicus. Burggravii IV. Meidenburgenſis, Noribergenſis, Reneck, Strombergenſis. Comites innumeri: quos videre eſt apud Ioh. Limnæum P. 1. & 2. Stat. Imp. R. Germ. Archiepiſcopatus ſunt in univerſum ſeptem: Moguntinus, Colonienſis, Trevirenſis, Magdeburgicus, Saltzburgenſis, Bremenſis, & Rigenſis. Sylvæ celebriores Martiana, quæ & nigra & Hercynia. Flu-

vii

vii nobiles Danubius, Rhenus, Amaſius, Mœnus, Nicer, Albis, Viadrus, Viſtula, aliique innumeri. Academiæ & Gymnaſia publica in Germania multa, Baſileæ, Coloniæ Agrippinæ, Dillingæ, Moguntiæ, Marpurgi, Lipſiæ, Ingolſtadii, Heidelbergæ, Gripſwaldi, Friburgi, Briſgoiæ, Francofurdi ad Oderam, Erphordiæ Thuringorum, Pragæ, Roſtochii, Regiomonti, Tubingæ, Viennæ Auſtriæ, Vitebergæ, Herbipoli, Ienæ, Argentinæ, Helmſtadii. Altorfii, Rintelii. Civitates liberæ in Germania numerantur LXXXIV. Circuli decem: Franconiæ, Bavariæ, Auſtriæ, Sueviæ, Electorum Rheni, Germaniæ inferioris, Saxoniæ ſuperioris & inferioris, & Burgundiæ. Pet. Bertius. Admiſſis exterarum gentium commerciis humanitas, eruditio, ſapientia, ſimul admiſſa. Teſtantur id permulti omnium artium genere inſtructiſſimi viri: teſtantur linguarum Græcæ, Latinæ, Hebrææ peritiſſimi: hic Poëtæ nobiles, hic diſerti Oratores, hic acuti Diſputatores, hic abſoluti Arithmetici, hic Aſtronomi exactiſſimi inveniuntur. Geometras vero nulla Europæ vel Orbis regio magis conſummatos dabit. Specta æris fundendi cudendique peritiam, ſpecta metallorum tractandorum ſcientiam: ſpecta medicinæ accuratam cognitionem. Hæc primum machinas, tormentaque ærea invenit, prima typographiam noſtro orbi dedit, prima horologiorum confectionem demonſtravit. Cui aſtipulatur P. Iovius, homo Italus: *offertur nobis lætiſſima ſeges ab ipſa mirabili Germanici cœli fertilitate. Occulta hercle ſyderum commutatione eveniſſe arbitramur, ut*

 illud

illud cœlum moleſtis Boreæ flatibus, frigore, geluque damnatum horrida dudum, torpentiaque ingenia mollierit, ac excitarit. Nec enim contenti ſua veteri militiæ laude, qua Martium decus Romanis gentium victoribus ereptum ſtabili diſciplinæ feliciter tuentur: Ipſas etiam pacis ornamenta literas, optimasque artes decoquenti Græciæ, ac Italiæ dormitanti, quod pudeat, abſtulerunt. Patrum ſiquidem memoria architecti inprimis, ac exinde pictores, ſtatuarii, ſculptores, mathematici & perargutæ manus artifices, ac item aquileges, ſeptem pedariique menſores, e Germania petebantur. Nec mirum, quum antea inuſitatæ & portentoſæ inventionis æreas formas excudendis libris, & formidanda bello ænea tormenta nobis attulerint. Typographiæ ſane inventum, ut Barcl. Sat. l. IV. habet, pulverisque nitrati cum tormentis bellicis Germanis orbis debet, ambiguo prorſus beneficio, & quo tam pernicies mortalium, quam utilitas ſe humanis rebus ulterius inſinuavit. Vid. & Polyd. Virg. l. II. c. 11. Denique ita Germania (verba ſunt Bertii) omnium artium aſylum facta eſt, ut nullam elegantiorem ſcientiam admiſerit, quam non exornarit, auxerit, poliverit: multas vero ipſamet invenerit.

Cap. II.

De ſummo hominis bono. *Ejus deſcriptio. Exiſtentia. Non in voluptate. Non in honore. Non in divitiis. Non in virtute. Sed in ſolo Deo. Quem Philoſophi etiam Ethnici ſummum bonum ſtatuunt. Modus ſc. medium religio. Definitio. Scopus hominis reditus ad Deum. Unus Deus. Una religio. Nota vera religionis.*

Enu-

ENucleata jam regione, politiaque adjuncta, diſquirendum eſt, quid ſit in hac ulterius expetendum. Et quidem ſummum bonum homini in vita maxime indagandum, & ad ejus participationem maxime aſpirandum. Eſt autem ſummum bonum, ſecundum *Ariſtot.* l. I. Eth. animi operatio ſecundum virtutem optimam & perfectiſſimam in vita perfecta. Dicitur autem vel ſummum bonum, τὸ ἀγαθὸν, beatitudo μακαρισμὸς, felicitas, εὐδαιμονία, proſpera fortuna εὐτυχία, bona actio εὐπραξία, beata vita εὖ ζῆν. Definitur autem per operationem. Rei enim perfectio ex operatione ejusdem æſtimatur. Summa autem beatitudo nequaquam in voluptate eſt. Beluis enim, brutisque animalibus communis. Si enim beatos voluptas facit, feliciores ſane nobis beſtiæ, quæ liberiori, & jucundiori fruuntur. Nec diuturna eſt. Plautus in Curcul.

- - nulli homini perpetuum bonum.

Iam huic voluptati adjunctum eſt odium. Boëth. lib. III. m. 7.

Habet omnis hoc voluptas,
Stimulis agit furentes,
Apiumque par volantum,
Vbi grata mella fudit,
Fugit, & minus tenaci
Ferit icta corda morſu.

Hor. 1. Epiſt. 17.

Sperne voluptates, nocet empta dolore voluptas.

Corrumpit etiam potius hominem quam perficit. Fieri enim non poteſt, ut animus libidini deditus,

 amore,

amore, deſiderio, cupiditate, copia, inopia etiam nonnunquam impeditus, literis operam dare poſſit. Nec eſt alia cauſa, cur in tantis præmiis eloquentiæ, tanta voluptate dicendi, tanta laude, tanta gloria, tanto honore tam ſint pauci, ſemperque fuerint, qui in hoc labore verſentur. Omittendæ enim ſunt omnes voluptates: relinquenda ſtudia delectationis, ludus, jocus, convivium, ſermo etiam pene omnium familiarium deſerendus: quæ res in hoc genere homines a labore, ſtudioque deterret, Cic. pro M. Cælio. Impedit voluptas conſilium, eoque magis, quo major ſit, ut Veneris, Ariſt. l. VII. Ethic. c. 11. Hinc a voluptatibus & doloribus, ut idem l. II. Eth. c. 3. ſcribit, habitus vitioſi naſcuntur: propterea quod ea quis ſequatur aut caveat: vel quæ facienda, fugiendaque non ſint, vel quando, vel quomodo facienda non ſint, & cavenda, quæque ſunt ejusdem generis, quæ ratio præſcribat. Silius Ital. l. XV.

- - Inde aſpice late
Florentes quondam luxus quas verterit urbes;
Quippe nec ira Deum tantum, nec tela, nec hoſtes,
Quantum ſola noces animis illapſa voluptas.
Ebrietas tibi fida comes, tibi luxus, & atris
Circa te ſemper volitans infamia pennis.

Voluptas inſuper poteſt ſtare cum peſſimis vitiis, cum luxu & adulterio, cum his bonum ſtare nequit. Infeliciſſimi etiam voluptate fruuntur. Voluptas igitur non ſummum bonum. Nec honor ſummi boni nomen meretur. Hic enim non propter ſe, ſed propter virtutem expetitur. Gloriam & hono-

rem

rem non debet ſequi virtus, ſed ipſa virtutem: Vnde honores, quos expetunt multi, Cato petere non debuit, ſed eos civitas ob ejus virtutem non petenti dare, Auguſt. IV. de Civ. Dei. Virtutis merces gloria, quæ eadem bonis viris tribuitur, Ariſt. l. IV. c. 3. Eth. Quia honor eſt bonum externum, leve, dubium, fugax, inconſtans, fallax, cum ob vulgi levitatem, tum ob noſtram imbecillitatem. Honos etiam magis eſt in honorante, quam honorato. Ariſt. l. I. Eth. Eſt in eorum poteſtate, qui colunt, non qui coluntur, Ariſt. Eth. l. I. c. 5. Honor inſuper ſæpe ab indignis acquiritur. Summum autem bonum non niſi a dignis. Gloriam & honorem, & Imperium bonus & ignavus æque ſibi exoptant. Si bonus vera via nititur, ſed ignavus, quia bonæ artes deſunt, dolis atque fallaciis contendit, Sall. in Catil. Hinc Alphonſus, ut Panormit. l. II. de rebus ejus geſtis refert, interrogatus, quid ſibi ſine utilitate honor eſſe videretur? Conſimile id ſibi videri reſpondit, ut ſi peracutum & peracre quis cernat, ſed offenſus caligine oberret in tenebris. Notabat autem eos, qui ad magnos honores aſpirant: quibus impetratis, non habent, quo honoris titulo ſatisfaciant. Tales ſunt hodie equites, etiam aurati, qui poſt profectionem ad D. Iacobum, aut Dominicum ſepulcrum, ſe auratos equites nominant, ac inſignia picta oſtendunt, quum vix habeant viaticum ad unum atque alterum miliare, pedes ire ſoliti. Remotis igitur obſtaculis inſanæ opinionis, ſcelera nuda penſantur, nuda inſpiciantur, fallacia tegmina & vanæ laudes & gloriæ auferantur, & apparebunt miſeriæ

peccatorum, Auguſt. l. III. de Civ. Dei. Nec divitiæ. Quia divitiæ expetuntur non propter ſe, ſed propter aliud, nempe vitam noſtram ſplendide agendam. Iuv. Sat. XIV.

- - Menſura tamen quæ
Sufficiat cenſus, ſi quis me conſulat, edam.
In quantum ſitis atque fames, & frigora poſcunt,
Inſanos ſeſe, ſeſe ſine mente viderent.

Opes enim multorum inſtrumentorum, & commoditatum, teſte Ariſt. l. I. de Rep. c. 5. in re familiari, & civili ratione locum obtinent. Ex quo perſpicuum eſt, quæſtuariam quandam artem a natura propoſitam eſſe, & iis, qui Rempub. & iis, qui rem familiarem tuentur. Sunt etiam incertæ & inſtabiles: bonum autem eſt ſtabile & permanens. Recte Græcus, quisquis eſt, Comicus:

Τῶν γὰρ ἀγαθῶν τὸν πλοῦτον ὕσατον τίθει.
Ἀβεβαιότατον γὰρ ἐστὶν ὧν κεκτήμεθα.
Opes bonorum judica omnium ultima:
Nam poſſidemus nil eis incertius.

Vt & Horatius l. II. Epiſt. 2.

Sit proprium cuiquam, puncto quod mobilis hora
Nunc prece, nunc pretio, nunc vi, nunc ſorte ſuprema
Permutet dominos, & cedat in altera jura.
Si quia perpetuus nulli datur uſus & hæres
Hæredem alterius, velut unda ſupervenit undam.
Quid vici proſunt, aut horrea? quidve Calabris
Saltibus adjecti Lucani? ſi metit Orcus
Grandia cum parvis non exorabilis auro?

Porro divitiæ ſunt damnoſæ, periculoſæ, violentæ.

Con-

Congeratur in te, inquit Seneca Epiſtola 16. ad Lucil. quicquid multi locupletes poſſederunt, ultra privatum pecuniæ modum fortuna provehat, auro tegat, purpura veſtiat, & eo deliciarum, opumque provehat, ut terram marmoribus abſcondas, & non tantum tibi habere liceat, ſed calcare divitias. Accedant, ſtatuæ, picturæ, & quicquid ars ulla luxuriæ elaboravit, majora cupere ab his diſces. Quid refert, quantum illi in arca, quantum in horreis jaceat, ſi alieno inhiet, ſi non quæſita, ſed quærenda computat. Non enim pauper eſt, qui minus habet, ſed qui plus cupit. Nec qui plus habet, ſed qui minus cupit dives. Si ad naturam vives, nunquam eris pauper. Si ad opinionem, nunquam eris dives. Exiguum natura deſiderat, opinio immenſum. Caduca nimirum & fragilia (ut Val. Max. l. VI. ait) puerilibusque conſentanea crepundiis, ſunt iſtæ, quæ vires atque opes humanæ vocantur: affluunt ſubito, repente dilabuntur; nullo in loco, nulla in perſona ſtabilibus nixa radicibus conſiſtunt: ſed incertiſſimo flatu fortunæ huc atque illuc acta, quos in ſublime extulerunt, improviſo decurſu deſtitutos, in profundo cladium miſerabiliter immergunt. Itaque nec exiſtimari, neque dici debent bona, quæ inflictorum malorum amaritudine deſiderium ſuum duplicant. Recte de his Boëthius l. III. pr. 8. de Conſol. Philoſ. *Divitiæ quantis implicitæ ſint malis, breviſſime demonſtrabo. Quid enim? pecuniamne congregare conaberis? ſed eripies habenti. Dignitatibus fulgere velis? donanti ſupplicabis: & qui præire cæteros honore cupis, poſcendi humilita-*

te vileſces. Potentiamne deſideras? ſubjectorum inſidiis obnoxius, periculis ſubjacebis. Gloriam petis? ſed per aſpera quæque diſtractus, ſecurus eſſe deſiſtis. Voluptuariam vitam degas, ſed quis non ſpernat atque abjiciat viliſſimæ, fragiliſſimæque rei corporis ſervitium? Nec virtus. Non enim eſt vera virtus, niſi quæ ad eum finem tendit, ubi eſt bonum hominis, quo melius non eſt, unde virtuoſus homo petere non debet, Auguſt. l. IV. de Civ. Dei. Nullus etiam homo in omnibus excellit. Omnes autem virtutes ſibi ita cohærent, ut qui una caruerit, omnibus careat, Hieronym. in Epiſt. In hac autem vita virtus non eſt, niſi diligere, quod diligendum eſt. Id diligere prudentia eſt, nullis inde averti moleſtiis fortitudo eſt; nullis illecebris temperantia eſt; nulla ſuperbia, juſticia eſt, Auguſt. in Epiſt. ad Maced. Nihil autem præſtantius Deo, Cic. l. II. de Nat. Deor. Nihil pretioſius Deo, virtute dilectionis, D. Aug. ὐδεὶς ἀγαθὸς, εἰ μὴ εἷς ὁ Θεὸς, nemo bonus niſi unus Deus, Matth. XIX. v. 17. Marc. cap. X. verſ. 18. Luc. XVIII. verſ. 19. Summum igitur bonum Deus, ad quod conſequendum totus vitæ noſtræ curſus eſt dirigendus, quo tanti boni participes fiamus. Finis ergo actionis noſtræ eſt ſolus Deus. Quem poſſidere non quimus, niſi cœleſti amore proſequamur: non amore ardemus, niſi cognoſcimus; & hoc tantum fidei ſpe accedente, quo tandem tanti boni participes fiamus, non in hac vita, ſed in futura. Et huic aſſentiuntur ſententiæ ſummi Philoſophi, qui etiamſi naturali cæcitate perverſi, tamen aliquam cognitionem ſummi hujus boni hau-

hauſerunt. Plato in Timæo: Deus eſt ſummum bonum, ſupra omnem ſubſtantiam, omnemque naturam, quod cuncta expetunt, cum ipſe ſit plenæ perfectionis & nullius ſocietatis indigus. Ibid. Bonus quidem Deus, & omnium Deus cauſa bonorum. Idem in Phædone: quod conjungimur & aſſimilamur Deo, qui omnis beatitudinis faſtigium, meta, finis. Mercurius Triſmegiſtus: ὁ δὲ θεὸς τὸ ἀγαθὸν οὐ κατὰ τιμὴν, ἀλλὰ κατὰ φύσιν· μία γὰρ ἡ φύσις τοῦ θεοῦ, τὸ ἀγαθόν. *Deus eſt bonum non ſecundum honorem, ſed ſecundum naturam. Vna enim eſt natura Dei, ipſa bonitas.* Zoroaſtres in Oraculis:

Χρὴ σε σπεύδειν πρὸς τὸ φῶς, καὶ πατρὸς αὐγάς.
Ἔνθα ἐπέμφθη σοι ψυχὴ πολὴν ἑσσαμένη νοῦν.
Opus eſt feſtinare ad lucem, & patris ſplendorem,
Vnde miſſus tibi animus multa indutus mente.

Iamblichus de ſummo bono loquens, divinum vocat: Sanum, formoſum, divitem, honoribus auctum, bono ſenſu præditum eſſe, num beatitudinem hominis dicemus? Profecto non. Robur hominis riſus eſt; honos, nugæ; homo ipſe, & quicquid apud homines in pretio, umbra celer: ſed bonis bonæ poſſeſſiones illæ ſunt, malis malæ & pernitioſæ. Quid ergo? num, ſi iſta, non per ſomnium momentaneum; ſed in perpetuum poſſideantur? Imo, ſi abſque virtute æternum poſſideantur, maximum malum, & quo citius deſinent, eo minus. At vera ratio perveniendi ad divinam beatitudinem, invocatio Deorum, ſummi vero Dei imprimis, qui cæteris dominatur

tur & imperat. Item: Homo olim contemplationi Dei admotus erat. Inde vero huic corpori obnoxius factus eſt, & fati neceſſitati alligatus. Quare, qua via liberari poſſit, rimemur. Sola utique Dei cognitio, non ulla alia, ſolvere illum poteſt. Felicitatis enim idea, noſſe bonum, & boni cognitio, ſacra porta, per quam ad omnium rerum creatorem aditus patet. Plotinus Ennead. 1. l. IV. Supremus hominis finis, merum bonum, id eſt, Deus. Cætera vero ad finem pertinent, finis non ſunt. Ei porro qui bonum illud poſſidet, nullum bonum auferri, nullum addi poteſt, quia non conjungitur tantum Deo, ſed fit quaſi Deus. Porphyrius: Quis humanæ vitæ finis? haud dubie vivere mente, contemplando in hac vita. Non autem contemplatio illa verborum congeries eſt; aut diſciplinarum rhapſodia, ſed vera, ejus qui contemplatur, cum ea re quam contemplatur, conjunctio & unio, videlicet mentis cum Deo. Syrianus in Ethica: Philoſophamur boni noſtri cauſa, id eſt, ſalutis noſtræ gratia. Salus autem in eo, ut Deo conjungamur & conciliemur rurſus. Simplicius: Initium, & finis beatæ vitæ, mentisque perfectio, ad Deum extendi convertique. Hoc autem fiet partim, ſi agnoſcamus rerum omnium gubernacula, penes eum eſſe, partim ſi iis omnibus, quæ facit, tanquam a juſtiſſima ſententia profectis acquieſcamus. Quamdiu mens noſtra in Deo, tanquam radice defixa eſt, perfectiones & dotes quibuscum a Deo creata eſt, integras retines; ſin avellitur inde, aut abſcedit, emarceſcit ilico & elangueſcit, donec iterum

rum

rum convertatur ad illum, ipſique adhæreſcat. Alexander Aphrodiſæus de Provident. Cum enim dignitiſſimus animæ actus contemplatio ſit, & contemplatio in vera rerum optimarum cognitione conſiſtat; divinis autem rebus melius ſit nihil; divinarum utique rerum contemplatio, & finis noſter & felicitas noſtra ſit oportet. Patet igitur, bonum hoc hominis non in hac, ſed in altera acquiri vita. Ad quod acquirendum religio nos unica adducit. Eſt autem religio quæ ſuperioris cujusdam naturæ, quam divinam vocant, curam cæremoniamque affert, Cic. l. II. Rhet. quam omnes apud homines neceſſariam eſſe conſentiunt. Plato: Beatitudo hominis Deo ſimiles fieri, ſi juſtus & ſanctus ſit pietate erga Deum, quæ ſumma apud homines virtus. Ariſtoteles l. V. Ethic. & l. I. de Cœlo: Homini natura inſevit ut ſacrificet. Epictetus: Si quid mente valemus, quid nobis agendum, niſi ut Deum aſſidue celebremus, ei hymnos, ei gratiarum actiones canamus? dum terram fodimus, aut vertimus? ſeu laboramus, ſeu requieſcimus? quas autem? Magnus Deus qui hæc colendæ terræ inſtrumenta dedit. Magnus qui manus ipſas largitus eſt nobis. Magnus vero, qui dat, ut nec cogitantes creſcamus, & dormientes reſpiremus? (Sunt enim hæc ejusmodi, ut noſtræ induſtriæ adſcribi non poſſint) hic omnium debet eſſe, quotidianus hymnus. Hierocles adverſus Atheos c. I. Omnium virtutum dux Religio, quæ ad divinam cauſam refertur, ac propterea Pythagoras præcepta ſua inde orditur. Quæ religio, ſecundum eundem cap. 5. eſt obedientia erga Deum, omnium virtutum mater,

&

& vitiorum omnium odium & fuga, & eousque parere tenemur Deo, ut, ſi opus eſt, parentibus ipſis obſequium denegemus; imo & vitam ipſam abnegemus; parentibus enim obſequium debemus propter Deum, & per Deum, & a Deo vitam omnes poſſidemus. Igitur, natura nos obligat, ut Averroës ſcribit, ad magnificandum Deum, orationibus & ſacrificiis. Quia in pietate, autore Alexandr. Aphrodiſæo erga Deum omnis noſtra felicitas poſita eſt, nullam quippe mercedem, niſi Deum ſolum expectamus; hunc autem, qui ſummum ipſe eſt bonum, colendo acquirimus. Recte ſane Iamblichus de myſt. c. 45. Incipiamus ab optimo, pretioſiſſimoque, Pietas colenda eſt, pietas autem Dei cultus. Item: Suſpicaris viam aliquam forte eſſe, qua ad feliciatem eatur, aliam quam pietatem: & quæ ſit, aut eſſe poſſit illa, rogas. Sed profecto ſi in Dîs eſſentia, & prima vis omnis boni ſita eſt, beati illi tantum qui (quod nos fecimus) ſeſe totos adjunxerint Deo & conſecrarint. Adjuncta eſt enim huic ſtatui & conditioni contemplatio, & abſoluta ſcientia, & præter Deorum cognitionem ſui ipſius cognitio, quæ reflexione mentis in ſe ipſam acquiritur. Item: facienda ſunt, quæ Deo grata ſunt; profecto illa non poſſunt cognoſci, niſi ab eo, qui Deum ipſum audiverit, aut arte aliqua divina fuerit doctus. Cui Alpharabius Arabs in l. de Scientiis aſſentitur: Res divinæ & pia fide credibiles, altiorem quam ceteræ gradum obtinent, quia ab inſpiratione divina procedunt, & quia debilior mens hominis, & tenuior ratio,

quam

quam ut ad illas attingere poſſit. Eſt igitur ſcopus hominis, quo reditus ipſi ad Deum pateat. Reditus autem eſt relligio. Vnus eſt autem Deus verus, una igitur religio; cui tres notæ competunt, quibus a falſis ſeparatur: Si veri Dei ſacra adminiſtret, ſi fundamento certo & indubitato, non coacto teſtimonio Sacri Codicis utatur, ſi hominum animos perditos ad Deum reducat, & reconciliationem indubitatam illis pariat.

CAP. III.

Impedimentum. *Natura corrupta. Non Deus. Inobedientiam malum hoc ſequutum. Aſtu Diaboli. Serpentis habitum induti. Samuël priſcis. Ethnicorum opinio. Idololatria Enoſi tempore incepit. Idola tempore Noa: in Alcorano. Serugi ſeculo reſtaurata. Subverſa procellis. Thara ſtatuarius. Vetuſtiſſimæ hujusce Theologiæ duo genera. Incorporeorum & corporeorum. Philoſophi ſideribus divinitatem tribuentes. Adorationis ritus. Aegyptii duodecim ſigna obſervarunt. Vettii Valentis inediti juramentum. Quænam res in Deos relata. Tot Dei, quot cives. Omnes denique creaturæ inter Deos recenſita.*

V*Ideo meliora proboque, deteriora ſequor:* inquit Medea apud Ovid. l. VII. Metam. innuens corruptam hominis naturam. Hæc enim ad Deum unice contemplandum directa, nefarie conditorem ſuum deſeruit eque domina facta fuit ſerva. Homo namque cum in honore eſſet, non intellexit. In quo honore? habitabat in Paradiſo, * & in loco vo-

* Paradiſi exiſtentia, ſitus, ambitus, & alia ad ipſum pertinentia permultos viros doctos exercuerunt, quorum alii ad fabulas ſunt dilapſi, alii probabilia, alii ſatis certa propoſuerunt. Varias ſententias collectas vide in Relatt. Inno 1.

voluptatis, verba ſunt Bernardi Cant. ſerm. XXXV. converſatio ejus: nihil moleſtiæ nec indigentiæ ſentiebat, odoriferis ſtipatus malis, fultus floribus, gloria & honore coronatus, & conſtitutus ſuper opera manuum plaſmatoris. Magis autem ob inſigne divinæ ſimilitudinis præcellebat, & erat illi ſors ac ſocietas cum plebe angelorum, & cum omni militia cœleſtis exercitus. Sed mutavit iſtam gloriam in ſimilitudinem vituli comedentis fœnum. Heu triſtis & lacrimoſa mutatio! ut homo Paradiſi accola, terræ dominus, cœlicivis, domeſticus Domini Sabaoth, frater beatorum ſpirituum & cœleſtium virtutum cohæres, repentina ſe converſione invenit, & propter infirmitatem jacentem in ſtabulo, & propter indomitam feritatem alligatum præſepio, & propter pecorinam ſimilitudinem indigentem fœno, ſicut ſcriptum eſt; in camo, & freno maxillas eorum conſtringe, &c. Vide hominem prius quatuor virtutibus amictum, quid huic deerat, quem miſericordia cuſtodiebat, veritas docebat, juſtitia rege-

1702. p. 553. ſq. Conf. præter *Maluendam* & alios citatos auctores, itemque *Bochartum*, *Petr. Dan. Huetii*, *Stephani Morini*, *Salom. von Till*, *Jo. Marckii*, *Jo. Harduini* peculiares de Paradiſo commentationes. Adde *Hadriani Relandi* Diſſ. de Situ Paradiſi terreſtris, quæ eſt prima in P. I. Diſſert. Miſcellan. p. 4. ſqq. Studet in ea evincere fuiſſe olim Paradisum in Armenia, & eo quidem loco, qui medius eſt inter fontes quatuor fluuiorum, Phaſidis, Araxis, Tigridis & Euphratis, quos eſſe illos credit, qui a Moſe deſcribuntur nominibus Phiſonis, Gihonis, Chiddekel & Phrath.

gebat, pax ſovebat? Namque ad hoc homo, ut Gregor. l. 4. mor. habet, poſitus erat in Paradiſo, ut ſi ſe ad conditioris ſui obedientiam vinculis charitatis adſtringeret, ad cœleſtem angelorum patriam, quandoque ſine carnis morte tranſiret. Abſit vero ut Deus ſit autor peccati, aut velit, vel probet peccata. Minime gentium; ſed ipſemet homo. Gen. c. VI. v. 5. Et vidit Iehova, quod omnis cogitatio hominis ſuper terram, ac omne ejus figmentum tantum pronum ad malum ab adoleſcentia omni tempore Pſ. V. v. 5. Quia non es Deus, cui iniquitates placent, faciens malum non ſtabit ante te. Ioh. VIII. v. 44. Ἐκεῖνος ἀνθρωποκτόνος ἦν ἀπ᾽ ἀρχῆς, καὶ ἐν τῇ ἀληθείᾳ οὐχ ἕστηκεν, ὅτι οὐκ ἔστιν ἀλήθεια ἐν αὐτῷ 1. Ioh. c. III. ὁ ποιῶν τὴν ἁμαρτίαν ἐκ τοῦ διαβόλου ἐστὶν, ὅτι ἀπ᾽ ἀρχῆς ὁ διάβολος ἁμαρτάνει. Quod & maximus ille Plato, ethnicus quamvis affirmat: Κακῶν δὲ αἴτιον φάναι θεόν τινι γίγνεσθαι, ἀγαθὸν ὄντα διαμαχητέον παντὶ τρόπῳ, μητέ τινα ταῦτα λέγειν ἐν τῇ αὑτοῦ πόλει, ἢ μέλλει εὐνομήσεσθαι, μητέ τινα ἀκούειν, μήτε νεώτερον, μήτε πρεσβύτερον, μήτ᾽ ἐν μέτρῳ, μήτ᾽ ἄνευ μέτρου μυθολογοῦντα, ὡς οὐ ἢ ὅσια ἂν λεγόμενα ἢ λέγοιτο, οὔτε ξύμφορα ἡμῖν οὔτε ξύμφωνα αὐτὰ αὑτοῖς, id eſt, Deum autem, quippe qui bonus eſt, cuiquam autorem cauſamque eſſe mali, hoc vero omni contentione refutandum eſt, neque concedendum, ut quiſquam hæc vel dicat, vel audiat in civitate (ſi illam bene conſtitutam optamus) neque juniorum videlicet, neque ſeniorum,

rum, neque verſu, neque ſoluta oratione, utpote, quæ dicta, neque pia ſunt, neque utilia, nec ipſa ſibimet ipſis conſentanea atque congruentia. Deus autem agit liberrime: ordine namque agentem voluntatem, verba ſunt Peuceri in l. de Divin. gen. & ſuſtentat & adjuvat: ruentem contra ordinem non adjuvat, etſi ſuſtentat. Etſi conatum non impedit in actionibus ordini contrariis: tamen vel ne perficiat, quod conatur, prohibet, vel quousque, quod illa conatur, permiſſurus ſit, conſtiuit metis circumdatis. Quemadmodum enim lex Iudæis poſita, mortis nomen interdum habet, non ſuopte ingenio mortem complectens, ſed quod eam transgreſſoribus importet; ſic nec lignum mortem continuit in ſeſe, nec Deus mortem ipſe creavit. Deus enim hominem condidit, ut eſſet immortalis, & ad ſuæ æternitatis imaginem. Deus mortem non creavit, nec oblectatur viventium interitu; ſed invidia Diaboli mors in mundum introivit, ſicuti Salomonis docet ſapientia. Imo Deus hortatur hominem ante prævaricationem, ut manducaret de ligno vitæ. Nam etiam arborem vitæ complexus eſt ſub dictione, *omni;* cum diceret: *De omni ligno quod eſt in Paradiſo, comedendo comedes*, præſertim cum illa arbor ei, utpote in medio Paradiſi converſanti, cæteris proximior foret, Thriverus in Apoph. XXX. Obedientiam vero detrectantes tantum malum ſecutum eſt. Aſtu enim diabolico circumventi malum ſibi lethæum contraxerunt, quo poſteri etiamnum laborant. Quippe Diabolus,

lus, Angelus per ſuperbiam ſeparatus a Deo, qui in veritate non ſtetit; doctor mendacii, quia ab ipſo primum inventum eſt mendacium. Ipſe eſt adverſarius effectus (verba ſunt Auguſtini ad Iulianum Com.) generis noſtri, inventor mortis, ſuperbiæ inſtitutor, radix malitiæ, ſcelerum caput, princeps omnium vitiorum; perſuaſor turpium voluptatum. Hinc ergo cum illum primum hominem a Deo factum Adam patrem omnium noſtrorum intueretur, videretque hominem ex limo terræ ad imaginem Dei factum, pudicitia ornatum, temperantia compoſitum, charitate circumdatum, immortalitate veſtitum: æmulus atque invidus tantum, beatitudinem hominem æternum accepiſſe, quod ipſe, dum eſſet angelus, per ſuperbiam agnoſcitur amiſiſſe; invidit ſtatim inſatiabilis homicida, primum parentem noſtrum tantis & talibus bonis exſpoliavit, & nos interemit. Serpenti enim aſſimilatur Gen. III. Primos noſtros parentes eo ſeduxit, ut pro infinitis bonis infinita mala ſuſceperint, gratiam Dei perdiderint, Paradiſo extruſi, omniumque malorum participes facti fuerint. Volunt autem antiqui Diaboli hujus ſeductoris proprium nomen fuiſſe Samaëlem, qui primos homines ſeduxit, eumque colubro cameli ſpeciem referente invectum. Rab. Moſes Ben-Maiemon More Nevochim II. c. XXXI. Coluber fuit equitatus, & ejus quantitas ſicut cameli, & equitatus ejus ſicut ille, qui decepit Evam, & ipſe fuit Samaël. Hoc autem nomen præciſe dicunt de Diabolo. Traditio etiam veterum Eccleſiæ Orientalis

bet: *Accuſationis Sachaëlis ne recorderis, memento autem defenſionis Michaëlis.* Elias etiam in Thisbe diverbium hoc Hebræorum adducit: *Date munus ipſi Samaël in die expiationum.* Deducitur autem nomen a שמר quod eſt *perdidit*, ſcil. *exterminavit.* Saniores etiam Ethnici hac parte conſentiunt. Sibyllæ verſus hi:

Ἄνθρωπος πέπλασαι θεοῦ παλαμαῖς ἐνὶ αὐταῖς,
Ὅντε πλάνησεν ὄφις δόλοις ἐπὶ μοῖραν ἀνέλθειν
Τοῦ θανάτου, γνῶσίν τε λαβεῖν ἀγαθοῦ τε κακοῦ τε.
Homo formatus eſt manibus ipſis Dei,
Quem abduxit ſerpens doloſus, ut ad ſortem veniret
Mortis, cognitionemque caperet boni & mali.

Pherecydes Syrus apud Origenem contra Celſum, Dæmonem ſcribit, qui terras devaſtavit, Serpentem, fuiſſe eumque idcirco ὀφιογενῆ & ὀφιόνεον, id eſt, ſerpentigenam vocat, qui quidem homines, tanquam turmatim adverſus Deum in aciem producat, &c. Eleganter ſane Hermes Triſmegiſtus c. 1. in Pœmandro: Pater omnium intellectus, vita & fulgor exiſtens, hominem ſibi ſimilem procreavit, atque ei tanquam filio ſuo congratulatus eſt, pulcher enim erat, patriſque ſui ferebat imaginem. Deus enim re vera propria forma nimium delectatus, opera ejus omnia uſui conceſſit humano. Homo autem cum conſideraſſet in tempore ſuo rerum omnium procreationem, ipſe quoque fabricare voluit, unde a contemplatione patris, ad ſphæram generationis delapſus eſt. Hinc in Harmoniam la-

pſus

pſus periclitatus, ſervus effectus eſt. Huic adſtipulatur Hierocles Stoicus in Comment. in aurea Pythagoræ carmina: Homo, *inquit*, motu ſuo malum ſequitur, bonum relinquit: & ineſt ei controverſia quædam in imis affectibus germinans, & præter contraque naturæ voluntatem excitata, quæ dum cum Deo litigat & contendit, facit ut ex cœlo in terram proruat. Ineſt quoque ei libera voluntas, qua ita abutitur, ut omni conatu legibus divinis obſiſtat. Libertas vero illa eſt nihil aliud, quam voluntas ſuſcipiendi malum potius quam bonum. Ne interim blaſphememus, quaſi noſtrorum ſcelerum ſit auctor Deus: imo homo ſua ipſius voluntate duce & incentrice pravus evaſit, & quando in peccatum incidimus, quod in nobis erat, fecimus; non quod Dei erat in nobis. Ambitio namque, ſcilicet ſuperbia, mortalis & lethifera eſt nobis: hoc autem malum nobis ipſi accivimus, quatenus a Deo mentem abduximus ad res caducas, quæ oblivionem Dei inducunt. Plotinus Enn. v. l. I. c. I. Quod iſtæ animæ, quæ naturæ divinæ participes ſunt, ita oblivioni tradiderint, & Deum parentem ſuum, & agnationem ſuam, & ſeipſas, quid tandem cauſæ eſſe poteſt? Profecto, reſpondet ipſe, initium mali, temeritas & audacia, quia voluerunt ſeſe emancipare, & ſui juris eſſe: itaque libertate ad licentiam abuſæ, adverſam plane viam elegerunt, adeoque alienæ factæ ſunt a Deo, ut (non ſecus ac infantuli, qui ab ipſis incunabulis a parentibus ſeparentur) cujus ſint, aut unde, aut quales, plane ignorent Porphyrius in l. de via ab intellig. & l. III. de Abſtin. De corruptione ho-

minis, animæque purgatione differens: quæ purgatio omni homini adeo neceſſaria eſt, ut fieri non poſſit, quin Deus univerſalem aliquam purgandi humani generis rationem procurarit. Qua ratione igitur fieri poteſt, ut per phantaſiam, qua conjungitur animæ corpus, hominis lapſus contigerit, cum ſuperiora ab inferioribus non trahantur, ſed contra? Imo hæ ſuperiores ſubſtantiæ deſcendunt in ſeipſis, ab intellectu in phantaſiam, a ſpiritualibus ad materialia, a ſummis ad ima, a perfectis ad imperfecta. Et quæ firmæ & ſtabiles eſſe poterant, ſi in unum Deum intentæ fuiſſent, non tam ſua quam Dei virtute, ſub cujus veluti forma vixiſſent, egiſſentque, dum in materiam inclinant, & propendent, a ſeipſis, & infra ſemetipſas delabuntur. Propterea vero in iſtis ſubſtantiis quæ in res materiales nutare posſunt, & adveniſſe peccatum, & damnatam fuiſſe infidelitatem ſeu perfidiam antiqui tradunt, quatenus creaturas dilexerunt, Creatorem averſatæ ſunt. Proclus in l. de anima: Anima ſi integra manſiſſet apud Deum, ut Plotinus volebat, rationem ipſam, quæ animæ tanquam radius, illibatam ſervaſſet, ac proinde omnes ejus actiones ita direxiſſet, ut peccato obnoxii facti non eſſemus. Simplicius ſane exacte ſcribit: Quamdiu anima hominis, auctori ſuo firmiter adhæret; integra manet, & perfectionem a Creatore ingenitam retinet. Sin autem ab eo divellitur, ac ſi a radice reſecetur, marceſcit ilico & vaneſcit, & primo vigori reddi nequit, niſi primæ cauſæ denuo jungatur.

Et hæc nefanda hominis corruptio in primo mun-

mundo inſtinctu diabolico verum Deum reliquit imagineſque Dæmonum pro Deo coluit, ſideribusque cultum divinum exhibuit. Nec enim idololatria poſt mundum aquis perditum incepit, ſed longe ante: quippe Enochi tempore. * Sic enim Gen. c. IV. verſ. ult. אוחוחל לקרא בשם יהוה id eſt, tunc profanatum eſt in invocando nomen Iehovæ. חלל enim ſæpiſſime in Sacro Codice pro profanare ſumitur. Num. XXX, v. 3. לא יחל דברו ככל־היצא מפיו יעשה: id eſt, non profanabit verbum ſuum, & omne faciet, quod ex ore ſuo exivit. Ezech. XXXIX. v. 7. ולא־אחל את־שם קדשי Et non profanabo nomen ſanctitatis meæ. Plura exempla paſſim occurrunt, tam in Moyſe, quam in Prophetarum ſcriptis. Paraphraſis Chaldaica, cujus autor R. Ionathan Ben-Vziel eſſe perhibetur, non aliter hunc locum quam de Idolis capit, ac ſi ante diluvium jamdudum homines ſuperſtitionibus his deditii fuiſſent. R. Salomon Iarchi hæc habet: אז הוחל לקרא את שמות האדם ואת שמות העצבים בשמו של הקבה לעשותן אלילים ולקרותן אלוהות, id eſt, tunc profanatum eſt, invocando ſcilicet nomina hominum, & nomina imaginum, cum nomine ſancti illius, qui benedictus ſit, Dei, adeo ut facerent idola, & vocarent ea Deos. Buxtorfiana autem editio, ut & Bombergiana pro אלילים habet עז, quo

 innui-

* Adſtipulatur huic opinioni *Anton. van Dale*, qui omni conatu id agit, ut primam idololatriæ originem hinc derivet, de origine & progreſſu Idololatriæ & ſuperſtitionis, cap. II. p. 14.

innuitur עבדה זרה, cultus extraneus, nempe idololatria. D. Hieronymus in quæſtionibus Hebraicis ſcribit; pleroſque Hebræorum arbitrari, quod tunc primum in nomine Domini, & in ſimilitudine ejus fabricata fuerint idola. Plerique tamen Theologorum τὸ, הוחל à חל id eſt, ſperare deducunt; quo ſenſu Seniores hunc locum ita tranſtulerunt: οὗτος ἤλπισεν ἐπικαλεῖσθαι τὸ ὄνομα τοῦ Κυρίου τοῦ Θεοῦ. Vbi τὸ ἐπικαλεῖσθαι active accipi volunt, quod tamen antiquis paſſive ſumebatur; ſenſusque ſic eſſet Seniorum: Hic ſperavit domini Dei nomine compellari ſeu indigitari Deus. Sic Georgius Cedrenus in λεπτογενέσει ſcribit: ὅτι τὸ ἐνὼς ἤλπισεν ἐπικαλεῖσθαι τὸ ὄνομα Κυρίου τοῦ Θεοῦ πρῶτος, προσαγορεύεσθαι ὀνόματι Θεοῦ ἐστιν. ἐνὼς γὰρ ἑρμηνεύεται ἄνθρωπος κατὰ τὸν ἑβραικὸν νοῦν. Quod Enos ſperaverit vocari nomen Domini Dei primus, non aliter innuitur, quam nomine Dei compellari. Nam Enos ſignificat hominem juxta Hebraicam mentem. Quamvis Abenezra reclamet huic opinioni contra cæterorum Rabbinorum ſententiam. Onkeli verba, & alterius paraphraſtæ Chaldæi in Editionibus Buxtorfianis, Bombergianis, & Garianis hæc ſunt: מלצלאה בשמא דיי incepiſſe homines, non orare in nomine Domini. Hinc Codex ille Arabicus Erpeniani Pentateuchi ſic ſe habet: حينين بداوا الناس ليهملوا من طاعة الله, id eſt, hinc inceperunt homines deficere a cultu Dei. Sane cohærentia textus, & Hiſtoriæ progreſſio ſatis ſuperque explicat de profana-

ſanatione eſſe accipiendum, quippe in VI. cap. Idololatriæ & defectionis ratio a Moyſe explicatur. Finis itaque hujus capitis eſt cum principio VI. capitis conjungendus. Hiſtoriam enim Moyſes interpoſito cap. V. abruperat. Teſtis ſane Ioſ. l. I. c. 4. τῆς Ἀρχαιολογίας, ſcribens longo tempore ante Noachum idolorum cultum in uſu fuiſſe usque ad ſeptimam generationem, Deum T. O. M. Dominum rerum omnium fuiſſe, inde ex patria doctrina degeneraſſe. Mahometes Alcorani autor in Surata LXXXI. idolorum nomina recenſet: Adhuc item ſermonem ſuum proſequendo, Noë dixit: O Deus me nullatenus imitando, ſed dolos quam plurimos perpetrando, id quod ſibi pecuniam atque prolem, non niſi damno ſuo, tribuit ſecuti ſunt. Vnde illi perſuadentes viciſſim cæteris ne ſuas deſererent imagines, quæ maxima multis erroris occaſio fuerunt, videlicet Wadda, Suwaha, Vajowth, Yahowk & Naſera, cum propter caligamina plus aberraverint, reique multum extiterint, noſtra manu ſubmerſi ſunt. Continuo autem vix ubi diluvium terras reliquerat, iterum nefanda idololatria exordium ſuum ſumpſit. Pœna graviſſima oculos ſubterfugerat, idcirco redintegrata fuit, ut paſſim apud Euſeb. in Præpar. Evang. Theodoretum, Epiphan. Clement. Alexandr. occurrit, præſertim Serugi & Tharæ ætate. Quibus etiam Said Aben - Batrich adſtipulatur:

ودبحوا بنيهم وبناتهم للشياطين بعث الله
عليهم ريحا عاصفا وكـان طوفان ريح

وكسرت الريح الاصنام كلها وهدمت بيوت الاصنام حتي صار فوتها تلال تراب والتلال الي اليوم باقية. Et immolabant filios ſuos & filias ſuas Dæmoniis. Immiſit Deus in illos ventum procelloſum, & fuit Typhon ventus. Et confregit ventus idola omnia & diruit Templa idolorum usque dum in tumulos pulveris redacti fuerint. Et tumuli illi etiamnum remanent. Cujus etiam ſententiæ ſunt Alexander Polyhiſtor & Abydenus, turrim Babylonicam interpretantes: Communis opinio & fama eſt homines e terra prognatos robore ſuo fretos, invitis diis turrim ad ſolem usque attollere voluiſſe, quo loco Babylon ſita eſt: ubi vero ea ad magnam jam altitudinem perducta fuiſſet, a Dîs vi ventorum disjectam & peſſundatam fuiſſe: & quia plurium linguarum initium inde cepiſſet, Hebræos locum illum Babel, id eſt, confuſionem, vocitaſſe. Sibyllæ carmen hoc eſt de eadem ſubverſione:

- - ἄνεμοι μέγαν ὑψόθι πύργον
ῥῖψαν. - -

Heſtiæus etiam & Eupolemus tradunt, ſacerdotes ex ruina illa incolumes, cum ſacris Iovis ſui in campum Senaar deſcendiſſe, unde homines variegata lingua coacti alienas terras petere, totum orbem repleverunt. Sane templorum illam ſubverſionem cum Babylonica congruere præter S. Codicem tradunt Ioſeph. l. I. c. 5. τῆς Ἀρχαιολογίας, Euſeb. de præparat. Evang. l. IX. c. IV. Cedrenus in λεπτογενέσει, alii. Serugi itaque ætate rurſus poſt dilu-

diluvium ſtatuas venerati ſunt. Inde Thara Abrahæ pater eas coluit. Cedrenus ſane affirmat, Abrahamum jam ſexaginta annos natum, cum Tharam patrem ab Idolorum cultu dehortatus fuiſſet, nec quicquam proficiſſet, fanum incendiſſe: conflagrante igitur hoc, Haranum idola ex flamma rapere conantem flammis conſumptum fuiſſe: * quod in Chaldæo tumulato, Thara Meſopotamiam coluit. Ebræorum ſane multi ſtatuarium hunc Tharam fuiſſe, notant, & hunc Deos alienos coluiſſe ex ſacris patet: Ioſuæ l. c. 24. v. 2. Seniorum verſio: **πέραν τοῦ ποταμοῦ κατῴκησαν οἱ πατέρες ὑμῶν ἀπ' ἀρχῆς, θάρα ὁ πατὴρ ἀβραὰμ, καὶ ὁ πατὴρ Ναχὼρ, καὶ ἐλάτρευσαν θεοῖς ἑτέροις.** R. Moſes Ben-Maiemon in More Nevochim in l. III. c. 30. explicat Deos illos alienos, ſic ſcribens: *Notum eſt, quod Abraham natus eſt in gente, quæ ſerviebat Igni, & in credulitate, dolorum, qui credebant, quod non erat Deus alius niſi Stellæ. Cum vero fecero te ſcire in hoc capitulo, libros eorum, qui non inveniuntur apud nos translati ad linguam Arabicam, in narratione ipſorum in antiquis contentionibus, & fecero te ſcire opiniones ipſorum, & rationes eorum; oſtendetur tibi credulitas in Stellis quod ſunt Dii, & quod Sol eſt major inter Deos. Et dixerunt quod reliqui Planetæ ſunt Dii, ſed Sol & Luna ſunt maximi Deorum. Invenies id quod manifeſte dicunt. Quod Sol regit mun-*

* Confer *Georg. Syncellum* Chronogr. p. 99. *Philaſtrium* Hæreſ. p. 142. *Suidam* in *Ἀβραάμ*, & *VVagenſeilium* in Gota. p. 192.

mundum ſuperiorem & inferiorem, & invenies iſtud in libris eorum; & narrant ſtatum Abrahæ, & dixerunt hæc eadem verba quod Abraham fuit natus & educatus in terra ſervientium igni, quando contradixit opinioni gentis illius, dicens quod alius operator erat præter Solem, & induxerunt contra eum rationes ſuas, inter quas fecerunt mentionem de operationibus Solis, quæ manifeſtæ ſunt, & apparent viſui in univerſo eſſe, &c. Et hinc vetuſtiſſimus mos deſcendit adorandi ſtellas, cæleſtiaque corpora pro Dis habendi. Res enim quæ ab antiquis adoratæ fuerunt, ſunt vel corporeæ vel incorporeæ. Corporeæ, ut cæleſtia corpora, Sol, Luna, Stellæ, vel terreſtria, ut homines, Heroës & cætera bruta, cum herbis & plantis. Incorporeæ, Dæmones. De prioribus jam diſpiciendum erit; poſteriora vero jam ſeponemus, donec ad illum perveniemus locum, in quo de his diſſerere idoneum duximus. Non equidem mirandum, ſi aut barbari, aut imperitum vulgus in adorandis aſtris errarint; cum etiam ipſi Philoſophi, (verba ſunt Lactantii l. II. de falſ. relig.) Stoicæ diſciplinæ in eadem fuerint opinione, ut omnia cœleſtia, quæ moventur, in Deorum numero habenda eſſe cenſuerint. Siquidem Lucilius Stoicus apud Ciceronem ſic loquitur: *Hanc igitur in ſtellis conſtantiam, hanc tantam in tam variis curſibus in omni æternitate convenientiam temporum non poſſum intelligere, ſine mente, ratione, conſilioque regi: quæ cum in ſideribus eſſe videamus, non poſſumus ea ipſa non in Deorum numero ponere.* Item paulo ante: *Reſtat*, inquit, *ut motus ſiderum ſit voluntarius; &*

quæ

quæ qui videat non indocte ſolum, verum etiam impie faciat, ſi Deos eſſe neget. Cui ſuffragium non leve fert Iob. cap. XXXI. v. 26. & 27. אם־אראה ביהל וירח יקר הולך ויפת בסתר לבי ותשק ידי לפי: גם־הוא עון פלילי כי כחשתי לאל ממעל: *Si aſpexi Solem cum ſplendeſceret aut Lunam nobiliter incedentem, & ſeductum eſt in abſcondito cor meum & applicata eſt manus mea ori meo, etiam hac eſt iniquitas a judice vindicanda, quia ſic negaſſem Deum ſupremum,* Deuter. cap. IV. *Ne forte eleves oculos tuos in cœlum, & videas Solem, & Lunam atque Stellas cum univerſa exercitu cœlorum, & impellaris, & adores, atque colas ea.* II. Reg. cap. II. v. 3. *Et dorabat omnem exercitum cœlorum, & ſerviebat illis.* in II Reg. c. XXIII. v. 5 *Et deſtruxit Camarim, quos Reges Iudæ conſtituerant, fumigerare in ſublimitatibus & in civitatibus Iudæ, & circa Ieruſalem, & fornicatores Baalis & Solis & Lunæ, & Planetarum, & omnis exercitus in cœlo.* ibid. v. 11. *Et deſtruxit equos, quas poſuerant Reges Iehudæ Soli.* Hinc Ægyptii primi duodecim ſigna cœleſtia obſervarunt. Herodotus in Euterpe: δυώδεκα θεῶν ἐπωνυμίας ἔλεγον πρώτȣς Αἰγυπτίȣς νομίσαι, καὶ Ἕλληνας παρὰ σφέων ἀναλαβεῖν βωμȣ́ς τε καὶ ἀγάλματα, καὶ νηȣ̀ς θεοῖσι ἀπονεῖμαι σφέας πρώτȣς, καὶ ζῶα ἐν λίθοισι ἐγγλύψαι, id eſt, duodecim Deorum nomina primos Ægyptios exiſtimaſſe, atque Græcos ab illis cepiſſe, eosque primos aras & imagines & templa Diis ſibi erexiſſe, & animalia in lapidibus inſculpſiſſe. De Perſis idem in Clio hæc memoriæ prodidit: θύȣσι δὲ ἡλίῳ, καὶ

καὶ σελήνῃ, καὶ γῇ, καὶ πυρὶ, καὶ ὕδατι, καὶ ἀνέμοισι. Τούτοισι μὲν δὴ μούνοισι θύουσι ἀρχῆθεν: Sacrificant & Soli, & Lunæ, & Telluri, & Igni, & Aquæ, & Ventis: * his enim ſolis ut ſacrificent, antiqua obtinuit conſuetudo. Vide Græcos, Poëtarumque Choriphæum Homer. l. III. Iliad.

> Ζεῦ πάτερ, Ἴδηθεν μεδέων, κύδιστε, μέγιστε,
> Ἠέλιός θ' ὃς πάντ' ἐφορᾷς, καὶ πάντ' ἐπακούεις.
> *Iuppiter pater, qui Idæ præes, glorioſiſſime, maxime,*
> *Solque qui omnia aſpicis, & omnia audis.*

In hymno vero Solis:

> Ἠέλιον τ' ἀκάμαντ', ἐπιείκελον ἀθανάτοισιν,
> Ὃς φαίνει θνητοῖσι καὶ ἀθανάτοισι θεοῖσιν
> Χαῖρε ἄναξ.
> *Solemque indefeſſum, ſimilem immortalibus,*
> *Qui lucet mortalibus, & immortalibus Diis*
> *Salve rex.*

Euripides in Medea:

> - - προὐννέπω δέ σοι,
> Εἴ σ' ἡ 'πιοῦσα λαμπὰς ὄψεται θεοῦ.
> *- - nuncio tibi*
> *Si te craſtina lampas lucebit Dei.*

Idem in Oreſte

> Καὶ πῶς σιωπῶ, φέγγος εἰσορῶν θεοῦ
> Τὸ δ' οὐκέθ' ἡμῖν τοῖς ταλαιπώροις μέτα.

Et

* Vide *Gyraldum* T. I. Oper. p. 190. *Cerdam* ad *Virg.* II. p. 292. 586. a. 592. b. III. 508. *Lomeierum* de Luſtrat. C. X. p. 78. ſqq. *Petr. Nannium* Miſc. I. p. 1315. 1316. & *Phil. a Turre* Monum. Vet. Antii p. 299. ſqq.

Et qui tacebo, lumen videre Dei
Non amplius licet nobis miſeris.

Æſchylus in Prometheo:

Καὶ τὸν πανόπτην κύκλον Ἡλίȣ καλῶ.
Et omnia cernentem circulum Solis voco.

Hinc Theognis vocat Solem ἀθανάτων κάλλιςον, *Immortalium pulcerrimum.* Proculus Lycius hæc de Sole ſcribit:

Κλῦθι πυρὸς νοερȣ̃ βασιλεῦ χρυσήνιε Τιτάν,
Κλῦθι Φάȣς ταμία, ζωαρκέος ὦ ἄνα πηγῆς,
Αὐτὸς ἔχων κλῆΐδα καὶ ὑλαίοις ἐνὶ κόσμοις.
Audi ignis intelligentis Rex auree Titan,
Audi lucis cuſtos, fontisque vitalis Rex,
Qui habes claves, & omnibus dominaris in orbe.

Herodotus in Melpomene, de Lybiæ populis: Θύȣσι δὲ ἡλίῳ καὶ σελήνῃ μȣ́νοισι, τȣ́τοισι μὲν νῦν πάντες Λίβυες θύȣσι: *Sacrificant Soli & Lunæ ſolis: quibus omnes Libyæ populi ſolent immolare.* Orpheus in hymno in Solem:

Ποικιλόβȣλ', ἀμίαντε, μεγασθενὲς, ἄλκιμε
Τιτάν.
Conſilio pollens, puer, magnanime, fortis Titan.

Virgilius l. XII. Æn. Solem in ſacrificando invocat primum: *Eſto nunc Sol teſtis.* Sol etiam a præſtantiſſimis Philoſophorum Deus habitus fuit. * Plato in

* Solem non a Perſis tantum cultum tanquam [illegible] ſed ſub nominibus & ſymbolis variis & multipl[illegible] tum a toto Oriente & aliis nationibus præcl[illegible] viri docti ad *Macrobium* L. I. Saturnal. c. [illegible] *Braunius* L. IV. Sel. Sacr. p. 460. ſq. Gi[illegible]

καὶ σελήνῃ, καὶ γῇ, καὶ πυρὶ, καὶ ὕδατι, καὶ ἀνέμοισι. Τέτοισι μὲν δὴ μένοισι θύεσι ἀρχῆθεν: Sacrificant & Soli, & Lunæ, & Telluri, & Igni, & Aquæ, & Ventis: * his enim ſolis ut ſacrificent, antiqua obtinuit conſuetudo. Vide Græcos, Poëtarumque Choriphæum Homer. l. III. Iliad.

Ζεῦ πάτερ, ἴδηθεν μεδέων, κύδιστε, μέγιστε,
Ἠέλιός θ' ὃς πάντ' ἐφορᾷς, καὶ πάντ' ἐπακέεις.
Iuppiter pater, qui Idæ præes, glorioſiſſime, maxime,
Solque qui omnia aſpicis, & omnia audis.

In hymno vero Solis:

Ἠέλιόν τ' ἀκάμαντ', ἐπιείκελον ἀθανάτοισιν,
Ὃς φαίνει θνητοῖσι καὶ ἀθανάτοισι θεοῖσιν
Χαῖρε ἄναξ.
Solemque indefeſſum, ſimilem immortalibus,
Qui lucet mortalibus, & immortalibus Diis
Salve rex.

Euripides in Medea:

- - πρεὐννέπω δέ σοι,
Εἴ σ' ἡ 'πιῦσα λαμπὰς ὄψεται θεῦ.
- - nuncio tibi
Si te craſtina lampas lucebit Dei.

Idem in Oreſte

Καὶ πῶς σιωπῶ, φέγγος εἰσορῶν θεῦ
Τὸ δ' ἐκέθ' ἡμῖν τοῖς ταλαιπώροις μέτα.

Et

* Vide *Gyraldum* T. I. Oper. p. 190. *Cerdam* ad *Virg.* II. p. 292. 586. a. 592. b. III. 508. *Lomeierum* de Luſtrat. C. X. p. 78. ſqq. *Petr. Nannium* Miſc. I. p. 1315. 1316. & *Phil. a Turre* Monum. Vet. Antii p. 299. ſqq.

Et qui tacebo, lumen videre Dei
Non amplius licet nobis miſeris.

Æſchylus in Prometheo:

Καὶ τὸν πανόπτην κύκλον Ἡλίου καλῶ.
Et omnia cernentem circulum Solis voco.

Hinc Theognis vocat Solem ἀθανάτων κάλλιστον, *Immortalium pulcerrimum.* Proculus Lycius hæc de Sole ſcribit:

Κλῦθι πυρὸς νοεροῦ βασιλεῦ χρυσήνιε Τιτάν,
Κλῦθι φάους ταμία, ζωαρχέος ὦ ἄνα πηγῆς,
Αὐτὸς ἔχων κληῖδα καὶ ὑλαίοις ἐνὶ κόσμοις.
Audi ignis intelligentis Rex auree Titan,
Audi lucis cuſtos, fontisque vitalis Rex,
Qui habes claves, & omnibus dominaris in orbe.

Herodotus in Melpomene, de Lybiæ populis: Θύουσι δὲ ἡλίῳ καὶ σελήνῃ μούνοισι, τούτοισι μὲν νῦν πάντες Λίβυες θύουσι: *Sacrificant Soli & Lunæ ſolis: quibus omnes Libyæ populi ſolent immolare.* Orpheus in hymno in Solem:

Ποικιλόβουλ', ἀμίαντε, μεγασθενὲς, ἄλκιμε Τιτάν.
Conſilio pollens, puer, magnanime, fortis Titan.

Virgilius l. XII. Æn. Solem in ſacrificando invocat primum: *Eſto nunc Sol teſtis.* Sol etiam a præſtantiſſimis Philoſophorum Deus habitus fuit. * Plato in

* Solem non a Perſis tantum cultum tanquam Deum, ſed ſub nominibus & ſymbolis variis & multiplicibus adoratum a toto Oriente & aliis nationibus præclare oſtendunt viri docti ad *Macrobium* L. I. Saturnal. c. 17. ſqq. *Jo. Braunius* L. IV. Sel. Sacr. p. 460. ſq. *Gisb. Cuperus* in Har-

in Cratylo, Anaximander, Alcmæon, Xenocrates, Theophraſtus, Zeno, Cleanthes, Socrates, cultum divinum ſideribus tribuerunt. Hinc omnia, quæ in terris fuerunt, in numerum Deorum relata, Terra, * Mare. Aër, Venti, Ignis, ** Fruges; quicquid homini commodum pararet. Lucretius l. II. de rer. nat. eleganter canit:

Heic ſi quis Mare, Neptunum Cereremque vocare
Conſtituet, fruges, & Bacchi numine abuti
Mavolt quam Latiis proprium proferre vocamen;
Concedamus ut hic Terrarum dictitet orbem
Eſſe Deûm matrem, dum re non ſit tamen apſe.

Orpheus in minore Cratere:

Ἑρμῆς δ' ἑρμηνεὺς τῶν πάντων ἄγγελός ἐςι,
Νύμφαι ὕδωρ, πῦρ Ἥφαιςος, σῖτος Δημήτηρ,
Ἡ δὲ θάλασσα Ποσειδάων μέγας, ἠδ' Ἐνοσίχθων.

Καὶ

Harpocrate p. 111. ſqq. *Jac. Sponius* in Miſcellan. p. 87. ſqq. *Jo. Franc. Grandis* in Diſſ de variis Dei nominibus Soli attributis, & *Hieronymus Aleander* junior in Explicatione tabulæ Heliacæ. Rom. 1616. 4. & Tom. V. Theſauri *Græviani.*

* De cultu telluris Deæ viri docti ad *Lucretium* II. p. 598. ſq. & *Florum* I. 19. 2. *Sirmondus* ad Theodulphum Aurelianenſem p. 298. *Hemmingius Forelius* Diſſ. de Tellure Gentium Dea. Upſal. 1705. 8.

** De ignis cultu *Briſſonius*, *Hydæus* & *Henricus Lord* de Religione Perſarum differentes, tum *Kircherus* T. I. Oedipi p. 251. ſqq. *Buxtorfius* Exerc. Philolog. p. 262. ſqq. *Freinshemius* ad *Curtium*, *Balthaſar Bonifacius* XVI. 15. Hiſt. ludicræ, *Arpinus Thiling* in Diſſ. de cultu ignis apud omnes gentes uſitato Wittenb. 1705. 4. & *Jo. Gotil. Bohnius* de igne gentilium ſacro. ibid. 1718. 4.

Καὶ πόλεμος μὲν Ἄρης, εἰρήνη δ' ἐς Ἀφροδίτη·
Οἶνος, τὸν φιλέουσι θεοί, θνητοί τ' ἄνθρωποι,
Ὅς τε βροτοῖς εὗρεν λυπῶν παλλήτορα πασῶν
Ταυρογενὴς Διόνυσος εὐφροσύνην πόρε πᾶσιν
Ἡδίστην πάσησιν ἐπ' εἰλαπίνῃσι πάρεστι.
Καὶ Θέμις, ἥπερ ἅπασι θεμιστεύει τὰ δίκαια.
Ἥλιος ὃν καλέουσιν Ἀπόλλωνα κλυτότοξον,
Φοῖβον ἑκηβελέτην, μάντιν πάντων ἑκάεργον.
Ἰητῆρα νόσον Ἀσκληπιόν. ἓν τάδε πάντα.
Mercurius vero interpres omnibus nuncius eſt,
Nymphæ aqua, ignis Vulcanus, panis Ceris,
Mare ingens Neptunus, terram concutiens.
Et bellum quidem Mars, pax vero eſt Venus.
Vinum, quod Di, mortalesque homines amant,
Quod mortalibus invenit fugans omnium mœrorem
Taurigena Bacchus in gratiam omnibus
Dulcem, omnibus in conviviis exhibens.
Et Themis, quæ omnibus juſtitiam adminiſtrat,
Sol quem vocant Apollinem inclytum ſagittarium,
Phœbum procul jaculantem fatidicum augurem.
Mœdicum Æſculapium. Unum vero hæc omnia.*

Menander ex Epicharmi ſententia Deos hos numerat:

Ἐπι-

* Fuit ejus cultus apud Athenienſes, Phocenſes Pergamenos, Triccæ, Rhodi, Burinæ, Nicæ, Tii, quæ claræ Bithynicæ urbes, Ancyræ, Amaſtridis Ponticæ &c. uti ex nummis antiquis & ſcriptoribus copioſe probant Illuſtris *Spanhemius* in epiſt. I. ad *Morellium* p. 78. Cel. *Theodorus Haſaus* in Biblioth. Brem. Claſſ. III. p. 105. ſqq. Cl.

Ἐπίχαρμος ὕδωρ, ἄστρα γῆν, πῦρ, ἥλιον,
Ἀνέμους, σελήνην, ἢ θεόν ποτ' ἔμμεναι.
Epicharmus aquam aſtra, terram, ignem, Solem,
Ventos, Lunam, Deos aſſerit.

Vettii Valentis Antiocheni l. VII. ἀνθολογίων juramentum, hoc eſt, quod V. Cl. Seldenius ex Mſ. adducit; autor enim hic nondum lucem vidit: ἐντυγχάνοντας ὁρκίζω ἡλίου μὲν ἱερὸν Κύκλον καὶ Σελήνης ἀνωμάλους δρόμους, τῶν τε λοιπῶν ἀστέρων δυνάμεις καὶ κύκλον δυοκαίδεκα ζωδίων ἐν ὑποκρύφοις ταῦτα ἔχειν καὶ τοῖς ἀπαιδεύτοις ἢ ἀμυήτοις μὴ μεταδιδόναι, τιμήν τε καὶ μνήμην τῷ εἰσηγησαμένῳ ἀπονέμειν. εὖ ὀρκοῦσι μὲν εὖ εἴη καὶ καταθύμιοι οἱ προκειμένοι θεοί. ἐπιορκοῦσι δὲ τὰ ἐναντία, hoc eſt, omnes qui inciderint, adjuro per ſacrum Solis circulum, inæquales Lunæ curſus, reliquorumque ſyderum vires & ſigniferum circulum, ut inreconditis hæc habeant, nec indoctis aut profanis communicent; ſed præceptoris memores ſint, iique honorem retribuant. Dii jam dicti ſancte jurantibus dent quæ velint, pejerantibus contraria. Perſei verba digna relatu ſunt, quæ Cicero l. 1. de N. D. adducet: *Deos eſſe habendos, a quibus magna utilitas ad vitæ cultum eſſet inventa, ipſasque res*

Petrus Zornius Biblioth. Antiq. Exeget. T. I. p. 699. ſqq. & doctiſſimus *Chriſtian Gotl. Schwartzius* in Expoſit. Veteris Inſcriptionis de Aeſculapio & Hygea Diis φιλανθρώποις Altorf. 1725. 4.

res utiles & ſalutares Deorum vocabulis eſſe nuncupandas, ut ne hoc quidem dicerent, illa inventa eſſe Deorum, ſed ipſa divina. Poſtea addit: *Ipſi qui irridentur Ægyptii, nullam belluam, niſi ob aliquam utilitatem, quam ex ea caperent, conſecraverunt.* Herodotus in Euterpe: νομίζουσι δὲ καὶ τῶν ἰχθύων τὸν καλεόμενον λεπιδωτὸν ἱερὸν εἶναι, καὶ τὴν ἔγχελυν. καὶ τῶν ὀρνίθων τοὺς χηναλώπεκας. ἔστι δὲ καὶ ἄλλος ὄρνις ἱερὸς τὸ ὄνομα Φοῖνιξ, hoc eſt, exiſtimarunt e piſcibus ſquamoſum ſacrum eſſe, & anguillam, & ex avibus vulpanſerem. Eſt item alia avis ſacra, cui nomen eſt phœnix. Sed & herbas in numerum Deorum intulerunt, quorum dementiam hiſce deridet Iuvenalis Sat.

-- quis neſcit qualia demens
Ægyptus portenda colat? Crocodilon adorat.

Inſuper:

Porrum & cæpe nefas violare & frangere morſu,
O ſanctas gentes, quibus hæc naſcuntur in hortis
Numina!

Cui Anaxandrides Rhodius belle aſtipulatur:

Οὐκ ἂν δυναίμην συμμαχεῖν ὑμῖν ἐγώ.
Οὔθ' οἱ τρόποι γὰρ ὁμονοοῦσ'. οὔθ' οἱ νόμοι
Ἡμῶν ἀπ' ἀλλήλων δὲ διέχουσιν πολύ.
Βοῦν προσκυνεῖς, ἐγὼ δὲ θύω τοῖς θεοῖς.
Τὴν ἔγχελυν μέγιστον ἡγῇ δαίμονα,
Ἡμεῖς δὲ τῶν ὄψων μέγιστον παρὰ πολύ.
Οὐκ ἐσθίεις ὕεια, ἐγὼ δέ γ' ἥδομαι
Μάλιστα τούτοις, κύνα σέβεις, τύπτω δ' ἐγὼ

τυχὸν κατεσθίοντα ἡνίκ' ἂν λάβω.
Haut poſſum vobiscum ego commilitare.
Neque mores veſtri ſimiles meis, neque leges
Veſtræ multum ab alternis differunt.
Bovem colis, ego vero Dîs ſacrifico.
Tu anguillam maximum ducis Deum,
Nobis obſoniorum dulciſſimum habeo.
Non comedis ſuillas, ego vero verbero,
Maxime his, canem colis, * *ego vero verbero,*
Vbi forte comedentem obſonium invenio.

Primi enim generis Theologiæ numina ea dementia a poſteris fingebantur, ut nihil in toto orbis cardine exſtaret, quod hominibus commodum quoddam afferret, quin in canonem Deorum referrent, ut Maximus Tyrius diſſ. XXXVIII. habet. Nec Romani hac in parte ſapientiores Græcis. His enim Lucina, Opes, Vagitanus, Cunina, Rumina, Stratilinus, Adeona, Mens, Volumnus & Volumna, Bellona, Victoria, Honorinus, Æſculanus, Pecunia, Feſſonia, Pellonia, Æſculapius, Spinienſis, Robigus, Fortuna, Muta, Agenoria, Stimula, Murtia, Runcina, Iugetinus, Vallonia, Sepa, Segetia, Tutilina, Flora, Matuta, Ruana, Forculus, Limentinus, Portulus, Carda, Sylvanus, Iugatinus, Febris, Pavor, Meretrix, Cloacina, Theatrica, Tempeſtates, Venti, & ſexcenta alia, de quibus vide Arnobium, Auguſtin. l. IV. de C. D. La-

* De Ægyptiorum cultu Canino conſule *Bochartum* Hieroz. P. 1. lib. II. cap. 56. *Voſſium* de Idolol. Lib. I. cap. 28. & Lib. III. c. 74. *Ouzelium* ad *Minut. Fel.* p. 162. ſqq. & Ampliſſ. *Cuperum* in Harpocrat. p. 66. ſq.

D. Lactant. l. I. c. 20. Guevaram in Horolog. Princ. l. I. 12. Breviter tot fuerunt Dii Romanis, quot cives in Vrbe. Bruxellus Philoſophus, cujus Cicero l. I. de N. D. ex relatione Parasmanis l. XX. de libertate Deorum apud Guevaram l. I. c. 6. mentionem facit, dicit; quemadmodum ducenta & octoginta millia civium ſunt, ita perſuaſiſſimum Romani habeant, illis Deorum ducenta & octoginta millia a Bruxello relinqui. Recte igitur Prudent l. I. contra Symmach.

Vt ſemel obſedit gentilia pectora patrum
Vana ſuperſtitio, non interrupta cucurrit
Ætatum per mille gradus: tener horruit hæres,
Et coluit, quicquid ſibimet venerabile cani
Monſtrarant atavi.

Namque ut porro pergit:

Quicquid humus, pelagus, cælum mirabile gignunt,
Id duxere Deos, colles, freta, flumina, flammas,
Hæc ſibi per varias formata elementa figuras
Conſtituere patres, hominumque vocabula mutis
Scripſerunt ſtatuis, vel Neptunum vocitantes
Oceanum, vel Cyaneas cava flumina Nymphas,
Vel ſylvas Dryadas, vel devia rura Napæas.
Ipſe ignis, noſtrum factus qui ſervit ad uſum,
Vulcanus perhibetur, & in virtute ſuprema
Fingitur, ac delubra deus & nomine & ore
Aſſimilatus habet, nec non regnare caminis
Fertur & Æoliæ ſummus faber eſſe, vel Ætnæ,
Eſt qui conſpicuis Superos quæſivit in aſtris,

Auſus habere Deum Solem, cui tramite certo
Conditio impoſita eſt, vigilem tolerare laborem,
Viſibus objectum mortalibus, orbe rotundo
Præcipitem, terreique globo per inane volantem,

Cauſam adducit author libri Sapientiæ c. XIII. v. 1. & 2. Μάταιοι μὲν γὰρ πάντες ἄνθρωποι φύσει, οἷς παρῆν θεοῦ ἀγνωσία, καὶ ἐκ τῶν ὁρωμένων ἀγαθῶν οὐκ ἴσχυσαν εἰδέναι τὸν ὄντα, οὔτε τοῖς ἔργοις προσέσχοντες ἐπέγνωσαν τὸν τεχνίτην· ἀλλὰ ἢ πῦρ, ἢ πνεῦμα, ἢ ταχινὸν ἀέρα, ἢ κύκλον ἄστρων ἢ βίαιον ὕδωρ ἢ φωστῆρας οὐρανοῦ, πρυτάνεις κόσμου θεοὺς ἐνόμισαν: hoc eſt, *Natura futiles erant omnes, qui Deum ignorabant, nec eum qui eſt ex bonis illis, quæ videntur, agnoſcere potuerunt, neque opera animadvertentes opificem deprehenderunt; ſed aut ignem, aut ventos aut celerem aërem, aut aſtrorum circulum, aut violentas aquas, ſeu cæleſtia luminaria mundi rectores & Deos eſſe exiſtimarunt.*

Cap. IV.

Germani *juxta Romanos ſidera adorarunt, & elementa.* Πολυωνυμία *apud Gentes. Exoptatiſſima. Inde plures nati Dii. Baalitarum invocatio.* Πολυλογία *apud D. Matthæum. Turcis etiamnum in uſu. Proprie Germanorum Dii quinque. Mercurius. Mars, qui Cæſari Vulcanus. Ignis quibusdam. Deorum faber. Armorum inventor. Thraces, Gethæ. Horum Sympatriota. Deus. Martis gladius apud Scythas. Germanorum præcipuus Deus. Forſan in ſacris Thubalcain. Sol. Apollo. Parentes. Alias Orus. Vates, Loxias. Aſtra enim antiquis Dii. Meni. Mazalthob. Libamenta Planetarum. Exercitus cæli Sors. Fortunæ locus. Culta ceu Dea.* Πριμιγένεια. *Incerta. Solis imago aurea. Thammuz, Adonis dictus, Tekupha*

Tham-

Thammuz. Orientalium Deus. A Iudæis cultus. Themoſis Pharao. Macedonibus Mars. Adonis Dominus. Κύρις. Ἀδονιασμὸς feſtum. Ζήτησις καὶ εὕρεσις apud Alexandrinos & Byblienſes. Locus Ieſaia illuſtratus. Ritus plangendi. Quis Adonis. Aliis frumentum. Rectius Sol. Qui & Atys. Planctus ſuper Oſiri. Feſtum Oſiridis. Verenda apud Orientales ſacra. Conjectura in Ezechielem. Priapus. Iudæis Miphlezeth. Vnde apud Hebræos deductum. Σύναδος. Κατάδυσις. Obſcœna ſacra. Babylonia mulieres. Locus Baruchi explicatur. Σχοινία. Ceſtus. Kedeſchim ſacerdotes illi. Miphlezeth hic alias Baalphegor. Nominis etymon. Idolum Turpitudinis. Ezechielis locus explicatur. Cur ſic dictum. Sacrorum ritus. Cauſa Bacchi ſacra apud Romanos. Laſciborum habitus. Luxuria mulierum reprehenditur. Veſtes Coæ. Libido in ſacris. Phallus a Miphlezet. Hæmorroides aureæ Palæſtinorum. Mures in luſtrationibus. Oſiris hic idem cum Dionyſo. Qui Sol. Oſiris inde dictus. Alias Sirius. Siris Nili nomen. Iudæis Schichor. Nominis etymon. Niger enim. A Rege Nileo Nilus dictus. Aegyptus nomen Nili. Nominis ratio. Aegyptus regio Aeria. Nilus etiam Melo. Symmachi locus correctus. Aegyptiis Deus. Anni numerum continet. Tauri ſacri. Apis. Mnebis. Iudæorum bitulus aureus. Nilus bos. Omnes flubii. Oſiris etiam Serapis dictus. Qui Sol. Et Omphis dictus. Sol etiam Adad. Macrobii locus corruptus innuitur. Adat Syriæ regum gentilitium. Abraxas Deus. Nominis etymon examinatur. Sol eſt. Dies anni continens. Mithra Sol. Perſarum Deus. Nomen explicatum. Herodoto Venus. Rejecta hujus opinio. In eo numerus anni continetur. Mithridax lapis. Mithres Rex Aegypti. Mithridates. Explicatus. Iupiter cœlum eſt. In montibus ſacrificabant Perſæ cœlo. Nullis imaginibus dediti. Vti & Iudæi ſecundum gentes. Origo hujus erroris. Conjectura in Petronium. Cælicolæ in Codice. Κάνθις aſinus. Inſignis hæc contumelia in Iudæos. Quæ etiam olim Chriſtianis objecta. Ononychitis.

Corrupto itaque toto orbe, ipſa etiam gente a Deo O. M. electa, ipſi quoque Germani patriam; quam a majoribus acceperant, religionem corruperunt, vaniſque ſiderum nominibus, ut quidam Romanorum putant, honorem Deo debitum exhibuerunt. Iul. Cæſ. l. VI. de Bel. Gall. *Germani*, inquit, *Deorum numero eos ſolos ducunt, quos cernunt, & quorum opibus aperte juvantur, Solem, & Vulcanum, & Lunam: reliquos ne fama quidem acceperunt.* Tacit. in l. de German. Morib. *Germani Deorum maxime Mercurium colunt, cui certis diebus humanis quoque hoſtiis litare fas habent. Herculem & Martem conceſſis animalibus placant: pars Suevorum & Iſidi ſacrificat. In commune* Erthum, *id eſt, terram matrem colunt, eamque intervenire rebus hominum, invehi populis arbitrantur.* Idem: *matrem Deûm venerantur.* Herodotus in Melpomene de Scythis, qui nulli alii, niſi Germani, hæc recenſet: Θεοὺς δὲ μούνους τοὺς δὲ ἱλάσκονται, ἑστίην μὲν μάλιστα, ἐπὶ δὲ Δία τε καὶ γῆν νομίζοντες τὴν γῆν τοῦ Διὸς εἶναι γυναῖκα· μετὰ δὲ τούτους Ἀπόλλωνά τε καὶ οὐρανίην, Ἀφροδίτην καὶ Ἡρακλέα, καὶ Ἄρεα· τούτους μὲν πάντες οἱ Σκύθαι νενομίκασι, id eſt, Deos autem ſolos hos placant, Veſtam quidem præcipue; poſtea Iovem ac Tellurem, Tellurem Iovis uxorem exiſtimantes. Poſt hos Apollinem, cœleſtem Venerem, & Herculem ac Martem. Hos enim omnes Scythæ Deos putarunt. Priusquam igitur hi autores inter ſe a nobis componantur, neceſſe eſt, ut præcipue tradantur ritus, quos priſci

ſci in invocandis Diis adhibebant. Præcipue igitur πολυωνυμία apud Gentes in uſu erat, qua infinita nomina conſarciebantur, ut omnia Deorum nomina ad unicum tandem Deum redigerentur. Exoptatiſſima ſane habebantur multa nomina, deusque ille illuſtrior, cui plures erant indigitationes. Multiplici enim nominum tumulo, multiplicem quoque poteſtatem Diis ſuis accedere arbitrabantur. Hinc Diana apud Callimachum precatur,

Δός μοι παρθενίην αἰώνιον, Ἄππα, φυλάσσειν,
Καὶ πολυωνυμίην. –
Da mihi virginitatem perpetuam, Pater, cuſtodire,
Et multis nominibus vocari. -

Orpheus in Hymno ad Martem:

Ἄρες ἄναξ δολόδουπε, φόνοις πεπαλαγμένος αἰεὶ,
Αἵματι ἀνδροφόνῳ χαίρων, πολεμόκλονε, φρικτὲ,
Ὃς ποθέεις ξίφεσίν τε καὶ ἔγχεσι δηριάασθαι.
Mars Rex horrende, cæde gaudens ſemper,
Sanguine humano gaudens, bellum avens, aſper,
Qui cupis gladiis, & haſtis ſemper contendere.

Bacchus apud Nonnum l. XL. Dionyſ. myſtica voce precatur Solem:

Τοῖον ἔπος βοόων ἐκαλέσσατο μύστιδι φωνῇ
Ἀστροχίτων Ἡρακλες, ἄναξ πυρὸς, ὄρχαμε κόσμου,
Βῆλος ἐπ' εὐφρήταο Λίβυς κεκλημένος Ἄμμων,

῞Απις ἔφυς Νειλῶος, ῎Αραψ Κρόνιος, Ἀσσύριος ζεύς,
Εἴτε Σάραπις ἔφυς Αἰγύπτιος ἀνέφελος Ζεύς,
Εἰ χρόνος, εἰ φαέθων πολυώνυμος, εἴτε συ Μίθρης,
Ἥλιος, Βαβυλῶνος ἐν Ἑλλάδι Δελφὸς Ἀπόλλων,
Εἴτε σὺ Παιήων ὀδυνήφατος, εἰ πέλες αἰθὴρ
Ποίκιλος, Ἀστροχίτων δὲ φατίζεται.

Tale verbum clamans invocavit myſtica voce
Stellatam tunicam habens Hercules, Rex ignis, Dux mundi,
Belus Euphratæ, Lybicus vocatus Ammon,
Apis es Niliacus, Arabs Saturnius, Aſſyrius Iupiter,
Sive Serapis es Ægyptius innubis Iuppiter,
Si tempus, ſi Phaëton multi nominis, & ſi tu Mithris,
Sol Babylonis, in Græcia Delphicus Apollo,
Sive tu Pæon dolorem mitigans, ſive tu æther
Varius, Aſtrochiton vero appellatur.

Catullus in Athi:

Dea, magna Dea, Cybele, Didymi Dea, Domina,
Procul a me tuus ſit furor omnis hera domo.

Vide ſis luculentum hymnum in Bacchum conſcriptum a Daniele Heinſio, in quo omnia nomina Baccho dicata occurrunt. Cui etiam Baccho magnus ille Scaliger egregium, planeque divinum carmen dedicavit. Hinc pro variis virtutibus nomina oblata & ficta, poſtea in varios tranſibant Deos. Neſcio ſane, an etiam ſacerdotum Baalis invocatio talis fuerit, de qua legitur 1 Reg. capite XVIII.

XVIII. verſu 26. *Et acceperunt juvencum, quem conceſſerat eis, & paraverunt eum, & invocarunt in nomen Baalis a mane usque ad meridiem dicendo, o Baal exaudi nos!* Nec enim perſuaſum mihi eſt, ut credam, eos per integras ſex horas clamando binas tantum has voces הבעל ענני Baalem ad ſacra ſua convocaſſe: potius accedendum eſt ad eorum partes, qui has preces ad reliquorum Deorum ritum & morem invocationis formatas eſſet ſtatuunt. Hic autem invocandi ritus haud dubie a Salvatore noſtro I. Chriſto Matth. c. VI. vers. 7. reprehenditur: * προσευχόμενοι μὴ βατ]ολογήσητε, ὥσπερ οἱ ἐθνικοὶ, δοκῦσι γὰρ, ὅτι ἐν τῇ πολυλογίᾳ αὐ τῶν εἰσακȣσθήσονται. Quod de Turcis etiamnum Scriptores tradunt. Barthol. Georgieviz hæc de Turcarum fœminis notat: Orant ab hora nona noctis usque ad duodecimam, utpote mediam noctem; atque inter orandum corpus continuo agitatur, & vociferationibus mire affligunt: ut ſæpius viribus & animo defectæ in terram pronæ concidant. Quod etiam de Turcis ipſis ſcribit Salom. Sueiggerus in Itinerario Hieroſolym. Hi Divi, quorum ſuperius mentio facta, commode ad hos quinque reduci poſſunt. Mercurius pri-

 mus

* De πολυλογίᾳ gentilium vide *Lacerdam* in Adverſariis p. 459. *Seldenum* de Diis Syris p. 56. *Sauberttum* in Opp. Poſthumis p. 70. *Dougtaum* P. II. anal. p. 10. *Corn. Adami* in Obſervat. p. 109. *Lomeierum* in Epimenide p. 407. Hombergium in Parergis p. 24. *Lamyum* in Comment. ad Harmon. Evang. p. 139. & Rev. *Wolfium* in Cur. Philolog. & Crit. p. 121. ſqq.

mus erit: hic enim maxime a Germanis cultus. Mars inde, cui etiam Vulcani nomen competit. Apollo idem eſt ac Sol. Cælum autem Iuppiter; Vrania Venus, Erthus, Veſta, Luna ipſa Iſis. De Mercurio nihil occurrit, quod hic disquirendum. Tacitus enim ſolus ejus mentionem facit. Mars vero Tacito & Herodoto autoribus a Germanis cultus ille eſt, quem Cæſar Vulcanum tradit. Vulcanus enim inventor ignis, & artificiorum, quæ igne parantur, ut Tzetzes in Hiſtor. 335 Chil. 10. habet:

Ἥφαιστός τις Αἰγύπτιος ἐν χρόνοις τοῖς τοῦ Νῶε,
Ὃς Νῶε καὶ Διόνυσος καὶ Ὄσιρις καλεῖται,
Ἐφεῦρε πῦρ, καὶ τέχνας δὲ τῶν ἐκ πυρὸς ὁπόσας.
Vulcanus quidam Ægyptiis temporibus Noë,
Qui Noë, & Dionyſus & Oſiris vocatur,
Invenit ignem, & artes, ex igne quot ſunt.

Hic etiam Ignis creditus eſt, ut Orpheus in Hymno habet:

Ἥφαιστ' ὀβριμόθυμε, μεγασθενὲς, ἀκάματον πῦρ,
Λαμπόμενε φλογίαις αὔραις φαεσίμβροτε δαῖμον.
Vulcane præſtans, magnanime, perennis flamma,
Splendens in flammeis auris peramabile numen.

Arma itaque Marti fabricavit, cum Deorum eſſet faber, uti divinus Maro in VIII. canit:

Parte alia Marti, currumque rotasque volucres
Inſtabant, quibus ille viros, quibus excitat urbes.

Mars autem Deus eſt bellorum, quia is prior armare invenit, & in aciem inſtruere, & omnes bellicos uſus, ut præſtantiſſimi Græcorum tradunt. Sic enim

enim Heraclides Ponticus: ὁ Ἄρης ἐδέν ἐςιν ἄλλο πλὴν ὁ πόλεμος, παρὰ τὴν ἀρὴν ὠνομασμένος, ἤπερ ἐςὶ βλάβη: nihil aliud Mars eſt, quam bellum, ita ab imprecationibus nominatum, ſive a detrimento. Hom. Iliad.

Ἄρες βροτόλοιγε, μιαιφόνε, τείχεσι πλῆτα.
Mars hominum occiſor, urbium populator.

Nullus itaque alius Vulcanus, niſi idem Mars. Hinc eum etiam Hom. l. X. Il. igneam vim vocat;

Μαίνετο δ' ὡς ὅτ' Ἄρης ἐγχέσπαλος, ἢ ὀλοὸν πῦρ.
Inſurgit ceu Mars ſtrenuus, vel ignea vis.

Sane Strabo lib. VII. Thraces appellat Gethas, Menandrique verſus adducit;

Thraces univerſi, nos præſertim Gethæ;
Nam eorum indigenam eſſe me ipſe glorior.

Mars autem Gethicus dictus, ut Iornandes in Hiſt. Goth. teſtatur, quem etiam divinus Maro, Geticis præſidere arvis ſcribit:

Gradivumque patrem, Geticis qui præſidet arvis.

Huic Lycophron aſtipulatur:

Ὀρκωμοτῆσαι τόν τε Κρηςώνης θεόν.
Iurare item Creſtones Deum.

Eſt autem Creſtone Thraciæ civitas, ac Deus Thracum Mars. Hinc Homerus l. θ. Odyſſ. de Marte ait:

- - ὁ μὲν Θρῄκην δὲ βέβηκεν.
- - *Ipſe vero Thraciam petiit.*

Statius etiam l. VII. Theb.

Martis domicilium & ſedem in Thracia locat.

Hunc Getæ aſperrima placaverunt cultura, ut Ioh. Magnus l. I. Goth. Hiſt. ſcribit, morte nempe captivo-

ptivorum, opinantes bellorum præſidem, aptius humano cruore placari. Martis etiam gladius apud Scythas inventus eſt, magnaque cum religione cultus. Sacer quippe hic Martis gladius apud Scytharum Reges ſervari olim ſolebat, quo quisque potiretur, ei regnum ſperare fas erat. Paſtor quidam cum buculam claudicantem offendiſſet, vulneris cauſam ſcrutatus, enſem invenit, quem incauta beſtia forte calcaverat, effoſſum ad Attilam Hunnorum Regem detulit, quo ille accepto, omninm gentium dominum ſe brevi futurum ariolatus eſt, Bonfin. l. III. Dec. I. Tacit. ſane l. IV. Hiſtor. luculenter ſcribit: *Tenchteri Rheno diſcreta gens miſſis legatis mandata apud concilium Agrippinenſium edi jubent, quæ ferociſſimus e legatis hunc modum protulit:* Rediiſſe vos in corpus, nomenque Germaniæ communibus Diis, ſed præcipue Deorum Marti gratias agimus. Hinc recte Arnobius l. IV. contra Gentes; *Quis Spartanum fuiſſe Martem, nonne Epicharmus veſter? quis in Thraciæ finibus procreatum, non Sophocles Atticus, cunctis conſentientibus theatris?* Hunc Minutius Fœlix in Octavio Thracium vocat: *vel etiam Mars Thracius, vel Iuppiter Creticus.* Ni fallor, Vulcanus hic idem erit, qui Thubalcain, qui Gen. c. IV. v. 22. arma bellica, ærariam, ferramentariam invenit. Sic enim Hebraica veritas habet: וצילה גם־היא ילדה את־תובלקין לוטש כל חרש נחשת וברזל: id eſt, Zilla quoque ipſa peperit Thubalcainum, qui erudivit omnem fabrum ærarium & ferrarium. Litteris enim quibusdam abjectis integrum nomen Vulcani reſultat. Qui juxta Diod.

Diod. Sicul. ferri, æris, argenti, auri, omniumque quæ igni fabricantur, artem inveniſſe fertur. Sol jam nobis dicendus, quem quidem ſilentio Tacitus involvit, Cæſar tamen ejus meminit; hunc Herodotus Apollona vocat. Hic illum in Euterpe Dionyſi & Iſidis filium fuiſſe ſcribit: Ἀπόλλωνα δὲ καὶ Ἄρτεμιν, Διονύσου καὶ Ἴσιος λέγουσι εἶναι παῖδας. Λητοῦ δὲ τροφὸν αὐτοῖσι καὶ σώτειραν γενέσθαι, id eſt, *Apollinem ac Dianam Dionyſi & Iſidis filios eſſe ajunt: Latonamque illorum fuiſſe nutricem, eam illos ſervaverit.* Aegyptiis dictus eſt alias Orus, ut idem in Euterpe ſcribit: τὸ δὲ πρότερον τῶν ἀνδρῶν τούτων, θεοὺς εἶναι τοὺς ἐν Αἰγύπτῳ ἄρχοντας; οὐκ ἐόντας ἅμα τοῖσι ἀνθρώποισι, καὶ τούτων αἰὲν ἕνα τὸν κρατέοντα εἶναι. ὕστατον δὲ αὐτῆς βασιλεῦσαι Ὦρον τὸν Ὀσίριδος παῖδα, τὸν Ἀπόλλωνα Ἕλληνες ὀνομάζουσι. τοῦτον καταπαύσαντα Τυφῶνα, βασιλεῦσαι ὕστατον Αἰγύπτου: *Atque prius horum hominum Deos fuiſſe illos, qui regnaverunt in Ægypto, qui non amplius inter mortales degerent: inter quos unus fuerit ſemper, qui reliquos autoritate anteiret. Poſtremus autem omnium regnavit Orus Oſiridis filius, quem Græci vocarunt Apollinem. Atque hunc ejicientem Typhonem, regnaſſe ultimum in Ægypto.* Fuit alias egregie artem vaticinandi edoctus, quam a Pane, ut Apollodorus l. 1. tradit, accepit: Ἀπόλλων δὲ τὴν μαντικὴν μαθὼν παρὰ τοῦ Πανὸς, τοῦ Διὸς καὶ Θύμβρεως, ἧκεν εἰς Δελφοὺς χρησμῳδούσης τότε Θέμιδος, ὡς δὲ ὁ Φρουρῶν τὸ μαντεῖον πύθων ὄφις ἐκώλυεν αὐτὸν παρελθεῖν εἰς τὸ χάσμα, τοῦτον ἀνελὼν, τὸ μαντεῖον παραλαμβάνει.

βαίνει. *Apollo autem vaticinandi artem a Pane Iovis & Thymbris edoctus, Delphos ſe contulit, quo tempore Themis dabat reſponſa. At ubi illum Pytho ſerpens impediret, quo minus penetraret ad hiatum, eo cæſo Apollo loco oraculi ipſe potitus eſt.* Hinc Ovid. l. I. Met.

Iuppiter eſt genitor, per me quod eritque, fuitque
Eſtque patet; per me concordant carmina nervis.

Maro vero l. III. Aen. idem tradit:

Trojugena interpres Divûm, qui numina Phœbi,
Qui Tripodas, Clarii lauros, qui ſidera ſentis,
Et volucrum linguas, & præpetis omina pennæ.

Sic enim ipſe apud Aeſchylum in Eumendibus de ſe profatur:

Κἀγώ τε χρησμοῖς, τοῖς ἐμοῖς τε καὶ Διός
Ταρσεῖν κελεύω.
Et ego oraculis tam meis, quam Iovis
Confidere jubeo.

Hic autem Apollo * nemo alius, niſi Sol. ** Si enim originem nominis aſpiciemus, Solem eſſe patet.

* De Apolline & rarioribus ejus cognominibus Diatriba *Silveſtri Lürſenii*, ſubjicitur ejus libro ſingulari de Templo & Bibliotheca Apollinis Palatini. Franeq. 1719. 8.

** Apollo hiſtorice vel ſecundum fabulas ſumptus a Sole plane diverſus eſt. Ille enim animalis Deus, hic naturalis, idem tantum Graecis ac Romanis creditus cum phyſiologice numina conſiderabant. Hinc eſt, quod multae etiam lapidum inſcriptiones Solem ab Apolline diſtinguunt. vid. *Phil. a Turre* Diſſ. de Beleno, in Monumentis Veteris Antii Romae 1700. 4. editis p. 278. ſqq.

tet. Sic enim Macrobius l. 1. Saturn. refert: *Plato Solem* Ἀπόλλωνα *cognominatum ſcribit*, ἀπὸ τοῦ πάλλειν τὰς ἀκτῖνας, id eſt, *a jactu radiorum. Chryſippus Apollinem* ὡς οὐχὶ τῶν πολλῶν οὐσιῶν τοῦ πυρὸς ὄντα. *Primam enim nominis literam retinere ſignificationem negandi*, ἢ ὅτι μόνος ἐστί, καὶ οὐχὶ πολλοί. *Nam & Latinitas eum, quia tantam claritatem ſolus obtinuit, Solem vocavit. Speuſippus, quod ex multis ignibus conſtet vis ejus*, ὡς ἀπὸ πολλῶν οὐσιῶν πυρὸς αὐτοῦ συνεστῶτος. *Cleanthes* ὡς ἀπ᾽ ἄλλων τὰς ἀνατολὰς ποιούμενον, *quod ab aliis atque aliis declinationibus faciat ortus. Cornificius arbitratur Apollinem nominatum* ἀπὸ τοῦ ἀναπολεῖν, id eſt, *quia inter circuitum mundi, quem Græci* πόλον *appellant, impetu latus ad ortus refertur. Alii cognominatum Apollinem putant* ὡς ἀπολλύντα τὰ ζῶα. *Exanimat enim & perimit animantes cùm peſtem intemperie caloris immittit, ut Euripides in Phaëthonte:* ὦ χρυσοφεγγὲς ἥλι᾽, ὥς μ᾽ ἀπώλεσας, ὅθεν σ᾽ ἀπόλλων ἐμφανῶς κλήσει βροτός. *Item Archilochus:* ἄναξ ἀπόλλων καὶ σὺ τοὺς μὲν αἰτίους σήμαινε καὶ σφᾶς ὄλλυ᾽ ὥσπερ ὀλλύεις. *Denique inuſtos morbo* ἀπολλονωβλήτους καὶ ἡλιοβλήτους *appellant. Et quia ſimiles ſunt Solis effectus Lunæ, in juvando, nocendoque, ideo fœminas certis afflictas morbis* σεληνοβλήτους καὶ ἀρτεμιδοβλήτους *vocant. Hinc eſt quod arcu & ſagittis Apollinis ſimulacra decorantur, ut per ſagittas intelligatur vis emiſſa radiorum. Vnde Homerus* αὐτὰρ ἔπειτ᾽ αὐτοῖσι βέλος ἐχεπευκὲς ἐφιεὶς, βάλλε. *Idem autor eſt & publicæ ſoſpitatis,*

quam

quam creditur Sol animantibus præſtare temperie. Sed quia perpetuam præſtet ſalubritatem, & peſtilens ab ipſo caſus rarior eſt, ideo Apollinis ſimulacra manu dextra gratias geſtant, arcum cum ſagittis ſiniſtra, quod ad noxam ſit pigrior, & ſalutem dextera manus promptior largiatur. Hinc eſt quod eidem attribuitur medendi poteſtas, quia temperatus Solis calor morborum omnium fuga eſt. Nam tam ὡς ἀπελαύνοντα τὰς νόσους ἀπόλλωνα, quam ἀπολλοῦντα cognominatum putant. Cic. l. III. de N.D. Illa autem, Balbe, quæ tu a cœlo, aſtrisque ducebas, quam longe ſerpant, non vides. Solem Deum eſſe, Lunamque, quorum alterum Apollinem Græci, alterum Dianam nuncupant. Hinc & Loxias dicitur, quia obliquum habet inceſſum ſub Ecliptica, & Phœbus a ſplendore luminis, & Delius quia occulta manifeſtat. Antiqui enim cœleſtia corpora, & quæ viſui expoſita ſunt ſigna pro Diis coluere. Aſtra itidem tanquam Deos adorarunt. * Sic enim Ieſ. c. LXV. v. 11. הערכים לגד שלחן והממלאים למני ממסך: id eſt, præparantes Gad menſam, & implentes Planetis libamen. ** Septuaginta

* De antiquiſſimo Aſtrorum cultu Epiſtola *Spiridionis Ponpartii* inſerta Memoriis literariis Trevoltinis A. 1712. Septembr. p. 1615.

** Confer ad h. l. Eſaiae *Nicolaum Fullerum* Miſcellan. V. 17. *Bynaeum* L. I. de calceis Hebraeor. cap. X. *Spencerum* de Leg. Hebr. L. III. Diſſ. II. cap. II. p. 968. *Huetiana* p. 336. *Petr. Zornium* Diſſ. ſingulari de Novi Anni auſpiciis, quae Iudaei gentium ritu in honorem Gad et Meni hoc eſt Solis & Lunae celebrarunt, Hamb. 1722.

ginta vero interpretes ſic vertunt: *ἑτοιμάζοντες τῷ Δαιμονίῳ τράπεζαν καὶ πληροῦντες τῇ τύχῃ κέρασμα*: præparantes Dæmonio menſam, & implentes Fortunæ vinum mixtum. R. David Cimchi in Radicibus, & ad caput hoc Iſaiæ per Meni ſeptenarium Planetarum numerum intelligit. Munſterus Rabinorum deliramenta adducit de Mazalthob, quam Iovis Stellam vocat: Hanc liberorum generationi ſecundum Aſtrologorum dogma, radiis ſuis conducere arbitrantur: unde etiam puellæ deſponſatæ traditur annulus, in quo ſcriptum eſt *Mazaltob*: nam Mazal eſt ſydus ſeu ſtella; unde dicunt Rabbini, non eſſe aliquam herbam in terra, quæ non habeat proprium מזל ſc. Stellam influentem & dirigentem in cœlo. In 1 Reg. c. XXIII. adolebant incenſum Baal, Soli, Lunæ, Planetis. Vbi למזלות exſtat, & *univerſa militia cœli*. Hinc D. Hieronymus ad hunc locum ſic ſcribit: Eſt autem in cunctis urbibus, & maxime in Aegypto & in Alexandria idololatriæ vetus conſuetudo, ut ultimo die anni & menſis eorum qui extremus eſt, ponant menſam refertam varii generis epulis, & poculum muſto mixtum, vel præteriti anni vel futuri fertilitatem auſpicantes. Hoc autem faciebant & Iſraëlitæ omnes ſimulacrorum portenta venerantes. * Cæleſtes au-

 tem,

1722. 8. & in Biblioth. Antiq. Exeget. T. I p. 794 ſqq. & Cel. *Dav. Millii* Diſſ. de Gad et Meni, quae eſt IV. in ejus Diſſert. Sel. p. 81. ſqq.

* Tali modo Lunam menſa cibis referta & cratere adpoſito convivio exceperunt Iſraelitae, ſolemni Gentilium conſuetudine, qui ut Deos ſuos eo magis ſibi propitios redde-

tem exercitus vocantur Stellæ; qua nuncupatione nihil aliud præſumitur, quam Thema cæli erectum. Hoc enim Orientalibus ſolemne erat, quo ſortem ſeu fortunam bonam ex aſtrorum figuratione, poſitu, ortu, elicerent. Conſtituto enim themate Genethliaco circumſpiciebant locum Solis ab Horoſcopo: quo invento, numerabant totidem a Luna; inde conſtituebant partem fortunæ. Tanta enim eſt diſtantia ⊕ a ☽ quanta eſt ☉ ab Horoſcopo. Subtrahendus eſt autem locus Solis a loco ☽ reſolutis ſignis Zodiaci in ſuos numeros, relictum addendum

redderent, & ſive gratias agerent inſigni beneficio mactati, ſive imminens periculum deprecarentur, Diis ſuis convivium & lautiſſimas epulas parare ſolebant: talia erant *Lectiſternia* Romanorum, de quibus conf. *Jo. Lomeierus* de Luſtrat. p. 28. 70. 451. *a Turre* Monum. Vet. Ant. p. 318. ſq. *Seldenus* L. III. de Synedr. c. 14. p. 286. *Gutherius* L. III. c. 9. de jur. Pontific. *Thomaſinus* de Donar. cap. 4. p. 772. T. XII. *Grævii*, *Taſſinum* de anno Rom. ſeculari c. II. & 15. T. VIII. *Grævii*, *Triſtanum* in Hiſt. Imperat. ex nummis illuſtr. T. II. p. 403. *Chimentellum* de honore biſellii c. 31. T. VII. *Grævii* p. 2149 & *Alſtorphium* de Lectis Veter. p. 168. ſqq. Hujusmodi Lectiſternium apparet etiam in nummis, vide *Vaillant* Fam. Rom. Tom. I. p. 292. Confer quoque Illuſtrem *Spanhemium* de Praeſt. & Uſu Numiſm. T. II. Diſſ. X. f. 193. In Oriente pariter uſitatiſſima erat ea Deos demerendi conſuetudo, ut coram Idolis menſas cibis & poculis inſtruerent, ut Vir Literaturae Orientalis peritiſſimus *Thomas Hyde* de Relig. Vet. Perſ. c. III. p. 94. obſervavit. Qualis etiam menſa Iſiaca fuit, in qua epulae & libationes reponebantur. Vide *Laurent. Pignorii* Expoſit. Menſae Iſiacae p. 13.

dum ſigno, gradibus & minutis Horoſcopi, & aggregatum verum partis fortunæ locum oſtendit. Reſolutio autem ſignorum ſic ſe habet:

0	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11
♈	♉	♊	♋	♌	♍	♎	♏	♐	♑	♒	♓

Quod ſi ſubſtractio fieri nequit, aſſumendus eſt integer circulus, videlicet duodecim ſigna, & reſiduum erit differentia. Si numerus 12. ſignorum fuerit præciſe; aut illum ſuperaverit; abjectis 12. reliquum erit fortunæ locus verus. Si 0 remanſerit, fortuna erit in ♈. Porro ſi numerus graduum 30 ſuperaverit, abjectis 30, & unitate ad numerum ſignorum addita, quod remanſerit, erit pars Fortunæ, & ſignum, & gradus, & minutum. Sed nunc non erat his opus, ut Poëta canit. Cæterum Fortuna illa a Romanis culta paſſim, quod & monumenta teſtantur: *

FORTVNAE
REDVCI. LARI
VIALI. ROMAE
AETERNAE
Q. AXIS. AELIA
NVS. VE. ProC.
AVG.
C.

 Item;

* I. O. M. ET
FORTVNAE
REDVCI. PRO
SALVTE. ITV ET
REDITV. TITI
FL. VETERIS
PATRONI

Item:

VENERI. ET
FORTVN. PRIM.
SACR.
L. CALVIVS. L. F.

Plutarchus in Ῥωμαϊκοῖ; num. CVII. Διὰ τί Ῥωμαῖοι τύχην σέβονται πριμιγένειαν ἣν ἄντις εἴποι πρωτογένειαν, id eſt, Quamobrem Romani venerantur Fortunam Primigeniam. Philaſtrius inquit: *Eſt hæreſis in Iudæis, quæ Reginam, quin & Fortunam Cæli invocat, eique ſacrificia offerre non dubitabant.* Hanc rerum Dominam Euripides in Hecuba vocat his carminibus:

Ὦ Ζεῦ, τί λέξω; πότερα σ' ἀνθρώπους ὁρᾷν,
Ἢ δόξαν ἄλλως τήν δὲ κεκτῆσθαι μάτην
Ψευδῆ, δοκοῦντας δαιμόνων εἶναι γένος,
Τύχην δὲ πάντα τἀν βροτοῖς ἐπισκοπεῖν.
O Iupiter, quid dicam? tene viros cernere,
Vel opinionem fruſtra eos invaſiſſe
Mendacem, docentes dæmonum eſſe genus,
Fortunam vero omnia mortalium regere.

Plautus ſane egregie in Pſeudolo de hac diſſerit:

Centum doctûm hominum conſilia hæc devincit dea
Fortuna, atque hoc verum eſt, proinde ut quisque
fortuna utitur,

Ita

apud M. J. Guenebauld in opuſculo, cui Titulus: *Le Reveil de l' Antique Tombeau de Chyndonax, Prince des Vacies, Druides, Celtiques Duonnois avec les ceremonies des anciennes Sepultures imprimé* 1623. 4. cap. 19. p. 134.

Ita præcellet, atque exinde ſapere eum omnes dicimus.
Bene ubi quid conſilium diſcimus accidiſſe, hominem cautum
Eum eſſe declaramus: ſtultum autem illum, qui vertit male.
Stulti haud ſcimus, fruſtra ut ſimus; quem quod cupienter dari
Petimus nobis, quaſi, quid in rem ſit, poſſimus noſcere.
Certa amittimus, dum incerta petimus, atque hoc evenit
In labore atque in dolore; ut mors obrepat interim.

Nempe Dea hæc omnia ſurſum deorſum rotat, ut Palladas in his ſcribit:

Οὐ λόγον, ἐ νόμον οἶδε Τύχη, μερόπων τυραννεῖ,
Τοῖς ἰδίοις ἀλόγως ῥεύμασι συρομένη.
Μᾶλλον τοῖς ἀδίκοισι ῥέπει, μισεῖ δὲ δικαίους,
Ὡς ἐπιδεικνυμένη τὴν ἄλογον δύναμιν.

Neque rationem, neque legem ſcit Fortuna, hominum excidium,
Semper ſine ratione cum impetu ruens.
Maxime injuſtis blanditur, odit vero juſtos,
Monſtrans quaſi vim ſtultitiæ.

Cujus etiam opinionis Seneca eſt in Agamemn.

- - quicquid in altum
Fortuna tulit, ruitura levat.

Et in Hippol.

Res humanas ordine nullo
Fortuna regit, ſpargitque manu
Munera cæca pejora fovens.

Silius Italicus l. IV.

Pelle moras, brevis eſt magni fortuna favoris.

Lucan. l. 1. Pharſ.

- - Fors incerta vagatur,
Fert refertque vices, & habent mortalia caſum.

Recte itaque Manil. l. III. Aſtronomiκῶν:

Idcirco tanta eſt rerum diſcordia in ævo,
Et ſubtexta malis bona ſunt, lacrumæque ſequuntur
Vota, nec in cunctis ſervat Fortuna tenorem:
Vsque adeo permixta fluit, nec permanet usquam,
Amiſitque fidem variando cuncta per omnes:
Non annis anni, non menſes menſibus usque
Conveniunt, ſeque ipſe dies, aliumque reliquit,
Horaque non ulli ſimilis producitur horæ.

Sed ad Solem redimus. Hujus imago erat aurea, & omnia veſtimenta aurea. Solis enim radii vivo aſſimulantur auro; gignit etiam Sol aurum calore ſuo. Quod Callimachus hiſce attigit:

Χρύσεα τῶ᾽πόλλωνι, τό, τ᾽ ἐνδυτὸν, ἥ τ᾽ ἐπιπορπὶς,
Ἥ τε λύρη, τό, τ᾽ ἄεμμα τὸ λύκτιον, ἥ τε Φαρέτρη,
Χρύσεα καὶ τὰ πέδιλα, πολύχρυσος γὰρ Ἀπόλλων.

Aurea ſunt hæc Phœbo, veſtis & fibula,
Tum Lyra, tum plectrum, & pharetra,
Aurei ſunt calcei, auri dives Apollo eſt.

Quamvis Tibullus purpuream eſſe ſtatuit. l. II. Eleg.

Sed nitidus, pulcerque veni; nunc indue veſtem
Purpuream, longas nunc bene necte comas.

Callimacho tamen facem addit R. Moſes Ben-Maimon in More Nevochim, qui auream fuiſſe ſtatuam

Solis ſcribit: Cum prædicaret cuidam Regi, ut ſerviret ſeptem ſtellis & ſignis duodecim, præcepit Rex eum interfici gravi morte. Nocte vero mortis ipſius convenerunt omnes imagines ab extremis terræ in palatio Babylonis ad imaginem auream, quæ ſc. erat imago Solis, & pendebat inter cœlum & terram, & proſtravit ſe in medio palatii, & omnes imagines circumquaque, & enarravit eis, quicquid contigerat Thammuz. Imagines vero flebant, & lamentabantur per totam noctem. Mane autem facto evolaverunt omnes imagines ad palatia ſua usque ad extremum terræ. Et conſuetum eſt quotannis in principio diei menſis Thammuz lamentari & fleri ſuper Thammuz. Nunc ergo appone cor tuum, & vide cujus intellectus erant homines in tempore illo. Thammuz * autem hic nullus eſt alius, præterquam Ado-

* De Deo Thammuz vide *Jo. Dougtæum* in anal. S. P. I. p. 275. *VVitſium* Ægyptiac. L. II. cap. 2. p. 67. ſq. *Hottingerum* Diſſert. de idol. & hiſt. Orient. L. I. c. 8. p. 170. *Leusdenium* in Philologo Hebraeo-mixto Diſſ. 43. p. 303. ſq. *Pfeifferum* Oper. Philolog. p. 408. *Voſſium* de idol. lib. II. cap. 4. *Urſinum* quaeſt. bibl. lib. II. cap. 15. *Reineſium* de Deo Endovellico p. 108. *Petr. Jurieu* dans l' hiſtoire des dogmes & des cultes de l' Egliſe P. IV. cap. 6. p. 684. *Kircherum* Oedip. T. I. Synt. IV. c. 9. p. 294. *Braunium* lib. IV. Sel. Sacr. c. 5. §. 70. p. 415. Deylingium in ſingulari diſſert. ſubjecta P. III. Obſervat. Sacr. *Bern. Montfaucon* dans l' Antiquité expliquée & repreſentée Tom. I. P. I. cap. 20. §. 3. p. 173. *Jo. Nicolai* in commentat. de ritu antiquo & hodierno Bacchanaliorum p. 195. Tom. VII. antiq. *Gronovii*, *Saubertum* de ſacrificiis p. 75. ut taceam, qui de Ado-

Adonis, ut Seldenus oſtendit. Author Chron. Alex. Θαμὺζ ὅπερ ἑρμηνεύεται Ἄδωνις: hammuz qui interpretatur Adonis: Loquitur enim de Ezechielis prophetia. D. etiam Hieronymus in Comment. III. ad Ezech. Adonin interfectum ab Apro eſſe ſcribit, idque menſe Iunio contigiſſe, a quo Adonis Thammuz dictus. Menſis enim Iunius Thammuz dicitur, Soliſque ingreſſus in Cancrum Iudæorum Aſtronomis Tekupha Thammuz, hoc eſt, periodus Thammuz. In hoc plangitur a mulieribus quaſi mortuus & poſtea reviviſcens canitur atque laudatur. Fuit autem Adonis apud Orientales cultus. Lucianus author eſt in Dea Syria: Λέγουσι γὰρ δὴ ὦν τὸ ἔργον ἐς Ἄδωνιν ὑπὸ τοῦ συὸς, ἐν τῇ χώρῃ τῇ σφετέρῃ γενέσθαι καὶ μνήμην τοῦ πάθεος, τύπτονταί τε ἑκάστου ἔτεος, καὶ θρηνέουσι, καὶ τὰ ὄργια ἐπιτελέουσι, καί σφισι μεγάλα πένθεα ἀνὰ τὴν χώρην ἵσταται· ἐπεὰν δὲ ἀποτύψωνταί τε, καὶ ἀποκλαύσωνται, πρῶτα μὲν καταγίζουσι τῷ Ἀδώνιδι, ὅκως ἐόντι νέκυϊ, καὶ δὲ τῇ ἑτέρῃ ἡμέρῃ ζώειν τέ μιν μυθολογέουσι, καὶ ἐς τὸν ἠέρα πέμπουσι, id eſt, *Dicunt enim in ſua regione contigiſſe, ut Adonis ab apro ictus fuerit: atque ad ejus rei memoriam ſinguli quotannis ſe plectunt, & lamentantur, & diem celebrant, & magnus luctus*

Adonidis, qui Thammuz eſt feſto agunt, *Jo. Faſoldum* in veter. Graecor. Ἱερολογίᾳ Dec. I. feſto IV. Ἀδώνια, *Petrum Caſtellanum* in Ἑορτολογίῳ ſive de feſtis Graecorum, Syntagmate in voce Ἀδώνια, *Jo. Meurſium* L. I. Graeciae Feriatae ſ. de Feſtis Graecorum, *Jo. Potterum* L. II. cap. 20. Archaeolog. Graec. p. 347. Tom. XII. Gronovii, & *Jo. Marshamum* in Canone Chronico p. 31.

luctus in illa regione per id tempus exoritur: ubi vero ſe percuſſerint, & luxerint, primum Adonidi inferias perſolvunt, tanquam vita defuncto: deinde altero die ipſum vivere inquiunt, & in cœlum mittunt. Hunc autem Thammuz Philaſtrius tradit filium fuiſſe Regis gentilium, cujus Iudææ mulieres ſimulacrum cum fletibus adorabant, impietatemque Gentilium colentes, ei offerre ſacrificia non deſinebant. Thammuz enim Pharao ille dicebatur Rex Aegyptiorum, qui ſub beato Moyſe Aegyptiis præſidebat illo tempore. Hoc autem hauſtum eſt ex Ioſepho, in l. τῆς Ἀρχαιότητος, qui hunc Pharaonem Themoſin vocat. Cui adhærent Euſebius, Theophilus Antiochenus, Tatianus, Cedrenus ex Ptolomæo Mendeſio. Thammuz autem hic Macedonibus Mars dictus, ut ex Heſychio patet. Ptolomæus etiam de Orientalibus, qui Trigono Aquilonari ſubſunt, hujus rei meminit: Verum adorans & Martem Adonin, ſed aliter eum adpellantes, καὶ μυστήριά τινα μετὰ θρήνων ἀποδιδότες αὐτοῖς, & myſteria hæc cum planctu celebrant. Quem ritum etiam Aegyptiis fuiſſe Athenagoras in Orat. pro Chriſt. refert: Aegyptii vero annon ridiculi etiam ſunt? Plangunt enim in templis & pectora pulſant, conventus agentes tanquam defunctis, & eisdem tanquam Diis ſacra faciunt. Adonis autem Dominus eſt. Heſychius: Ἄδωνις δεσπότης ὑπὸ Φοινίκων, Adonis Phœnicibus Dominus eſt. Vnde Lacones eum κόριν, id eſt, κύριον dixerunt, eodem teſte. Hic maxumo in honore apud Aſſyrios. Hinc Adonin Solem eſſe non dubitari ſcribit Macrob. l. I. Saturn. inſpe-

ἤγουν ὁ σῖτος σπειρόμενος, ἓξ μῆνας ἐν τῇ γῇ ποιεῖ ὑπὸ τῆς σπορᾶς. καὶ ἓξ μῆνας ἔχει αὐτὸν ἡ Ἀφροδίτη, τοῦτ' ἔστιν ἡ εὐκρασία τοῦ ἀέρος, καὶ ἐκ τότε λαμβάνουσιν αὐτὸν οἱ ἄνθρωποι, id eſt, ajunt enim de Adonide, quod mortuus ſex menſes moratus eſt in complexu Veneris, quod etiam apud Proſerpinam. Hoc re ipſa ita ſe habet: quod Adonis frumentum eſt ſatum, quod ſex menſes degit ſub terra: ſex menſes illum habet Venus, aëris temperies ſcilicet, ex quo illum meſſores colligunt. Alii tamen, & quidem rectius, Solem intelligunt. Hic enim, dum ſex ſigna auſtralia pererrat, breviores ſunt dies noctesque longiores, & dicitur apud inferos morari. Cum vero ſigna Borealia percurrit, Venerem amat: qua omnis lætitia reſtituitur. Orpheus hunc ita in hymnis celebrat:

Εὔβουλε, πολύμορφε, τροφὴ πάντων ἀρίδηλε,
Κούρη, καὶ κόρε, σὺ πᾶσι θάλος αἰὲν Ἄδωνι,
Σβεννύμενε, λάμπων τε καλαῖς ἐν κυκλάσιν ὥραις

Conſiliis pollens, multiformis, nutritio omnibus exiſtens,
Puella & puer, tu omnibu germens æternum Adoni,
Extincte, reſplendensque labentibus horis.

Vlterius vero pergens, eum modo apud Superos, modo apud Inferos eſſe canit:

Ὃς ποτὲ μὲν ναίεις ὑπὸ τάρταρον ἠερόεντα,
Ἠδὲ πάλιν πρὸς ὄλυμπον ἄγεις δέμας ὡριόκαρπον.

Qui

Qui nunc nigrum inhabitas Tartarum,
Et rurſum in Cœlum refers corpus frugiferum.

Phyſici enim, teſte Macrobio l. 1. Saturn. c. 21. terræ ſuperius hemiſphærium, Proſerpinam vocaverunt. Ergo apud Aſſyrios ſive Phœnicas lugens dicitur Dea, quod Sol annuo greſſu, per XII. ſignorum ordinem pergens, partem quoque hemiſphærii inferioris ingreditur, quia de duodecim ſignis Zodiaci ſex ſuperiora, ſex inferiora cenſentur. Et cum eſt in inferioribus, & ideo dies breviores facit, lugere creditur Dea, tanquam Sole raptu mortis temporalis amiſſo, & a Proſerpina retento, quam numen terræ inferioris circuli & Antipodum diximus. Rurſumque Adonin redditum Veneri credi volunt, cum Sol evictis ſex ſignis annuis inferioris ordinis, incipit noſtri circuli luſtrare hemiſphærium, cum incremento luminis & dierum. Ab apro autem tradunt interemptum Adonin, Hyemis imaginem in hoc animali fingentes: quod aſper hiſpidus & aſper, gaudet locis humidis & lutoſis, pruinaque contectis, proprieque hyemali fructu paſcitur glande. Ergo Hyems veluti vulnus eſt Solis, quæ & lucem ejus minuit & calorem, quod utrumque animantibus accidit morte. Nec Atys, quem Berecynthia mater amavit, alius eſt, quam Sol: qui corrupto nomine pro Adoni Atys vel Attines dictus eſt. Hic enim fiſtula & virga ornatus eſt. Fiſtula ordinem ſpiritus inæqualis oſtendit, quia venti, in quibus nulla æqualitas eſt, propriam ſumunt de Sole ſubſtantiam

tiam. Virga Solis poteſtatem aſſerit, qui membra moderatur. Et hujus in ſacris etiam luctum adhiberi tradit Macrob. l. 1. Saturn c. 21. Ad octavum nempe Kal. April. Phryges exordium lætitiæ celebrant, qui dies Hilaria appellatur, quo primum tempore Sol diem longiorem nocte protendit.

Plangebatur & apud Aegyptios Oſiris, cujus ſacra *ἀφανισμῷ καὶ εὑρέσει* culta fuerunt. Hic enim, cum juſtiſſime apud Aegyptios regnaret, a Thyphone fratre, homine violento & impio, trucidatus eſt. Is dilacerato interfecti corpore in XXVI. fruſta, cuique facinoris ſocio unum tribuit, ut omnes eo piaculo obſtringeret, ſibique in regni defenſione & cuſtodia firmos haberet adjutores. Reperit tandem Iſis omnia fruſta corporis pudendis ſolummodo demptis. Virilia enim a Tryphone in fluvum abjecta erant, quia ſociorum nemo hæc recipere volebat: quæ tamen ab Iſide nihilominus divinis honoribus affecta fuerunt. Nam in templis effigiem horum adornatam coli præcepit, & initiorum ceremoniis, ſacrificiisque Deo iſti peragendis honoratiſſima ut eſſet, plurimaque veneratione digna, effecit. Idcirco & Græci, poſtquam ſacrorum Bacchicorum ritus & Orgiorum ſolemnitates ab Aegyptiis accepere, membrum illud in myſteriis, initiationibus, & ſacrificiis Dei hujus, Phalli nomine honorant. Hæc Diodorus Siculus l. I. Biblioth. Ptolem l. II. Tetrabibl. de Aſſyriis, Perſisque, & Aegyptiis: *καθιερῶνται δὲ παρ αὐτοῖς, τὰ γεννητικὰ μόρια διὰ*

τὸν

τὸν τῶν προκειμένων ἀςέρων χηματισμὸν ὄντα σπερματικὸν φύσει, ideſt, *ſacra ſunt apud eos membra generationi deſtinata ob Solis, Saturni, Venerisque aſpectus, qui ſeminales ſunt.* Xiphilinus in Heliogabalo: τῷ αὐτῷ (Ἡλιογαβάλῳ) ἔθυε παῖδας σφαγιαζόμενος, καὶ μαγγανεύμασι χρώμενος, ἀλλὰ καὶ εἰς τὸν ναὸν αὐτοῦ λέοντα, καὶ πίθηκον, καὶ ὄφιν, ζῶντα ἐγκατακλείσας, αἰδοῖά τε ἀνθρώπου ἐμβαλών, καὶ ἄλλ' ἄττα ἀνοσιουργῶν περιάπτοις τέ τισι μυρίοις ἀεί ποτε χρώμενος, ideſt, *ipſi ſacrificavit pueros hoſtias immolans; & impoſturis magicis utens. Sed & in templum ipſius Leonem, & Simiam & Serpentem aliquem viventem incluſit, verenda hominis injiciens, hiſce amuletis ceu unguentis perpetuo tunc utens.* De his ſpurciſſimis ſacris conſule Euſtathium l. τ. Iliad. Haud dubie reprehenſio illa Ezech c. XVI. v. 26. de Phallis hiſce intelligenda eſt. Idololatria enim ſub fornicatione intelligitur. Hinc Phallorum cultus, * tanquam ab Ægyptiis acce-

* Non ſolum in Iſidis (eo pertinet Iſidis capiti membrum virile imponi apud *Triſtanum* in M. Aurelii Claudii nummo) Oſiridis Bacchi & Eleyſiniis Sacris pudendorum membrorum cultus erat, ſed & in Cybeles Sacris (vide *Cuperum*, in Harpocrate p. 89.) Deæ Syriæ (Confer *Seldenum* de Diis Syris Syntagm. II. cap. I. p. 227) eorundem cultus obſervabatur. Vide *Le Moyne* in Variis Sacris p. 747. *Petr. Zornium* Tr I. Opuſc. p. 277. 779. & in Biblioth. Antiq. & Exeget. T. I. p. 14. 322. 729. 947. ſq. Phallum illum vim genitalem & ſeminalem denotaſſe vult *Plutarchus* lib. de Iſide & Oſiride, quo cum confer *Porphyrii* apud *Euſebium de Præparat.* Evang. Obſervationes.

acceptus ſevere taxatur. Sic autem verba: ותזני אל־בני־מצרים שכנין גדלי בשר: *ſcortata es cum filiis Ægypti, vicinis tuis, magnis carne.* בשר enim non tantum carnem, ſed etiam hominem, interdum vero animalia denotat, nunc tota, nunc partes; inde etiam honeſtatis cauſa de membro pudendo dicitur, ut Buxtorfius contendit. גדל autem magnus ſonat, & participialiter creſcens; quod nervis extentis horrendum illud quaſi creſcebat, & extendebatur. Hinc. Prudentius l. II. contra Symmachum Priapi obſcœna cubilia, affixumque ramum hiſce carminibus carpit:

--hic tamen idem
Scortator nimius, multaque libidine ſuetus
Ruricolas vexare lupas, interque ſalicta,
Et denſas ſepes obſcœna cubilia inire:
Indomitum intendens animum, ſemperque paratum
Ad facinus, nunquam calidis dabat otia venis.
Hic Deus e patrio prænobilis Helleſponto
Venit adusque Italos ſacris cum turpibus hortos,
Sinum lactis & hæc votorum liba quotannis
Accipit, ac thuris ſervat vineta Sabini,
Turpiter adfixo pudeat quem viſere ramo.

Hæc lucem addunt Ezech. c. XXIII. v. 20. ubi expreſſe inter pudenda hujus & aſini comparatio

De ſole omnis foecunditatis parente illa Sacra exponit *Voſſius* de Idolol. L. I. p. 198. cujus veſtigia premit *Cuperus* l. c. hiſtorice *Clericus* T. VI. Bibl. Vniverſ. p. 61. phyſice *Eſchenbachius* in Epigene p. 11.

tio inſtituitur: ותעגבה על פלגשיהם אשר בשר חמורים בשרם: id eſt, & amaſiam agit cum concubinis eorum, eo, quod velut caro aſinorum, caro eorum. Nihil aliud intelligitur hic, niſi Phallus. Legimus enim apud Euſeb. l. de falſa Religione; Priapum aliquando cum una ex illis aſellis, qui Bacchum in Indicam expeditionem proficiſcentem trans quendam fluvium transvexere, de membri magnitudine decertaſſe. Priapus autem apud Iudæos colebatur ſub idolo Miphlezeth, * ut 1 Reg. c. XV. v. 13. apparet: Deſcendit autem a radice פלץ; quod tremere ſignificat: quia horrorem ac calamitates multas cultoribus ſuis adducit, uti ad caput hoc R. Levi Ben-Gerſom ſcribit: שהוא מביא פלצות וצרות לעובדיו, ideo quod tremorem affert & calamitates multas eis, qui eum coluere. Cui aſtipulatur R. David Kimchi. Vnde & apud Romanos Priapus

-- furum, aviumque
Maxima formido dictus.

Catullus epigr. XX.

-- hoc tibi expedit,
Parata namque crux, ſine arte mentula.

Et Martialis l. VI. ep. XVI.

Tu qui pene viros terres & falce cinædos,
Iugera ſepoſiti pauca tuere loci.

H Idem

* *Miphlezet* nomine Deam *Hecatem* deſignari contendit Cl. *David Millius* in Diſſ. de Baalzebus & Miphlezet, quæ extat Diſſ. Sel. p. 190. ſqq.

acceptus ſevere taxatur. Sic autem verba: ותזכי אל־בני־מצרים שכנין גדלי בשר׃ *ſcortata es cum filiis Ægypti, vicinis tuis, magnis carne.* בשר enim non tantum carnem, ſed etiam hominem, interdum vero animalia denotat, nunc tota, nunc partes; inde etiam honeſtatis cauſa de membro pudendo dicitur, ut Buxtorfius contendit. גדל autem magnus ſonat, & participialiter creſcens; quod nervis extentis horrendum illud quaſi creſcebat, & extendebatur. Hinc Prudentius l. II. contra Symmachum Priapi obſcœna cubilia, affixumque ramum hiſce carminibus carpit:

--hic tamen idem
Scortator nimius, multaque libidine ſuetus
Ruricolas vexare lupas, interque ſaiicta,
Et denſas ſepes obſcæna cubilia inire:
Indomitum intendens animum, ſemperque paratum
Ad facinus, nunquam calidis dabat otia venis.
Hic Deus e patrio prænobilis Helleſponto
Venit adusque Italos ſacris cum turpibus hortos,
Sinum lactis & hæc votorum liba quotannis
Accipit, ac thuris ſervat vineta Sabini,
Turpiter adfixo pudeat quem viſere ramo.

Hæc lucem addunt Ezech. c. XXIII. v. 20. ubi expreſſe inter pudenda hujus & aſini comparatio

---

De ſole omnis foecunditatis parente illa Sacra exponit *Voſſius* de Idolol. L. I. p. 198. cujus veſtigia premit *Cuperus* l. c. hiſtorice *Clericus* T. VI. Bibl. Univerſ. p. 61. phyſice *Eſchenbachius* in Epigene p. II.

tio inſtituitur: ותעגבה על פלגשיהם אשר בשר חמורים בשרם: id eſt, & amaſiam agit cum concubinis eorum, eo, quod velut caro aſinorum, caro eorum. Nihil aliud intelligitur hic, niſi Phallus. Legimus enim apud Euſeb. l. de falſa Religione; Priapum aliquando cum una ex illis aſellis, qui Bacchum in Indicam expeditionem proficiſcentem trans quendam fluvium transvexere, de membri magnitudine decertaſſe. Priapus autem apud Iudæos colebatur ſub idolo Miphlezeth, * ut 1 Reg. c. XV. v. 13. apparet: Deſcendit autem a radice פלץ; quod tremere ſignificat: quia horrorem ac calamitates multas cultoribus ſuis adducit, uti ad caput hoc R. Levi Ben-Gerſom ſcribit: שהוא מביא פלצות וצרות לעובריו, ideo quod tremorem affert & calamitates multas eis, qui eum coluere. Cui aſtipulatur R. David Kimchi. Vnde & apud Romanos Priapus

-- furum, aviumque
Maxima formido dictus.

Catullus epigr. XX.

- hoc tibi expedit,
Parata namque crux, ſine arte mentula.

Et Martialis l. VI. ep. XVI.

Tu qui pene viros terres & falce cinædos,
Iugera ſepoſiti pauca tuere loci.

* *Miphlezet* nomine Deam *Hecatem* deſignari contendit Cl. *David Millius* in Diſſ. de Baalzebus & Miphlezet, quæ extat Diſſ. Sel. p. 190. ſqq.

Idem ep. XLIX.

Num ſum de fragili dolatus ulmo,
Nec quæ ſtat rigida ſupina vena
De ligno, mihi quolibet columna eſt,
Sed viva generata de cupreſſo.
Hanc tu quisquis es, o, malus timeto.

Idem ep. LXXIII.

Aſpice, quam certo videar non ligneus ore,
Nec de vota focis inguinis arma geram.

Apud Thalmudiſtas autem legitur מפלצת, eo quod mirificum riſum præberet: Nempe ut R. Ioſeph explicat: כמין זכרות עשתה לה והיתה נבעלת בגר בכל יום, eo quod recondita in memoriam revocarentur, quæ feceret illa; & confectus fuit illi a fœminis pubescens in omni tempore. Meminit etiam illius R. Salomon Iarechi ad eundem locum אמרו רבותינו מפליא ליצנותא, *dicunt Rabini noſtri, quod mirandum excitaret riſum.* Eo etiam reſpexit procul dubio author vulgatæ editionis Latinæ, cui & Lyranus conſentit. Seniores autem hunc locum ita vertunt: μητέρα ἑαυτοῦ μετέστησε τοῦ μὴ εἶναι ἡγουμένην καθότι ἐποίησε σύνοδον ἐν τῷ ἄλσει αὐτῆς. καὶ ἐξέκοψεν Ἀσὰ τὰς καταδύσεις αὐτῆς καὶ τὴν Μααχὰ τὴν μητέρα αὐτοῦ μετέστησε τοῦ μὴ εἶναι τῇ Ἀστάρτῃ λειτουργοῦσαν καὶ κατέκοψε τὸ εἴδωλον, &c. ſed quidnam σύνοδος iſta & κατάδυσις ſibi volunt? σύνοδος namque coitum quandoque ſignificat, κατάδυσις vero olentem fornicem, qua libidines, & obſcæna celebrabant. Quem morem Tertullian. l. III. ad Vxor. tangit, conſiſtorium

rium vocans: Procedat de janua laureata, ut de novo conſiſtorio libidinum publicarum. Senec. Controv. Meretrix vocata es, incommuni loco ſtetiſti, ſtetiſti puella in lupanari, ſtetiſti cum meretricibus. Horat. l. I. Carm.

Quis multa gracilis te puer in roſa
Perfuſus liquidis urget odoribus
Grato Pyrrha, ſub antro.

Iuven. Sat. VI.

— dormire virum cum ſenſerat uxor,
Auſa palatino tegetem præferre cubili,
Sumere nocturnos meretrix auguſta cucullos,
Linquebat, comite ancilla non amplius una:
Et nigrum flavo crinem abſcondente galero,
Intraxit calidum veteri centone lupanar,
Et cellam vacuam, atque ſuam, tunc nuda papillis
Conſtitit auratis titulum mentita Lyciſcæ,
Oſtenditque tuum generoſe Britannice ventrem.
Excepit blanda intrantes, atque æra popoſcit:
Mox lenone ſuas jam dimittente puellas,
Triſtis abit, ſed quod potuit, tamen ultima cellam
Clauſit adhuc ardens. —

Clemens Alexandr. l. III. c. 3. Pæd. in eis ſtant in fornice mulieres, carnem ſuam ad probrum voluptatis venundantes; & pueri docti abnegare naturam mulieres ſimulant. Omnia immutavit lu-

xus; hominem probro ac dedecore affecit: mollis & luxurioſa ſuperflua curioſitas quærit omnia, omnia aggreditur, naturam coërcet, homines patiuntur muliebria, & fœminæ præter naturam viros agunt, & nubunt, uxoresque ducunt fæminæ: nullus eſt meatus ad quem non pateat aditus impudentiæ. Iam vero eis quoque communis Venus publicatur, conviviorum delitiæ. O nefandum ſpectaculum! o nefandum ſtudium! Hæc civilis noſtræ intemperantiæ oſtenduntur trophæa, flagitia arguunt, quæ proſtant in fornicibus Suetonius in Tiberio: *In ſylvis quoque ac nemoribus paſſim venereos locos commentus eſt, proſtantesque per antra, & cavas rupes, ex utriusque ſexus pube Paniscorum & Nympharum habitu, palamque jam & vulgato nomine inſulæ abutentes Caprinium dictitabant.* Strabo l. XVI. Geogr. de Aſſyriorum mulieribus; omnibus Babyloniorum mulieribus mos eſt, ex cauſa quadam in aliqua re venerea cum hoſpite permiſceri, cum turba & cultu plurimos ad illum venientibus, quilibet coronatur: qui vero ad eam admittitur, poſito ſuper genibus ejus argento, quantum ſibi videtur, coit longe ea a fano abducta, id argentum Veneri ſacrum eſt. Arnob. l. v. Cypriæ Veneris abſtruſa illa initia præterimus, quorum conditor Cyniras rex fuiſſe iudicatur: in quibus ſumentes certas ſtipes, inferunt ut meretrici. Clemens Alex. in Protrept. νόμισμα δὲ εἰσφέρουσι αὐτῇ οἱ μυούμενοι ὡς ἑταίρᾳ ἐρασταί: *Nummum autem ii offerunt, qui initiantur, ut ami-*

ca

cæ amatores. Huc reſpiciunt Baruchi verba c. VI. v. 43. Αἱ δὲ γυναῖκες περιθέμεναι σχοινία ἐν ταῖς ὁδοῖς ἐγκάθηνται θυμιῶσαι τὰ πίτυρα· ὅταν δέ τις αὐτῶν ἐφελκυσθεῖσα ὑπό τινος τῶν παραπορευομένων κοιμηθῇ, τὴν πλησίον ὀνειδίζει ὅτι οὐκ ἠξίωται ὥσπερ καὶ αὐτὴ, οὐδὲ τὸ σχοινίον αὐτῆς διεῤῥάγη. *Mulieres vero cinctæ funiculis in viis ipſis ſedent accendentes acus eorum. Sed quando aliqua illarum abſtracta ab aliquo ex tranſeuntibus compreſſa fuerit, alterum probro afficit, quod non fuerit appetita, ſicut ipſa fuit, neque funiculus ipſius diſruptus fuerit.* Olympiodorus autem vult τὰ σχοινία fuiſſe περιζώματα ſeu cingula, quibus pudenda duntaxat operiebant, cætera nudæ. Σχοινία, ſcribit, φησὶ τὰ περιζώματα. Καλύπτουσαι γὰρ μόνα τὰ τοῦ σώματος ἀσχήμονα, τὰ λοιπὰ παρεγύμνουν προσκαλοῦμεναι τοὺς ἐραστάς. Et hoc habitu alliciebant amatores ſuos. Quem morem in Satyrico ſuo tangit Petronius: *Cum ego negarem me cognoſcere domum, video quosdam inter titulos, nudasque meretrices furtim ſpatiantes.* Philæmon Comicus:

Στῆσαι πριάμενόν τι γυναῖκας κατὰ τόπους
Κοινὰς ἅπασι, καὶ κατεσκευασμένας,
Ἑστᾶσι γυμναί.
Proſtare conductum inter mulieres, ad locos
Omnibus communes, & præparatas,
Stant nudæ.

Tacit. l. XV. Annal. *contra ſcorta viſebantur, nudis corporibus.* Artemidorus l. II. ἡ δὲ ὅλη γυμνὴ

μνὴ, (ἀφροδίτη) ἑταίραις καὶ μόναις ἀγαθὴ, καὶ ἐργασίας σημαντικὴ: tota vero nuda Venus amicis & ſolis bona, & quæſtus ſignificatrix. Cyprianus c. VI de ſpectac. Per proſtitutarum nuda corpora. Ex junco autem erant zonæ, quo facilius rumperentur; & præcinctione hac artem ſuam profitebantur. Hinc Diana apud Græcos λυσίζωνος dicta fuit; cum enim uterus excreviſſet gravidis puellis, ſic ut conſueta zona amplius cingi non poſſent, eam in templo Dinanæ * ſolemni ritu deponebant, ut Agathias in his refert carminibus:

Τῇ

* De templo hoc Dianæ Epheſinæ vide *Seldenum* ad marmora Oxon. p. 57. 73. 96. *Petrum Fabrum* L. III. Semeſtr. p. 51. *Th. Smithum* in notitia VII. Eccleſiarum Aſiae p. 156. *Andr. Mollerum* ſpecimine rei numar. veter. p. 39. *Petitum* lib. de Amazonibus c. 30. *Spanhemium* de Veſta, & Prytanibus Græcorum T. V. antiq. Rom. p. 698. *Octavium Falconerium* in diſſ. de numo Apameenſium, quos laudat Celeb. *Fabricius* Bibliogr. ant. p. 297. Iis adde Rev. *Deylingium* in Obſ. S. P. III. p. 286. *Jo. Esbergium* Diſſ. de Dianæ Epheſiæ templo Upſal. 1702. 8. *Aug. Esmarchii* Diſquiſitiones IV. Hamburgi editas p. 21.-39. & Rev. *VVolffium* in Cur. Philolog. & Crit. p. 1296. Templi ipſius formam ex veterum monumentis delineat, & in duplici numo exhibet *Claudius Menetrejus* in commentatione de Statua Dianæ Epheſiæ f. 48. ſq. quo labore amplius perfunctus eſt *Jo. Petr. Bellorius* in repetita ejusdem libelli editione Rom. 1688. & in T. IV. Antiq. Græc. Statuam Dianæ Epheſiæ, quam hoc templum complectebatur, apud eundem *Menetrejum* tum in numis, tum in ipſo ſimulacro

Τῇ παφίῃ ϛεφάνυς, τῇ Παλλάδι τὴν πλοκαμίδα

Ἀρτέμιδι ζώνην ἄνθετο Καλλιρόη.

Εὕρετο γὰρ μνηϛῆρα, τὸν ἤθελε, καὶ λάχεν ἥβην

Σώφρονα, καὶ τεκέων ἄρσεν ἔτικτε γένος.

Veneri corollas, Minervæ crines,

Dianæ zonam poſuit Callirhoë.

Invenit enim procum, quem volebat, & accepit inventum

Sapientem, & gravida enixa eſt maſculum.

Hinc zonam ſolvere, * gravidam fieri notat, ut Apollonius l. I. Argon. canit:

Μίτρην πρῶτον ἔλυσα, καὶ ὕϛατον, ἔξοχα γάρ μοι

Εἰλείθυια θεὰ πολεὸς ἐμέγηρε τόκιο.

conſpicias, unde repetiit Rev. *Deylingius* l. c. p. 284. & *Neocorus* in Biblioth. Novor. libr. an. 1699. p. 185. qui & p. 285. aliam repræſentat ex *Leonh. Auguſtino*, & aliis numis p. 287.

* Zonam ſolvere dicebantur virgines, cum nuberent, & viro traderentur, vel cum novæ nuptæ partus ederent. Vide *Joſephum Scaligerum*, *Muretum* & *Robortellum* carminum Catulli interpretes, *Alexandr. Sardum* de moribus ac ritibus gentium l. 7. *Aloyſium Novarinum* L. IV. ſacror elect. c. 9. p. 53. *Briſonium* de ritu nuptiar. p. 25. *Thomaſinum* de Donar. cap. XIV. p. 807. T. XII. *Grævii. Hieron. Magium* Miſcellan. L. I. c. 2. *Anton. Hotomannum* de veteri ritu nuptiarum cap. 16. p. 1123. T. VIII. *Grævii & Deugtaum* Anal. in V. T. appendice ad Apocryph. Iudith. IX, 2. p. 171. ſq.

Cingulum primum ſolvit, & ultimum excellens enim mihi,
Ilithyia Dea civitatis invidit natum.

Expreſſe autem in ſacris literis prohibetur proſtitutio illa, & huc illud Levit. c. XIX. v. 29. reſpicit: אל־תחלל את־בתך להזנותה׃ id eſt, ne profanato filiam tuam proſtituendo eam. D. autem Hieronymus Priapum vertit: Miphlezeth: Aſa Rex Maacham matrem ſuam amovit, ne eſſet princeps in ſacris Priapi, & in luco ejus. Et in c. XV. ſecundi Paralip. libri: ſed & Maacham matrem Aſa Rex ex auguſto depoſuit imperio, eo quod feciſſet in luco ſimulacrum Priapi, quem alias Beelphegor vocat. Sic enim c. XIX. ad Oſeam ſcribit: *Ipſi autem educti de Ægypto fornicati ſunt cum Midianitis, & ingreſſi ſunt ad Beelphegor idolum Moabitarum, quem nos Priapum poſſumus appellare.* Denique interpretatur Beelphegor idolum tentiginis, habens in ore, id eſt in ſummitate pellem, ut turpitudinem membri virilis oſtenderet. Item c. IV. Iſtiusmodi Idololatria erat in Iſraël colentibus maxime fœminis Beelphegor ob obſcæni magnitudinem, unde & Aſa Rex tulit excelſa de populo & hujusmodi ſacerdotes & matrem de auguſto poſuit imperio. Item l. I. contra Iovianum c. XII. Phegor in lingua Ebræa Priapus appellatur. Rufinus l. III. in Hoſeam: Beelfegor figuram Priapi * dixerunt tenere. Iſidorus Origin. l. VIII.

* Priapum cum nudo inguine ex antiquo marmore repræſentat *Anton. du Poïs* dans la diſcurs ſur les medailles & graveurs antiques, item *Boiſſardus* in Antiq. Rom. aliique, quos laudat Cel. *Petr. Zornius* T. I. Opuſc. Sacr. p. 276.

l. VIII. Beelſegor interpretatur *ſimulacrum ignominiæ*. Idolum enim fuit Moab, cognomento Baal, ſuper montem Phegor, quem Latini Priapum vocant, hortorum Deum. Origenes Idolum vocat Turpitudinis Hom. 11. *Beelphegor idoli nomen eſt, quod apud Midianitas præcipue a mulieribus colebatur. In hujus ergo idoli myſteriis conſecratus eſt Iſraël. Interpretationem nominis ipſius cum requireremus attentius inter Hebræa nomina, hoc tantum invenimus ſcriptum, quod Beelphegor ſit ſpecies turpitudinis.* Noluit tamen declarare quæ vel qualis ſpecies, vel cujus eſſet turpitudinis, honeſtati credo conſulens, qui interpretatus eſt, uti ne auditum pollueret audientium. Igitur cum multæ ſint turpitudinum ſpecies, una quædam ex pluribus turpitudinis ſpeciebus Beelphegor appellatur. Hæc ille. Forſitan etiam locus ille Ezech. c. VIII, v. 3. huc pertinet: אשר שם מושב סמל הקנאה המקנה ubi erat ſedes idoli Zelotypiæ, quod provocat ad Zelotypiam. Quid enim magis zelotypiam divinam & iram excitaret, quam ejuſcemodi Idolum Turpitudinis, & Ignominiæ, qua provocaretur Deus ad juſtam vindictam. In ſacris enim hujus idoli denudabant pudenda. Sic enim verba illa interpretor Ezech. cap. XVI. verſ. 25. ותפשקי את־רגליך לכל־עובר: divaricaſti pedes tuos omni viatori. Et c. XXIII. verſ. 18. ותגל תזנותיה ותגל את־ערותה cum itaque retegat ſcortationes ſuas, retegatque nuditatem ſuam. ערוה enim nuditatem ſignificat, & quidem pudendorum, quæ natura tegi voluit. Gen. IX. verſ. 22. ערות אביו: verenda

da patris ſui, & ſexcenti alii loci paſſim in S. Scriptura occurrunt. Hæc autem detectio erga idola facta eſſe intelligitur; quia fœminæ hæc colebant; ob inſignem Aſſyriarum mulierum libidinem. Nec enim ſecundum literam ſcortatio hæc ſumenda eſt: ſed idololatria intelligitur, & ritus divaricatione illa in ſacris notatur. Huc ſpectat Philonis illud in libro περὶ τῶν μετονομαζομένων: οὗτοι τε τελεταῖς ταῖς ἀνιέροις ταῖς Βεελφεγὼρ τελεσθέντες, καὶ τὰ τοῦ σώματος στόματα πάντα εὐρύναντες πρὸς τὴν τῶν ἔξωθεν ἐπεχιομένων ῥευμάτων ὑποδοχήν· ἑρμηνεύεται γὰρ Βεελφεγὼρ ἀνωτέρω στόμα δέρματος. κατέκλυσαν τὸν ἡγεμόνα νοῦν καὶ ἐκπήσαι εἰς βυθὸν ἔσχατον, hoc eſt, illi vero ſacris impiis Beelphegor initiati, atque omnia corporis oſtia, ad recipienda, quæ ab externo infunduntur flumina, dilatantes: (interpretatur enim Beelphegor ſuperius os pellis) mentem gubernatricem diluvio obruerunt, & in imum gurgitem impulerunt. Accuratius hunc modum denudandi tradit R. Salomon Iarchi ad Numer. c. XXV. v. 3. שפוערין לפנון פי השבערת מוציאין רעי: diſtendebant coram illo foramen Podicis, & ſtercus offerebant; & hic erat cultus ejus. Cui aſtipulatur R. Moſes Ben-Maiemon in More Nevochim part. III. c. XLVI. inquiens: Tu vero ſcis quod ſervitium idoli quod vocabatur Pahor in temporibus illis erat, ut diſcooperiret ſe homo verſus eum. Et idcirco præceptum eſt ſacerdotibus, ut facerent braccas, quibus cooperirent operienda in hora ſacrificii: & præterea non aſcendebant per gradus ad altare, ne diſcooperirentur. Arnobius

nobius l. V. ritum hunc tangit: Propudioſa corporum monſtratur obſcænitas, objectanturque partes illæ, quas pudor communis abſcondere, quas naturalis verecundiæ lex jubet: quas inter aures caſtas, ſine venia nefas eſt, ac ſine honoribus appellare præfatis. Mortuo namque Api, ut Diod. Sicul. l. I. & Strab. l. XVII. ſcribunt, apud Aegyptios, ſacerdotes ad id delecti vitulum priori ſimilem quærunt: quo invento, mulieres ſolæ taurum vident: quæ ante faciem ejus aſtantes, veſtibus ſublatis ei abraſum femen oſtentant. De cultu Veneris apud Phœnices Euſebius l. III de Vita Conſtantini hæc refert: *Nemus erat & delubrum* * *extra publicam viam ſpurco Veneris dæmoni in parte verticis montis Libani in fruticeto poſitum. Erat hic malitiæ ſchola omnibus laſcivis. Ubi viri non viri, muliebri morbo dæmonem placabant. Deinde & illegitimi ac furtivi mulierum congreſſus arcanaque & turpia facta ibi exercebantur; nec quiſquam erat magiſtratus ea puniens, eo quod nemo vir honeſtus illic comparere auderet.* Epiphanius de Eleuſiniis ſacris L. III. tom. II. de fide Catholicæ Eccleſiæ, inquit: *In adytis fiunt fœdiſſima, mulierum denudationes, tympana, placenta, rhombus, calathus, lana confecta, & cymbalum, & cyceon potus in phiala præparatus.* Arnobius l. V. de

* De delubris vide *Chabotium* ad *Horat.* p. 560. *Bergierium* des grands chemins de l'Emp. L. 5 C. 8. p. 790. *Saubertum* de Sacrif. p. 324. ſq. *Ouzelium* ad *Minut.* p. 54. ſq. *Schurzfleiſchium* Oper. Hiſt. Polit. p. 758. *Cuperum* ad *Lactant.* de mort. perſec. p. 162. & *Pitiſcum* Lex. Antiq. Rom. T. I. p. 645. b.

de Origine horum Sacrorum hæc ſcribit: *Quodam tempore*, inquiunt, *cum in Sicilia legeret flores virgo Proſerpina, per profundæ altitudinis ſpeluncam Rex proſiliens Manium, raptam ſecum vexit. Ceres faces geminas, flammis comprehenſas Ætnæis, præferens, pergit ire quæſitum filiam: Eleuſinios etiam pervehitur fines, in regione Attica. Pagum illum incolebant terrigenæ Baubo, Triptolemus, capellarum Dyſaules cuſtos, Eubuleus porcorum, gregis lanicii Eumolpus, a quo gens fuit Eumolpidarum, & ducitur clarum illud apud Cecropios nomen: & qui poſtea floruerunt caduceatores, hierophantæ atque præcones. Baubo accipit hoſpitio Cererem, ſitienti offert potionem cymum, cyceonem quam nuncupat Græcia. Averſatur & reſpuit mærens Dea: cumque nullis quiret obſequiis flecti, vertit Baubo artes, & quam ſerio non quibat allicere, ludibriorum ſtatuit exhilarare miraculis. Partem illam corporis, per quam ſexus fœmineus & ſobolem prodere, & nomen ſolet acquirere generi, eam longiore ab incuria liberat, facit ſumere habitum puriorem, & in ſpecie lævigari nondum duri atque ſtriculi puſionis. Redit ad Deam triſtem, & inter illa communia, quibus moris eſt frangere ac temperare mærores, retegit ſeipſam, atque omnia illa pudoris loca revelata monſtrat. Inguinibus atque pubi affigit oculos diva, & inauditi ſpecie ſolaminis paſcitur. Tum diffuſior facta per riſum, aſpernatam ſumit atque ebibit potionem: & quod diu nequivit verecundia Baubonis exprimere, præpudioſi facinoris extorſit obſcœnitas. Symbola quæ rogati in ſacrorum exceptionibus reſpondebant, erant:* Iejunavi,

atque

atque ebibi cyceonem: extra ſumſi, & in calathum miſi: accepi rurſus atque in ciſtulam tranſtuli. Clemens Alex. in Protrept. Baubo cum Cererem hoſpitio excepiſſet, ei confeſtim potum porrigit. Cum ea autem recuſaret accipere, & non vellet bibere, ut quæ lugeret, ægre faciens Baubo, ut quæ fuiſſet deſpecta, pudenda aperit & ea Deæ oſtendit. Ceres autem delectatur viſione, & vix tandem potum accipit, exhilarata ſpectaculo. Cæterum in ſacris Cypriæ Veneris Phallus adhibebatur. Rationem tradit Clemens Alex. in Protrept. *Quæ ergo ex ſpuma & in Cypro eſt genita Cinyræ amica, Venerem dico, quæ* φιλομήδης *dicitur, quæ exorta ſit* ἐξ μηδέων, hoc eſt, ex genitalibus: ex ſalacibus, inquam, illis genitalibus, quæ cælo abſciſſa ſunt, quæ poſt abſciſſionem fluctui vim attulerunt, tanquam libidinoſis veſtris partibus dignus fructus ſit Venus in ſacris myſticis. Marinæ hujus voluptatis generationis indicium, ſalis pugillus, & Phallus traditur iis, qui in hac mechandi arte ſunt initiati. Idem: annon Veneri quidem περιβάσῃ Argivi: ἑταίρᾳ autem, id eſt, amicæ ſeu meretrici Athenienſes, καλλιγύγῳ autem, id eſt, pulcros clunes habenti ſacrificant Syracuſani, quam Nicander Poëta alicubi vocavit καλλίγλουτον, id eſt, pulcris natibus? Dionyſum autem jam taceo χοιροψάλην, id eſt, cunni contrectatorem. Eum adorant Sicyonii Dionyſum præficientes membris muliebribus, ut curam gerat turpitudinis, colentes eum, qui eſt author & princeps probri ac petulantiæ. Idem: quin etiam Themidis arcana ſymbola, origanum, lucerna, enſis, pecten muliebris, quem honeſte

neſte & myſtice licet dicere, pudendum muliebre. Conveniebat itaque, ut tam deformis & impudicus Deus, impudicis etiam ceremoniis coleretur; quod de ipſo apud Tibullum carmen loquitur:

- - qui ſub arboris coma
Sacrum ſoles revinƈte pampino caput
Ruber ſedere cum rubente faſcino.

Et ipſe in Catalectis de ſe loquitur:

Nec mihi ſit crimen, quod mentula ſemper aperta eſt.

Novimus ſane, quæ T. Livius l. XXXIX. de Bacchi ſacris ſcribit: *Cum vinum animos & nox, & miſti fœminis mares, ætatis teneræ majoribus, diſcrimen omne pudoris extinxiſſet, corruptelæ primum omnis generis fieri cœptæ, cum ad id quisque quo natura pronioris libidinis eſſet, paratam voluptatem haberet. Nec unum genus noxæ: ſtupra promiſcua ingenuorum fœminarumque erant: ſed falſi teſtes, falſa ſigna; teſtimoniaque & indicia ex eadem officina exibant; venena indidem inteſtinæque cædes, ita ut nec corpora quidem interdum ad ſepulturam extarent. Multa dolo, pleraque per vim audebantur. Occulebat vim, quod præ ululatibus tympanorumque & cymbalorum ſtrepitu nulla vox quiritantium inter ſtupra & cædes exaudiri poterat.* Laſcivorum habitum Arnobius l. II. contra Gentes graviter reprehendit; qui laſcivis carminibus impudico corporis motu in ſympoſiis Venerem excitarent; & Pſaltriarum deliramenta, quæ numeris obſcænis motibus reſpondebant: ut Symphonicas agerent, & fiſtulatorias artes, cantionibus ut præirent obſcænis numeroſiter,

roſiter; & ſcabellorum concrepationibus ſonoris quibus animarum alia laſciviens multitudo incompoſitos corporum diſſolverentur in motus, & ad ultimum clunibus, & coxendicibus ſublevatis lumborum criſpitudine fluctuaret. Iuvenalis Satyr. 11.

- - Vt Gaditana canoro
Incipiant prurire choro, plauſuque probatæ
Ad terram tremulo deſcendant clune puellæ.
Irritamentum Veneris languentis.

Spurcitiem Tiberii Suetonius in ſcriptis ſuis retulit: Luxuriam ſane ejus ſeculi eo proceſſiſſe teſtantur ſcripta, ut mulieres tenuiſſimis velatæ linteis, * velanda per nebulam quaſi opacam aſpicientibus oſtenderent; quo ad libidinem illos incenderent. Horatius libri primi Satyra 11.

Altera nil obſtat; Cois tibi pene videre eſt
Vt nudum, ne crure malo, ne ſit pede turpi,
Metiri poſſis oculo latus.

Plinius l. XI c. XXII. Prima eas redordiri, rurſumque texere invenit in Ceo mulier Pamphila Latoi filia, non fraudanda gloria, excogitatæ rationis, ut denudet fœminas veſtis. Dio: γυμνός τε ἀεὶ ἐπὶ τῆς θύρας

* De hoc veſtium genere conſule *Brouckhuſium* ad *Propert.* libr. II. El. I. v. 5. *Bayſium* de Re Veſt. Cap. VI. *Bos* in Animad. ad Script. Græc. cap. XIX. p. 80. ſq. *Petr. Fabrum* L. I. Semeſtr. p. 76. *Meurſium* de Luxu Romanor. cap. 9. *Harduinum* ad *Plin.* T. I. p. 680. & T. II. p. 515. *Saldenum* L. I. Otior. ex. 6. p. 86. *Jo. a VVowera* in animadv. ad *Petron.* p. 424. *Turnebum* Adverſ. I. 15. *Braunium* L. I. de veſtitu ſacerd. Hebr. c. 8. §. 121. p. 134. & lib. II. §. 697. p. 659. & *Olearium* ad *Philoſtratum* p. 8.

θύρας αὐτοῦ ἑστὼς, ὥσπερ αἱ πόρναι, καὶ τὸ σινδόνιον χρυσοῖς κρίκοις ἐξηρτημένον διασείων, *nudusque ſemper præ foribus ipſius adſtans, quemadmodum meretrices, & telam aureis circulis intertextam dijiciens.* Tertullianus l. de Pallio: *texta pellucida nudavit pudenda.* Fulgent. Mythol. l. I. *Aſtiterant itaque ſyrmata nebuloſo lucida ternæ virgines.* Hieronym. ad Helvid. *Ingrediuntur expolitæ libidinum victimæ, & tenuitate veſtium nudæ oculis ingeruntur.* Item ad Lætam: *Veſtimenta paret, quibus pellatur frigus, non quibus veſtita corpora nudentur.* Propert. l. IV. Eleg. II.

Indue me Cois, fiam non dura puella.

Petronius Arbiter in Sat.

Æquum eſt induere nuptam ventum textilem,
Palam proſtare nudam nebula lintea.

Lucret. l. IV. de Nat. Rer.

Interdum in pallam Melitenſia, Ceaque vertunt.

Cæterum huc reſpiciunt verba D. Pauli in epiſtol. ad Rom. cap. I. v. 27. tam nefandos ſacrorum ritus, quam perditos ſeculi ſui mores vere taxantia: αἵ τε γὰρ θήλειαι αὐτῶν μετήλλαξαν τὴν φυσικὴν χρῆσιν εἰς τὴν παρὰ φύσιν· ὁμοίως τε καὶ οἱ ἄρσενες, ἀφέντες τὴν φυσικὴν χρῆσιν τῆς θηλείας, ἐξεκαύθησαν ἐν τῇ ὀρέξει αὐτῶν εἰς ἀλλήλους, ἄρσενες ἐν ἄρσεσι τὴν ἀσχημοσύνην κατεργαζόμενοι, καὶ τὴν ἀντιμισθίαν, ἣν ἔδει, τῆς πλάνης αὐτῶν, ἐν ἑαυτοῖς ἀπολαμβάνοντες, id eſt, *nam & fœminæ illorum mutaverunt naturalem uſum in eum, qui eſt præter naturam. Similiterque & maſculi relicto naturali uſu fœminæ, exarſerunt per appetentiam ſui, alius in alium, maſculi in maſculos, fœditatem perpetran-*

petrantes, & præmium quod oportuit erroris ſui in ſe recipientes. Horum verborum Scholiaſtem ſi vis habere, conſule Petronii Satyricon, qui copioſiſſime nec fucate luxuriam ſui temporis luci exponit. Vide & Apulej. Metamorph. de ſacerdotum Deæ Syriæ nefando ſtupro. Miphlezeth autem Priapus eſt; τὸ מפלצת enim abjectis prima & ultima literis tranſit in Græcorum Phallum. Phallus autem & Ithyphallus dicitur Priapus. Hinc genus carminis, quod *Ithypallicum* * dicitur, in hujus ſacris canebatur: quod ob brevitatem, ſingularem luxuriam præ ſe ferebat. Phallica autem in Dionyſi honorem *inſtituta*, verba ſunt Natalis Comitis l. V. Mytholog. quæ apud Athenienſes agebantur, apud quos primus Pegaſus ille Eleutherienſis Bacchi cultum inſtituit: in quibus cantabant quemadmodum Deus hic morbo Athenienſes liberavit, & quemadmodum multorum bonorum author mortalibus exiſtit. Fama eſt enim quod Pegaſo imagines Dionyſi ex Eleutheris civitate Bœotiæ in Atticam regionem portante Athenienſes Deum neglexerunt, neque ut mos erat, cum pompa acceperunt: quare Deus indignatus pudenda hominum morbo infeſtavit, qui erat illis graviſſimus: tunc eis ab oraculo, quo pacto liberari poſſent, petentibus, reſponſum datum eſt, ſolum eſſe remedium

I malo-

* Cum hæc carmina canerentur, φάλλος penis erectus perticæ geſtabatur impoſitus. Vide *Sponium* in Miſcellan. p. 26. *VVowerium* in notis ad *Julium Firmicum Maternum*, p. 428. edit. *Gronovii*, *Petrum Caſtellanum* in Εὐρτολογίῳ, *Voſſium* inſtitut. Poët. III. 17. & *Montacutium* Orig. Eccleſ. T. I. p. 65.

malorum omnium, ſi cum honore & pompa Deum recepiſſent: quod factum fuit. Ex ea re tum privatim, tum publice lignea virilia thyrſis alligantes per eam ſolennitatem geſtabant: fuit enim Phallus vocatum membrum virile. Sed Clemens Alex. in Protrept aliam Phalli originem adducit, ſic ſcribens: *Sed quæ ſunt quidem in Sagra myſteria, & quæ in Alimunte Atticæ circumſcripta ſnt Athenis, mundi autem ſunt probrum & dedecus: & certamina & Phalli Dionyſo conſecrati, qui vitam male occuparunt. Dionyſus enim cum cuperet deſcendere ad inferos viam ignorabat. Pollicetur autem ſe ei eſſe dicturum quidam Proſymnus nomine, ſed non ſine mercede. Merces autem non pulcra, ſed pulcra Dionyſo. Erat autem venerea gratia merces, quam poſtulabatur Dionyſus. A Deo autem volente hoc poſtulatum eſt, idque ei daturum pollicetur, ſi redierit, jurejurando promiſſo confirmato. Cum viam didiciſſet, abiit, rurſus rediit, non offendit Proſymnum: erat enim mortuus. Amatori juſta faciens Dionyſus, proficiſcitur ad monumentum, & muliebria patiendi vehementi tenetur deſiderio. Cum ergo ficus ramum, ut contigit, truſiſſet, inſtar virilis membri eum efformat, & ei inſidet ramo faciens promiſſum mortuo. Myſticum hujus, quod accidit, monimentum per urbes Phalli excitantur Dionyſo. Niſi enim pompam facerent Dionyſo, & canticum canerent, pudendis, inquit Heraclitus, fierent impudentiſſimi. Hæc ſacra Corybantes Italiæ tradiderunt, ut idem refert: Cabeiros autem appellantes Corybantes mortem quoque Cabiricam annunciant. Hi enim duo fratricidæ, cum ciſtam*

ſuſtu-

ſuſtuliſſent, in qua repoſitum erat pudendum Dionyſi. eam vexerunt in Hetruriam, egregiarum mercium mercatores, & ibi habitarunt, cum eſſent exſules, venerabilem pietatis doctrinam, pudenda, & ciſtam colendam commendantes Hetruſcis.

In S. etiam Codice Philiſtæi afflicti graviſſimo morbo ſecretis corporum partibus, morbi ſui ideam conſecrarunt, Deo offerentes cum arca, ut 1 Sam. cap. VI. v. 4. ſcriptum occurrit. Gentes enim potiſſimum Diis ſuis offerebant imaginem morbi ſui, ut etiam Athenienſes Phallum, quo facilius liberarentur. Textus autem in Hebraica veritate ſic ſonat: ויאמרו מספר סרני פלשתים חמשה עפלי זהב חמשה עכברי זהב כי־מגפת אחת לכלם ולסרניכם: id eſt, dixerunt numero Satraparum Philiſtæorum, quinque hemorrhoides aureæ, & quinque mures aurei, quia plaga eadem omnibus vobis, & Satrapis veſtris. עפלם enim obſcæna vox eſt, & cognomen inferiorum partium corporis כנוי לתחתניות quæ ſic obſcænæ Hebræis ab elevatis clunibus appellantur. Maſorethæ autem pro ea ſubſtituerunt aliam pronunciatu honeſtiorem, nempe טחרים, quæ proprie morbum ani denotat, ut R. David Kimchi in l. Radicum ſcribit. Eſt autem טחרים morbus graviſſimus, ut R. Levi annotat, in quo egreditur ſanguis multus, maxime vero quando extraordinarie a Deo immiſſus eſt. De muribus ſatis conſtat, quod ab ipſis etiam læſi fuerint; unde & id genus animalis Deo tanquam hoſtia piacularis datum. Plutarchus in Symp. IV. c. V. & in comment. περὶ φθόνου καὶ μίσους refert, hanc beſtiolam Ma-

gis, & Deo etiam ipſi ante alias inviſam eſſe. Mures cur ſacris abigantur, vide rationem Iamblichi Syri apud Photium in Myriobiblo, Cod. XCIV. qui etiam myſteria *ἀπὸ τῶν μυῶν* derivari contendit. Ad Eſaiæ c. LXV. v. 4. vide R. Moyſ. Ben-Maiem. Perplex. III. c. XXX. Quemadmodum enim apud Europæos inter luſtra porcus adhibebatur, ſic apud Orientales porca & mus. * Sed Dionyſus nos revocat. Itaque in orbitam redimus. Hic autem ſanioribus Sol fuit creditus. Maro l. 1. Georg.

- - vos ô clariſſima mundi
Sidera, labentem cœlo quæ ducitis annum,
Liber & alma Ceres. - -

Eumolpus in Bacchicis carminibus:

Ἀστροφαῆ Διόνυσον ἐν ἀκτίνεσσι πυρωπόν,
Illuſtrem Dionyſum inter radios igneum.

Orpheus in hymnis:

Πρῶτος δ' ἐς φάος ἦλθε, Διόνυσος δ' ἐπεκλήθη,
Οὕνεκα δινεῖται κατ' ἀπείρονα μακρὸν ὄλυμπον.
Primus vero in lucem venit, Dionyſus vero dicitur
Quia volvitur circa magnum longum cœlum.

Clarius tamen ſubnectit, dum Solem eundem Dionyſum eſſe ſcribit:

Ἥλιος, ὃν Διόνυσον ἐπήκλησιν καλέουσι.
Sol quem Dionyſum cognomine vocant.

Auſonius in Epigram. XXIX. varia cognomina Bacchi tradit:

Ogygia

* Vide *Seldenum* de Diis Syris Synt. I. cap. 6. p. 180. *Spencerum* de Legib. Hebr. L. I. cap. 5. *Lomeierum* de Luſtrat. Vet. cap. 23. p. 291. & *Saubertum* de ſacrif. c. 23. p. 590.

Ogygia me Bacchum vocat,
Oſirin Ægyptus putat,
Myſtæ Phanacen nominant,
Dionyſum Indi exiſtimant,
Romana ſacra Liberum,
Arabica gens Adoneum,
Lucaniacus Pantheum.

Diodorus autem Siculus l. 1. Bibl. ſcribit, vetuſtiſſimos in Aegypto mortales mundum ſupra ſe contemplatos & non ſine ſtupore demiratos univerſi naturam, duos eſſe Deos exiſtimaſſe, æternos & primos, Solem quippe & Lunam, quorum iſtum Oſirin vocant, hanc Iſin, ab etymo quodam appellarint. Nam ſi interpreteris Oſirin, * multioculum eſſe: & merito, cum radios ubique intendat, univerſam terram & mare, quaſi multis oculis colluſtret: cum quo etiam Poëtæ conſonat verſus:

Ἠέλιος θ' ὃς πάντ' ἐφορᾷς καὶ πάντ' ἐπακούεις.
Sol, qui cuncta vides, & omnia audis.

Hinc Oſirin Aegyptii, ut Solem eſſe aſſerant, quoties Hieroglyphicis ſuis literis exprimere volunt, inſculpunt ſceptrum, inque eo ſpeciem oculi exprimunt,

* De Oſiride confer *Th. Hyde* in notis ad *Periſolt* Itinerarium mundi p. 46. *Voſſium* de Idolol. L. I. c. 27. *Huetium* Demonſtrat. Evang. Cap. 8. *Salmaſium* de annis Climacter. p. 566. *Braunium*, Sel. Sacr. L IV. Cap. III. p. 383. ſqq. *Clericum* T. VII. Bibl. Sel. p. 131. *Petr. Zornium* Opuſc. T. I. p. 385. ſq. & in Biblioth. Antiq. Exeget. T. I. p. 26. 473. 612. 648. 664. & 1125. & *Jo. Chriſtoph Jehringium* in Obſerv. de Etymo Oſiridis inſert. Bibl. Brem. Claſſ. V. Faſc. II. p. 387. ſqq.

& hoc ſigno Oſirin monſtrant: ſignificantes hunc Deum Solem eſſe, regalique poteſtate ſublimem cuncta deſpicere; quia Solem Iovis oculum appellat antiquitas: hæc Macrob. l. 1. Saturn. c. XXI. Oſirin autem ſunt qui & Sirium denominatione quadam vocant, Diod. Sic. l. 1. Biblioth. Suidas Σείρ. Σειρὸς ὁ Ἥλιος καὶ Σείριος. Heſychius: Σείριος ὁ Ἥλιος, καὶ ὁ τοῦ κυνὸς ἀστήρ. Et Nilus Aegyptiis Siris dictus eſt, cumque Oſiride idem numen eſt, ut Seldenus oſtendit. Dionyſius Afer de Nilo:

Σῖρις ὑπ' Αἰθιόπων κικλήσκεται. οἱ δὲ Συήνης
Ἐνναέται στρεφθέντι μετ' οὔνομα Νεῖλον ἔθεντο.
Siris ab Æthiopibus vocatur. At Syenes
Indigenæ mutarunt verſum nomina Nilum.

Plin. l. V. c. IX. *Nec ante Nilus, quam ſe totum aquis concordibus rurſus junxerit, ſic quoque etiamnum Siris, ut ante nominatus per aliquot millia.* Et Nilus lingua ſacra vocatur שחר Eſaiæ cap. XXIII. verſ. 3. ובמים רבים זרע שחור קציר יאור. Cujus proventus aquis multis ſemen Schichoris, meſſis rivi. Ieremiæ cap. 11. verſ. 18. ועתה מה־לך לדרך מצרים לשתות מי שחור, Nunc enim quid tibi in via Aegypti bibendo aquas Schichoris. τὸ שחר autem nigreſcere, nigrum eſſe ſignificat, unde שחור, qui Nilus eſt. Quis enim aliorum fluminum, præter quam Nilus niger optimo jure vocari potuit, qui nigras aquas vehit. Maro l. IV. Georg.

Et viridem Ægyptum nigra fœcundat arena.

Nilus autem ipſe etiam Aegyptus dicitur Homer. Odyſſ. δ.

Πρὶν

Πρὶν γ' ἄτ' ἂν Αἰγύπτοιο διιπετέος ποταμοῖο.
Quam Ægypti a Iove fluentis fluvii.

Plinius l. V. c. IX Nat Hiſt. *Nilus in totum Homero Ægyptus vocatur*, Diodor. Sicul. l. I. Bibl *Nilius Rex fluvium, Ægyptum prius vocatum, Nilum de ſe nominavit.* Vide Euſtath. & Didymum ad Hom. Odyſſ. IV. Oppianum in Cyneget. Heſych. Iohan. Stobæum ſerm. πη. Ægyptus autem pro nigro accipitur, & Αἰγυπτιάζειν pro adurere ſumitur, ut hoc carmen teſtatur:

> Χώραν τε τὴν σὴν ἥλιος λάμπων φλογὶ
> Αἰγυπτιώσει.
> *Regionem vero ſuam Sol ſplendens flamma*
> *Perurit.*

Et αἰγυπτιῶσαι atrare & denigrare μελᾶναι interpretantur: Vide Euſtathium Odyſſ. δ. & Heſychium in αἰγυπτιῶσαι. Iſychius ad Levit. l. III. & VI. *Ægyptus*, ait, *contenebratio interpretatur*. Et ob tenebras etiam priſcis Aëria dicta eſt; Euſtath. in Dionyſi περιήγησιν· ἐκλήθη δέ ποτε κατὰ τὴν ἱστορίαν, ἡ τοιαύτη χώρα καὶ Ἀερία καὶ Ποταμία, καὶ Αἰθιοπία, διὰ τοὺς ἐκεῖ Αἰθίοπας, περὶ ὧν πολλοὶ τῶν παλαιῶν ἱστοροῦσι, *vocatur vero ſecundum hiſtoriam regio illa & Aëria, & Potamia, & Æthiopia, propter Æthiopes illic viventes; de quibus multi veterum inquirunt.* Apollonius Rhodius Argonaut. α.

> -- Ἠερίη, πολυλήιος αἶα Πελασγῶν.
> --*Aëria, fertilis terra Pelasgorum.*

 Scho-

Scholiaſtes ait Theſſaliam ita dictam *παρὰ τὸ μέλαιναν εἶναι τὴν γῆν. οὕτω γὰρ καὶ τὴν Αἴγυπτον Ἡρίαν φασὶν*, eo quod nigra tellus fuerit. Et ſic Ægyptum Aëriam vocant. Item Euſeb. in Chron Ῥαμεσσῆς ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ ὁ Αἴγυπτος καλούμενος ἐβασίλευσεν Αἰγύπτου ἔτη ξη. Μετωνόμασεν τὴν χώραν Αἴγυπτον τῷ ἰδίῳ ὀνόματι ἥτις πρότερον Μεστραία, παρ' Ἕλλησι δὲ Ἀερία, ἐλέγετο, *Rameſſes frater Armais, Ægyptus dictus, regnum obtinuit in Ægypto annos LXVIII, Regionem a ſuo nomine Ægyptum, quæ primis Meſtrea, Græcis vero Aëria nuncupata eſt, denominavit.* Et hæc ſententia adeo certa, ut etiam Nilus Melo* dictus ſit, παρὰ τὸ μέλας, id eſt, niger. Sextus Pompejus Feſtus: *Melo alio nomine Nilus vocatur.* Servius l. 4. Georg. *Nam antea Nilus Latine Melo dicebatur.* Aen. I. *Atlas Græcum eſt nomen, ſicut & Nilus. Nam Ennius dicit Nilum Melonem vocari, Atlantem vero Telamonem.* l. IV. Aen. *Latine Atlas Telamon dicitur, ſicut Nilus Melo.* Symmachus l. I. Epiſt. XIV. *Hunc tu mihi improviſa clarorum verſuum dignitate Ægyptio Melone majorem, frigidiorem Scythico Tanai, clarioremque hoc noſtro populari Tiberi reddidiſti.* Vbi tamen, neſcio, cujus imperiti & audaculi correctoris dementia, in Symmachi epiſtolis, Auſonio ſubnexis, nuperque in minori forma cum Auſonio excuſis pro Melone Nilus

* Vide *Steph. Le Moyne* Epiſt. ad Illuſtrem Virum *Gisb. Cuperum*, de Melanophoris p. 261. & *Gilberti Gaulmini* notas ad vitam Moſis p. 247.

lus ſubſtituitur; cum tamen Melonem vetuſtisſimi Codices, & optimi Authores defendant. Nilus autem hic ab Aegyptiis Deus ** fuit habitus. Αἰγύπτιε ζεῦ Νεῖλε, ait Parmeno Byzantinus apud Athen: Dipnoſoph. v. Lucanus in Pharſ.

Terra ſuis contenta bonis, non indiga mercis;
Aut Iovis, in ſolo tanta eſt fiducia Nilo.

Tibullus:

Te propter nullos tellus tua poſtulat imbres,
Arida nec pluvio ſupplicat herba Iovi.

Hinc ſtatua erecta, tanquam Divo, quæ Romæ in Vaticano viſitur. Hæc ab imo pede usque ad verticem habet ſedecim luſitantes puſiones todidem cubitorum excreſcentis Nili indices. De incrementis Nili hæc Leo Africanus ſcribit: *Hæc incrementa Nihil hiſce temporibus a delectis pueris denunciantur civibus Cayri, & id obſervatum eſt, ubi attingit cubitos quindecim altitudinis abundantem annum denotare. Si infra ſubſiſtat & duodecimum*

** Teſtis eſt nummus rariſſimus apud *Anſelm. Bandurium* Numiſm. Imperat T. II. p. 425. Inquo Nilus conſpicitur dextra arundinnem tenens, ſiniſtra Cornucopiæ urnæ innixus, um verbis. DEO SANCTO NILO. Alius itidem numınus apud *Triſtanum* in Hiſt. Imperat. ex nummis illuſtrata T. I. p. 307. Altera parte Titum Veſpaſianum Laurea cinctum, altera Nilum exhibet ſub forma Jovis corona radiata ornati, cum nomine ΝΕΙΛΟΣ.

cubitum ſuperet, mediocrem futuri anni proventum. Infra duodecimum cubitum annonæ caritatem portendere. Quod ſi excedat ulnas XV. & XVIII. attingat Nili incrementum, magnam ſequi calamitatem. Id pueri delecti denunciant Cayri, & ſimul divinum numen ante oculos ut habeant, monent; Incrementa enim Nili exceſſiſſe oras putei. Hac voce populus perculſus, quo avertat iram divinam, ſupplicationes inſtituit, & in pauperes plurima erogat. Diebus XL. creſcit Nilus & totidem decreſcit. Incipit autem incrementum circa XV. diem Iulii: ubi intra ſuas ripas ſe recepit tranſactis VIII. diebus, dies feſtos celebrant. Cæterum de Nilo & hujus incrementis conſule Strabon. l. XIII. Geogr. Plin. l. V. c. IX. Heliod. Aeth l. X. Euſtath. ad Dionyſii περιήγησιν, Stephan. Byzantin. & Heſych. aliosque. Nili autem nomen continet numerum anni, CCCLXV. totidem ſcilicet, quot ſunt in anno dies. N. L. E. V. I. X. Λ. XX. O LXX. Σ. CC. Menus fluvius Germaniæ noſtræ, totidem etiam numeros continet. M. XL. E. V. N. L. O. LXX. Σ. CC. Nilus itaque myſtica Aegyptiorum doctrina Oſiris iſt, qui etiam Sol. Huic tauri ſacri, tum qui Apis, * tum qui Mnevis vocatur. Vt pro Diis colantur, apud univerſos promiscue Aegyptios ſancitum eſt. Hoc enim animantium ge-

* De Apide conſule Clariſſ. *Montfauconium* in Biblioth. Coisliniana p. 194. ſq. *Jac. Ouzelium* ad *Minut.* p. 262. ſqq. Illuſtr. *Spanhemium* Diſſ. VII. de Præſt. & Uſu Numiſm. p. 655. & Cl. *Petr. Zornium* in Biblioth. Antiq. & Exeget. T. I. p. 660. ſqq.

genus maxime omnium frumenti inventoribus ad ſementem faciendum & utilitates agriculturæ omnibus æque communes operam accommodarat, Diod. Sic. l. I. Bibl. Strabo l. XVII. Supra quam eſt regio Heliopolitana, ubi Solis civitas eſt in aggere ingeniti poſita, quæ Solis templum habet, & Mnevim bovem, qui in ſepto quodam nutritur, & ab Heliopolitanis pro Deo habetur; quemadmodum & Apis Memphitis. Lucan. l. VIII. Pharſ.

-- Illo cultore Deorum
Luſtra ſuæ Phœbes non unus vixerat Apis.

Ad hujus Idoli imaginem Iſraëlitæ in deſerto ſibi fecerunt vitulum, * & adorarunt Exod. XXXII. D. Hieronymus ad c. IV. Hoſeæ: *Videntur idcirco mihi populus Iſraël in ſolitudine feciſſe ſibi Vituli caput quod colerent, & Ieroboam filius Nebat Vitulos aureos fabricavit, ut quod in Ægypto didicerant* Ἄπιν καὶ Μνεῦιν, *qui ſub figura Boum coluntur, eſſe Deos, hoc in ſua ſuperſtitione ſervarent.* Lactant. de Vera Sap. c. X. *in Luxuriam prolapſi ad profanos Ægyptiorum ritus animos tranſtulerunt. Cum enim Moyſes dux eorum aſcendiſſet*

* Hanc ſententiam tuentur *Philo* L. III. de vita Moſis p. 677. 823. *Kircherus* Oedip. Aegypt. T. I. p. 291. *Grotius* ad Matth. V. 45. *Spencerus* de Leg. Hebr. L. I. cap. I. ſect. I. p. 3. *Bochartus* Hieroz. P. I. L. II. col. 346. *Jo. Conr. Dietericus* in antiq. Bibl. V. T. p. 199. *Herm. VVitſius* Aegyptiac. L. II. cap. II. p. 62. ſq. fruſtra obluctante *Jo. Henr. Heideggero* in diſſert. de Vitulo Aaronis, quæ eſt VIII. Tom. III. Diſſ. Sel.

diſſet in montem, atque ibidem XL. dies moraretur, aureum caput bovis, quem vocant Apin, quod eis ſigno præcederet, figurarunt. Vid D. Ambroſ. l. 1. de Pœnitent. c. VI. Item in Epiſt. ad Roman. Tertullian l. 1. adverſus Iudæos. Rufinum ad Amoſ. l. 1. Optatum Milevitanum l. III. Aegyptii autem animalia hæc inſtar Deorum colebant. Hinc Gen. c. XLIII. v. 32 dicitur: כי־לא יוכלו המצרים לאכל את־העברים לחם כי־תועבה הוא למצרים: non enim poterant Aegyptii ſumere cum Hebræis cibum, quia abominationi, id eſt, in Aegypto. Subdit Onkelos: *eo quod pecus, quod Ægyptii colunt, Ebræi comedunt.* Vti & R. Salomon Iarchi: *quia pecora his Dii erant.* Abſtinuerunt enim ab illis animalibus, quod & Herodot. in Euterpe, Artemidor. Oneirocritiκῶν l. I. c. IX. Porphyrius περὶ ἀποχῆς l. IV. ubi plenius percurrit, Lucian. περὶ ἀστρολογίας ubi cultum animalium e cælis ducit ad Aegyptios. Ambroſ. epiſtol. IV. libr. 1. At Aegyptii Nilum ſuum, ut Diod. Sic. l. 1. ſcribit; pro Oceano cenſent; ad quem etiam Dii ſint orti. Hinc fingitur Nilus Memphim Regis Ogdoi filiam compreſſiſſe ſub imagine tauri, uti Nic. Perottus ad Martial. teſtatur. Ideo haud dubie in rei memoriam taurus Nilo, tanquam Oſiridi ſeu Soli dicatus. Tauriformes autem dicuntur fluvii, quia cum impetu irrumpentes tauris ſimilem edunt mugitum: vel ut Hellanicus ſenſit, quia terram ſulcare tanquam boves apparent: vel, ut aliis placuit, quia circa ripas fluminum tauri

mu-

mugire ob uberiora paſcua audiantur. Hæc Nat. Comes l. VII. Mythol. ſcribit. Cæterum de Apide vide Herodot. in Euterpe, Pompon. Melam l. I. c. IX. Strabon. l. XVII. Geogr. Plin. l. VIII. c. XLVI. Nat. Hiſt. Solinum c. XXXV. Spartianum in Adriano, Macrob. l. I. c. XXI. Saturn. Marcellin. in Iuliano, Lucian. in l. περὶ θυσίων, Suidam, alios. Sin vero pleniorem cognitionem de aureo vitulo a Iudæis in deſerto culto, an aliquid cum Apide commune habuerit, acquirere vis, evolve c. IV. Syntagm. 1 de aureo Vitulo, CL. I. Seldeni de DIIS Syris. Oſirin autem Scriptores etiam Sarapin * dicunt. Diod. Sic. l. I. Bibioth. ſcribit: *Oſirin modo* Sarapin, modo *Dionyſium dicunt; qui ſeipſum in Oraculo Solem dixit.* Interrogatus enim a Nicocreonte Cypriorum Rege, quis Deorum haberetur, his verſiculis reſpondit:

Εἰμὶ θεὸς, τοῖος δὲ μαθεῖν, οἷον κ' ἀγὼ εἴπω
Οὐράνιος κόσμος κεφαλὴ, ὁ ἀστὴρ καὶ θάλασσα,
Γαῖα δέ μοι πόδες εἰσὶ, τὰ δ' οὔατ' ἐν αἰθέρι κεῖται.
Ὄμμά τε τηλαυγὲς, λαμπρὸν φάος ἠελίοιο.
Sum Deus, talis vero exiſto, qualem me dico,
Cæ-

* De Serapidis cultu conſule Ampliſſ. *Gisb. Cuperum* in Harpocrate p. 82. 105. 139. ſqq. *Ouzelium* ad *Minut.* p. 253. Cel. *Fabricium* Cod. Pſeudepigr. V. T. Tom I. p. 760 *Braunium* in Sel. Sacr. L. IV. c. IV. p. 393. ſq. *Phil. a Turre* in Monum. Vet. Antii, p. 178. & Cl. *Petr. Zornium* in Biblioth. Antiq. & Exeget. T. I. p. 63. 115. 217. 446. 666. & 705 ſq.

Cæleſtis mundus caput eſt, ſydus vero mare,
Terra vero mihi pedes eſt, aures vero in cœlo ſunt.
Oculus vero cuncta videns, fulgidum lumen Solis.

Macrob. l. I. Saturn. c. XX. Porro Oſiris etiam Omphis dicitur, quem Hermæus apud Plutarchum εὐεργέτην interpretatur. Sol etiam Aſſyriis אדר dicitur. *Deo enim* (verba ſunt Macrobii l. I. Saturn. c. XXIII.) *quem ſummum, maximum venerantur, Adad nomen dederunt. Ejus nominis interpretatio ſignificat unus.* In quo tamen locus librariorum incuria depravatus eſt. אחד enim unus eſt, uti & Chaldæis Syrisque חד. Ideo Soli optume hoc nomen tribuitur; unus enim, eſt & fulgentiſſimus Planetarum. Haud dubie etiam locus ille Eſaiæ c. LXVI. v. 17. de Achad * accipiendus erit: המתקדשים והמטהרים אל־הגנות אחר אחד בתוך: *ſacrificantes & luſtrantes ſe in hortis poſt Vnum in medio.* Nec enim hic Maſorethis ſtandum, qui אחת unam legant. Et id Ioſephus Scaliger teſtatur: *Senſus*, ait, *ille eſt apertiſſimus: februationes & luſtrationes Deo illi ſive idolo fieri, quem Deum ipſi vocarent Ahad, id eſt, Vnum, idque in medio hortorum, qui illi idolo dicati, in opiſthomo templi: ſubintelligendum enim templum, pone emplum Addad. Nam præpoſitio* אחר *qua utitur Propheta, eſt localis, ut etiam ſic accipitur ab omnibus Judæis, & Ionathan vertit* בתר ὄπισθε. *Vel ſim-*

* De idolo Achad confer Cel. *David. Millii* pereruditam Diſſertationem, quae eſt V. in Diſſ. Sel. p. 135. ſqq.

ſimplicius Idolum pro ipſo idoli templo accipiendum, ut Græcis & Latinis mos eſt. Hæc ille, in l. ad fragmenta Græc. Veterum. Et ipſe locus Macrobii, ſi pro Adad Achad legatur, apertiſſime teſtatur Solem fuiſſe illum Achad. Nam ſimulacrum Achad inſigne cernitur radiis inclinatis, quibus monſtratur, vim cœli in radiis Solis, qui demittuntur in terram: Macrob. l. I. Sat. c. XXIII. Sin vero a חדד derivatur, quod celeuſma, ſeu hortationis clamorem ſignificat: non quidem a ſacrificiis quæ Soli adolebantur in Oriente, alienum erat. Lamenta enim puerorum, quæ Soli, quem Molochum vocabant, immolabantur, celeusmati comparantur: quorum clamorem miſerrimum & tympana, & gaudentium ſtrepitus intercipiebant, ne a miſeris audirentur parentibus. Hic enim Molochus ipſiſſimi Solis erat imago, de quo poſtea, cum Ἀνθρωπουσίαν attigerimus. Adad autem erat alias nomen familiæ regiæ apud Syros, quod per decem generationes in regia Syrorum proſapia propagatum fuit, ut Fl. Ioſephus l. VIII. c. VI. τῆς Ἀρχαιολογίας tradit. Epiphanius cum B. Hieronymo, Tertulliano, & Irenæo adverſ. hæret. l. I. c. XXIV. meminit Dei etiam, cui nomen erat Abraxas, * quem etiam Scaliger in literis ad Caſaubonum adducit: *nihil tam*

* De Abraxa vide *Michael. Angelum Cauſeum de la Chauſſe* in gemmis antiquis delineatis, *Raphaelem Fabrettum* in inſcript antiq. explicatione & additamento cap. VII. *Gaſſendum* T. V. Oper. p. 249. *Jac. de VVilde* in gemmis antiquis ſelectis, *Salma-*

tam frequens eſt, quam hæc ἔκ]υσα in gemmis incluſa videre, etiam vetuſtiſſima. Ea nemo intelligit, niſi qui facienda curavit. Et fruſtra illis interpretandis opera datur. Quot enim veriſimilia dici poſſunt, quorum nullum mentem eorum aperuerit. Veteres hæretici, præſertim Valentiniani & Marcoſiani multa ejusmodi reliquerunt, quæ hodie in antiquariorum loculis aſſervantur cum eorum Deo Abraxas. Vnde hoc nomen deductum ſit, in ambiguo eſt, niſi quod Orientalem aliquam dialectum ſapiat. Forſitan ex voce אברך, quæ Gen. c. XLI. verſ. 43. occurrit, reſultat. Facillime enim a Græcis immutari potuit. Diverſæ autem opiniones ſunt hac de voce. Targum Hieroſolymitanum habet: *clamarunt ante eum & dixerunt:* יחי אבוי דמלכא דרב בחוכמא ורכיך בשניא vivat pater Regis, qui eſt magnus ſapientia, & tener annis. Onkelos: *& clamarunt ante eum:* דין אבא למלכא, hic eſt pater Regis. R. Ionathan vero: *& clamarunt ante eum:* דין אבא למלכא רב בחכמתא ורכיך בשניא *hic eſt pater Regis, magnus ſapientia & tener annis.* D. Hieronymus Quæſt. in Geneſin f. 223. *Clamavit ante eum præco, & conſtituit eum ſuper omnem terram Ægypti. Pro quo Aquila tranſtulit:* & clamavit in conſpectu ejus geniculationem. *Symmachus ipſum*

ſium de annis Climacter. p. 572. *Steph. Morinum* in exercit. de lingua primæva Exercit. I. cap. 13. p. 131. *Bern Montfauconium* in præſtantiſſimo opere Palæograph. Græc. p. 177. ſq. *Borremanſium* Var. Lect. p. 47. *a Turre* Monum. Vet. Ant. p. 171. & Autores Memor. Trevolt. A. 1701. T. II. p. 293.

ipſum Ebraicum ſermonem interpretans, ait : & clamavit ante eum אברך Abrech. *Vnde mihi videtur non tam adgeniculatio, quæ in ſalutando vel adorando Ioſeph accipi poteſt, intelligenda, quam id quod Hebræi tradunt; dicentes patrem tenerum ex hoc ſermone transferri.* אב *quippe dicitur pater,* רך *vero delicatus, ſive tenerrimus, ſignificante Scriptura, quod juxta prudentiam quidem pater omnium fuerit, ſed juxta ætatem tenerrimus adoleſcens puer.* Alii tamen vocem quidem dividunt, רך tamen ex dialecto Syra petunt, Regemque ſignificare contendunt. R. Salomon Iarchi ad hunc locum : רך בלשון ארמי מלך, Rech in lingua Aramæa Rex eſt. Sicut dictum fuit de Herode, ut Raſchi ſtatim ſubjicit : לא ריכא ולא בר ריכא, non fuit Rex, neque filius Regis. Quidam vero vocem רך, id eſt, delicatus, mollis interpretantur, ut R. Salomon Iarchi : ברכי אגדה דרש רבי יהודה אברך זה יוסף שהוא אב בחכמה ורך בשנים, per modum allegoriæ expoſuit Rabbi Iehuda, Abarech eſt Ioſeph, quia ipſe fuit pater ſapientia & tener annis. Verior tamen pars concludit, vocem hanc ſignificare, genua flectenda eſſe. Namque ut R. Ioſe Ben Dormaskith ſubjicit : תחת ידוהכל היו נכבשין ויוצאין, omnes ei ſubjiciebantur ac egrediebantur ſub manu vel poteſtate ejus. Rabbi Abenezra ſic : ואשתחוה כלאדם קורץ לפנו אברע omnis homo clamabat ante eum, procumbam in genua, & adorabo. Eſſe autem אברך Infinitivum, docet verbum continuo ſequens תן ונן & dediſſe ſeu conſtituiſſe. Nempe regius Præco in Ioſephi inauguratione ante currum proclamavit :

ſlectenda eſſe genua omnibus coram Joſepho: conſtitutum enim eſſe ſupremum præfectum totius Aegypti. Hæc Buxtorfius in Rad. ברך. Ingeniculandum ergo eſſe ſignificat ABRAXAS, coram Deo magno Sole. Adorabatur enim apud Ethnicos. Vnde Deus O. M. prohibet populo ſuo Deuter. IV. c. Ne forte eleves oculos tuos in cælos, & videas Solem & Lunam cum univerſo exercitu cælorum, & impulſus adores, atque colas ea, quæ diſtribuit Dominus Deus tuus omnibus populis ſub univerſo cœlo. Sane ſi myſticam numerorum rationem adhibeamus in ΑΒΡΑΞΑΣ, proveniet inde numerus dierum communis anni A I B I I P C. A I. Ξ. L X A I Σ. CC. Hinc D. Hieronymus in Comm. ad Amoſ. Abraxam eundem eſſe cum Mithra ſeu Sole tradidit. Mithri autem, vel Mithir, vel Mithra, * vel Mether Perſice Dynaſtam & Dominum ſignificat, ut Ioſ. Scaliger l. VI. de Em. Tempor. ſcribit. Nec obſtat, quod Herodot. in Clio ſcribit: καλέουσι δὲ Ἀσσύριοι τὴν Ἀφροδίτην Μύλιττα, Ἀράβιοι δὲ Ἀλίττα, Πέρσαι δὲ Μίτραν: *Vocant vero Aſſyrii Venerem Mylitta, Arabes vero Alitta, Perſæ vero Mi-*

* Nomen Mithræ eſſe Perſicum *Mader*, Græcum Μήτηρ, Latinum *Mater*, Germanicum *Moder*, *Mutter*, exiſtimat *Hinckelmannus* in Detect. Fundam. Bœhm. p. 122. *Relandus* Diſſ. Miſc. P. II. p. 198. originem vocis quærit in Mihr i. e. Sol. Ejus nominis veſtigia hodie quoque ineſſe libris Perſarum, quibus Sol dicitur Mihr, teſtatur *Spanhemius* in notis Gallice ſcriptis ad Cæſares Juliani p. 317.

Mitram: * Graviſſimi ſiquidem authores repugnarent. Nonnus l. XL. Dionyſ. de Sole:

Εἰ χρόνος, εἰ Φαέθων πολυώνυμος, εἴτε σὺ Μίθρης.

Seu tempus, ſeu Phaëthon multi nominis, ſive tu es Mithres.

Claudianus l. I. de Stilicon.

Thuris odoratæ cumulis, & meſſe Sabæa
Pacem conciliant aræ, penetralibus ignem
Sacratum rapuere adytis, rituque juvencos
Chaldæo ſtravere Magi. Rex ipſe micantem
Inclinat dextera pateram, ſecretaque Beli
Et vaga teſtatur volventem ſidera Mithram.

Solem intelligit; qui enim alius cætera ſidera volvit, cæterisque vigorem & lumen partitur; quem cætera nunc accedunt, nunc fugiunt? Perſæ per Mithram, hoc eſt, Solem jurare ſolebant. Alexand. ab Alex. l. V. c. III. Gen. dier. Perſæ Solem Mithram adorabant, ** illique equum in ſacris mactabant, quem

* Confer *Gatakerum*, qui Herodotum utpote linguæ Perſicæ imperitum iſthæc ſcripſiſſe exiſtimat, in Adverſ. Miſcell. Poſthum. c. 22. p. 661. A Gatakero diſſentit *Relandus* l. c. p. 199. cum *Julius Firmicus Maternus* de Errore Prof. Relig. p. 10. ſq. referat, Perſas ignem ſub viri & feminæ ſimulacris colere. Vid. *Gisb. Cuperus* in Harpocrate p. 283. *Fortun. Liceti* Quæſita per Epiſtolas p. 191. & *a Turre* in Monum. Vet. Ant. p. 174.

** De Mithræ ſacris conſule *Bernh. de Montfaucon* in Diario Italico p. 210. *Halloixium* in vita *Juſtini Martyris* p. 256. *Gürtlerum* in Origg. Mundi p. 101. ſqq. *Borre-*

quem ritum ad Græcos translatum Pauſanias in Laconicis ſcribit. Quintus Curtius l. III. *Super tabernaculum Darii, unde ab omnibus conſpici poſſet imago Solis chryſtallo incluſa fulgebat.* De equo vero * Soli ſacro idem: *hos eximiæ magnitudinis equus, quem Solis appellabant, ſequebatur*, Item l. IV. *Ipſe cum ducibus propinquisque agmina in armis ſtantium circumibat, Solem Mithren, ſacrumque & æternum invocans ignem, ut illis dignam vetere gloria, majorumque monumentis fortitudinem inſpirarent.* Strabo l. XV. de Perſis: *Colunt Solem quem Mithram vocant.* Μίθρης autem myſtica numerorum reſolutione efficit dies anni CCCLXV. quod & Q. Curtius videtur affirmare: *Magos trecenti & ſexaginta quinque juvenes ſequebantur, puniceis amiculis velati, diebus totius anni pares numero. Quippe Perſis quoque in totidem dies deſcriptus eſt annus.* Hinc Mithridax lapis dictus, qui Sole percuſſus coloribus micat

---

Borremanſium in Var. Lect. p. 45. ſqq. ***Pitiſcum*** ad ***Curt.*** IV. 13. ***Gatakerum*** adverſ. Miſc. cap. 21. p. 237 ***Grabium*** T. I. Spicileg. Patr. p. 240. & in ***Juſtini*** M. Apolog. I. p. 98. ***Voſſium*** de Idolol. L. II. cap. IX. p. 350. ***Andream Taurellum*** & ***Fortun. Licetum*** in Quæſit. per Epiſtolas p. 181 - 191. & ***Anton. van Dalen*** in Diſſ. de origine ac ritibus Sacri Taurobolii, in Diſſertat. ad Antiquitates & Marmora p. 1. ſqq. Adde ***Hydeum*** in Hiſt. Relig. Vet. Perſar. Cap. IV. qui probare ſtudet, Mithram nunquam Perſarum Deum fuiſſe, refutatus ideo eſt rectiſſime ***a Philippo Turrio*** in Monum. Veter. Antii p. 194.

* De equis Solis vide Illuſtr. ***Spanhemium*** ad ***Callimachum*** p. 434.

cat variis, ut l. Solinus c.XL. ſcribit. Mithrax etiam dicitur a Perſis, ac certa gemma eſt, rubri maris montibus multicolor, contra Solem varie refulgens, Plin. l. XXXVII. c. X. Fuit alias Mithras Rex Ægypti, qui in Solis urbe regnavit; qui obeliſcos Solis numini ſacratos ſomnio juſſus poſuit. Radiorum ejus argumentum in effigie eſt, itemque literæ Ægyptiæ, Plin. l. XXXVI. c. VIII. Forſitan ab hoc Mithra deſcendit Mithridates, Solis legem denotans. דת lex eſt, & facile in Perſicam tranſire potuit linguam. Plura apud Perſas vocabula in dates exeuntia occurrunt, ut Madates, Tyriades, Oxydates, Phradates. Mithridates autem compoſitum eſt, ut patet ex Syſimethre, cujus l. VIII. apud Curt. mentio fit; & Syſigambes mater Darii dicta; Dates vero præfectus claſſis ſub Xerxe, ut ex Herodot. l. VII. apparet. Mithres vero Sol eſt. Sed hæc iis excutienda relinquimus, quorum hac de re accuratius diſſerere intereſt. Nos jam ad Iovem iter dirigimus, qui Cæſari cœlum eſt: hoc enim maxime cernitur: nec enim, ut ille habet, alios colunt Deos, quam quos vident. Iuppiter aut gentibus nullus alius fuit, niſi Olympus, ſc. cælum. Credebant enim immenſam hanc cœli molem, niſi quid divini in ſe contineret, non poſſe ſubſiſtere. Hermes Trismegiſtus in Aſclepio cap. II. Cœlum ergo ſenſibilis Deus, adminiſtrator eſt omnium corporum, quorum augmenta, detrimentaque Sol & Luna ſortiti ſunt. c. V. hominum enim obſequiis, laudibus, admirationibus, cœlum, cœleſtesque delectantur. c. IX. Nemo ſuſpiciet cœlum. Alcæus:

Ὗει μὲν ὁ ζεὺς, ἐν δ' ὀρανῷ μέγας
Χειμὼν, πεπάγασιν δ' ὑδάτων ῥοαί.
Pluit Iupiter, & in cœlo magna
Tempeſtas, concreveruntque aquarum fluxus.

Euripides in Cyclope:

Οὐδ' οἶδ' ὅτι ζεὺς ἐςʼ ἐμῦ κρείσσων θεός.
Οὔ μοι μέλει τὸ λοιπόν. ὡς δ' ὔ μοι μέλει,
Ἄκυσον. ὅταν ἄνωθεν ὄμβρον ἐκχέῃ,
Ἐν τῇδε πέτρᾳ ςεγν' ἔχω σκηνώματα.
Non ſcio cur Iupiter mihi ſit major Deus.
Non eſt mihi curæ; quod non mibi curæ eſt,
Audito, quando deſuper imbrem fundit,
In hac petra denſa habeo umbracula.

Et Aratus in Phænomenis:

- - Τότε δὴ κρύ☉ ἐκ Διός ἐςι
Ναύτῃ μαλκιόωντι κακώτερον.
- - Tunc frigus ex Iove eſt
Nautæ torpenti pejus.

Theocritus Eclog. IV.

Χ' ὠ ζεὺς ἄλλοκα μὲν πέλει αἴθρι☉, ἄλλοκα δ' ὕει.
Et Iuppiter quandoque ſerenus eſt, quandoque pluit.

Lucretius l. I. de Nat. rer.

Poſtremo pereunt imbres, ubi eos pater æther
In gremium matris terrai præcipitavit.

Maro l. II. Georg.

Tum pater omnipotens fœcundis imbribus æther
Conjugis in gremium lætæ deſcendit, & omnes
Magnus alit magno commiſtus corpore fœtus.

Horat. l. I. Carm.

Iacet

- - Iacet ſub Iove frigido.

Et alibi:

Quod latus mundi nebulæ, maluſque
Iupiter urget.

Et Cicero l. II. de Nat. Deor. reliquit ſcriptum ex Euripidis ſententia, æthera ſummum Deum eſſe appellandum, ut ex his patet:

Vides ſublime fuſum, immoderatum æthera,
Qui tenero terram circumvectu amplectitur:
Hunc ſummum habeto divûm, hunc perhibeto æthera.

De Perſis Herodotus in Clio: οἱ δὲ νομίζουσι, Διῒ μὲν ἐπὶ τὰ ὑψηλότατα τῶν ὀρέων ἀναβαίνοντες θυσίας ἔρδειν, τὸν κύκλον πάντα τοῦ οὐρανοῦ Δία καλέοντες, id eſt, iſtis vero ſancitum eſt, ut in altiſſimos montium vertices aſcendentes Iovi ſacrificent, Iovem univerſum cæli ambitum appellantes. De Iudæis ſolum cælum venerantibus Strabo lib. XVI. Geogr. *Moſes docebat, quomodo Ægyptii non recte ſentirent, qui ferarum ac pecorum imagines Deo tribuerent, nec Græci, qui Deos hominum figuris inſignirent: & quod id ſolum Deus eſſet, quod nos contineret, terram ac mare: quod cælum & mundum, & rerum omnium naturam appellamus, cujus profecto imaginem nemo ſanæ mentis noſtræ ſimilem audeat effingere: oportere igitur relicta omni ſimulacrorum effigie & digno ei fano ac templo conſtituto ſine forma colere, & vel pro ſe quemque indormire, vel alios, qui boni inſomniatores eſſent pro aliis.* Tacit. l. v. Hiſtor. *Iudæi mente ſola, unumque numen intelligunt. Profanos qui Deûm imagines, mortalibus materiis,*

ſuiſſe dictum fuerit, vide Collect. quæ Pariſiis ſine authoris nomine prodierunt. Vulgatum eſt, & omnibus innotuit, Iudæos a gentibus Aſinarios dictos. Tacit. l. v. Hiſt. *Aſini effigiem, quo monſtrante errorem, ſitimque depulerant, penetrali ſacravere, caſo ariete, velut in contumeliam Hammonis.* Spurciſſimas Appionis hac de re nugas vide apud Fl. Ioſeph. in l. τῆς Ἀρχαιότητος. Epiphanius hæc habet: Φασὶ δὲ τὸν Σαβαὼθ οἱ μὲν ὄνου μορφὴν ἔχειν, οἱ δὲ χοίρου, id eſt, dicunt vero quidam Sabaoth formam aſini habere, quidam vero porci. Vide & Gnoſticorum libros; in iis enim unus erat ἡ γενναμαρίας vocatus, in quo miraculoſa de Zacharia interfecto ob Aſininum numen inter ſacrificandum ab illo viſum; in vulgusque delatum perfidi monſtrabant. Nota ſunt Arriani verba in Epictet. l. II. c. IX. quod etiam Chriſtianis ſub primordio ſacratiſſimæ Religionis Iudæorum nomine paſſim objecta fuerint illa convitia. Minutius Felix, itemque Tertullianus adverſ. Nation. l. I. c. XI. & in Apol. c. XV. firmis argumentis Gentium vanitatem expugnant. Trifurcifer enim ille nequam in Chriſtianorum ignominiam imaginem pinxerat, quæ auribus erat aſininis, altero pede ungulata, librũ geſtans, & togata; hoc adjecto titulo: DEVS CHRISTIANORVM ONONYCHITIS. Mira de Iudæorum religione apud Gentes deliria occurrunt, de Sue, Aſino, Cælo; quæ in gentem a Deo O. M. electam ab imperitis harum rerum, profaniſque ſcriptoribus ſparguntur; utpote Strab. l. XVI. Diod. Sicul. l. XL.

Pomp.

Pomp. Trog. l. xxxvi. Plutarch. Tacit. l. v. Hiſt. quos evolvere operæ precium erit.

Cap. V.

Mercurius. *Hic maxime a Germanis cultus. Theutates dictus. Thaautes Phœnicum. Baal alias. nominis ἔτυμον. Θεὺς Ἄρης Suidæ. Sol Arabibus. Dayuſar. Myrrha Theaſur. Auſaritis. Duſaritis. Eſar. Germanorum* Thaut, *vel* Dith. *Thau. Theutas. Theutones. Ara Mercurii. Tumulus. Mercurius Theutates. Theudas magus. Thoth. Bau. Theutatis inventa. Ægyptius quibusdam. Longobardorum Deus.* God *vocatus. Mercurii dies* Wodentag.

Conciliatis Scriptoribus ad ulteriorem de his disquiſitionem progrediendum erit, ut pateſiat, quo nomine indigitati fuerint. Et inter hos quidem Choragus quaſi Mercurius eſt. *Hunc Germani Deorum maxime colunt*, Tacit. in l. de Mor. Germ. Cæſar in Celtis ſeu Germanis l. vi. Comment. Bell. Gall. *Deum maxime Mercurium colunt: hujus ſunt plurima ſimulacra. Hunc omnium inventorem artium ferunt: hunc viarum atque itinerum ducem: hunc ad quæſtus pecuniæ, mercaturasque habere vim maxime arbitrantur.* Et hic dictus Theutates. Legitur etiam Thaautes a Phœnicibus cultus. Varro l. iv. de Lingua Latina: Principes Deos illis fuiſſe habitos Cœlum & Terram: qui in Ægypto Serapis & Iſis, qui apud Phœnicas Taautes & Aſtarte, qui in Latio Saturnus & Ops. Franc. Iunius

Iunius in Notis ad Tertull. Apologet. ſcribit: Taauten apud Phænicas in myſterio fuiſſe, Aſtarten in uſu & exercitio publico. Ac propterea Taautæ nullum nomen ſingulare datum, ſed commune & indefinitum Baal, aut Syre Beel, ex quo factum, ut in Scriptura ſæpe conjungantur, Baalim & Aſtharoth. Phœnices autem Baalſamen, qui nomine myſtico Taautes & Aſtarten colunt. Etymon autem huius Divi varie deducitur. Annius Viterbienſis ſuppoſititius & nauci ſcriptor, in comm. apud ſuum Beroſum; *Teutates Mercurius Germanorum exiſtit, cui cognomento Teutanes ſacrificans ritus indidit. Reddebat enim pallentes eos, qui ſibi gratis immolabantur. Tau enim laudem, & Theudas laudatorem, Taam vero & Tanam pallentem gratis; Hieronymus & Thalmudiſtæ interpretantur. Hinc Teutanes laus pallentis gratis dicitur. In laude enim ſacrificii victimandi gratis pallebant effuſione cruoris.* Galli enim, ut Lactantius l. I. c. XXI. ſcribit, Heſum & Theutaten * humano cruore placabant Deos. Lucanus l. I. Pharſ.

Et

* De hoc numine vid. *Hillerus* de Orig. Gent. Celticar. CI. Syntagm. Hermeneut. p. 125. *Jac. Perizonius* Orig. Aegyptiac. c. XXII. p. 402. *Voſſius* de Idolol. L. I. p. 98. 103. L. II. p. 139. *Ant. Thyſius* Exercit. Miſc. p. 524. *Bochartus* Canaan L. I. p. 690. 735. *Arnkiel* in Relig. Ethn. Cimb. P. I. p. 19. P. III. p. 212. *Paul. Pezronius* in antiq. gentis & ling. Celt. p. 293. *Leibnitius* P. I. Collect. Etymolog. p. 143. *Kircherus* Oedip. Aegypt. T. I. p. 15. 37. & *Jac. Car. Spenerus* Notit. Germ. Antiq. L. III. c. I. §. 5. p. 105. qui vocem *Teut*, Saxonico idiomate Dute, h. e. Deum notare obſervat.

Et quibus immitis placatur ſanguine cæſo
Teutates.

Et hunc Tertullian. in Apologet, c. IX. Mercurium interpretatur: *Major ætas apud Gallos Mercurio proſecatur.* Dyſares dicitur in Apologet. Vnicuique etiam provinciæ & civitati ſuus Deus eſt, ut Syriæ Aſtartes, ut Arabiæ Dyſares: Heſych. Δυσάρην τὸν διόνυσον Ναβαταῖοι, ὥς φησιν Ἰσίδωρος. Duſaren Bacchum Nabathæi vocant, ſicut dicit Iſidorus. Stephan. Byzantin. Δυσάρη, σκόπελος καὶ κορυφὴ ὑψηλοτάτη Ἀραβίας, εἴρηται δὲ ἀπὸ τοῦ Δυσάρου, Θεὸς δὲ οὗτος παρὰ Ἄραψι καὶ Δαχαρηνοῖς τιμώμενος, id eſt, Duſare, locus editus in Arabia, ita a Duſaro nuncupata, qui Arabibus & Dacharenis ceu Deus colitur. Arabes alias, teſte Herodot. in Clio, Solem dixerunt Vrotalt, id eſt, Lucis Deum, itemque Duſarem, vel Daiſarem, id eſt, perluſtrantem Deum. Arabice compoſitum eſt Dai-uſar, & ſimplex Vſar, perluſtrans Deus, Sol. De cujus nomine myrrha dicta eſt Theuſur, Iſai. c. IV. Et myrrha una Auſaritis, altera Duſaritis olim nominata, ut Plin. l. XII. c. XVI Nat. Hiſt. tradit. In Hetruſca etiam lingua *Eſar* vocatur Deus, ut Suetonius in Auguſto refert: *Sub idem tempus ictu fulminis ex inſcriptione ſtatuæ ejus prima nominis litera C. effluxit.* Reſponſum eſt: *centum ſolos dies victurum, quem numerum C. litera notaret: futurumque, ut inter Deos referretur, quod* Æſar, id eſt, *reliqua pars e Cæſaris nomine, Etruſca lingua Deus* * *vocare.*

* Vide quæ viri docti ad *Sueton.* Auguſt c. 74 *Dickinſon* in

caretur. Alii Germanam vocem eſſe dicunt. Priſca enim Germanorum lingua vocabatur Thaut, vel Dieth, vel Duth. Hinc Lactantii Teutas, vel Teuthantes, Romanorum DIIS, & Theutones ortus; quod etiam D. Lutherus teſtatur. Hinc plurima priſcorum Germanorum nomina propria hac voce componuntur, licet Græcis male ſcribantur: Theodoricus, Theodomarus, Theodomannus, Theodobertus, Theodobaldus, Theodatus, Theocebalus, quæ omnia Germanica nomina. Iulius ſane Cæſar Mercurio aram in Galliis erexit, quæ demum a D. Materno everſa fuit. Nec ab eo ritu fuiſſe immunes Hiſpanos, teſte G. Buchanano l. II. Rer. Scot. ut quorum bona pars e Galliis originem ducebat, indicat tumulus prope Carthaginem Novam, qui Mercurius Teutates appellatur. Livius l. XXVI. *Quod ubi verſus Scipio in tumulum, quem Mercurium Teutatem apellant, advertit, multis partibus nudata defenſoribus mœnia eſſe, omnes e caſtris excitos ire ad oppugnandum urbem, & ferre ſcalas jubet.* De Theuda Mago, qui ſub Fado populum ſeduxit, vide Ioſ. l. XX. c. II. τῆς Ἀρχαιολογίας, & Euſeb. Hiſt. Eccleſ. l. I. c. II. Theth & Bau in Phœnicum ſanctuariis, verba ſunt CL. V. Seldeni c. III. Prolog. de DIIS. Syris, ex Tohu & Bohu, id eſt, תהו ובהו Geneſ. c. I. petunt docti. Plato autor eſt Mercurium hunc Geometriæ & Aſtronomiæ authorem, ta-

lorum-

Delphis Phœniciz, p. 76, *Heſychius*: Αἰτοὶ Θεοὶ ὑπὸ Τυῤῥηνῶν.

lorumque eſſe. Marſilius Ficinus in præf. in Merc. Triſm. hæc de eo ſcribit: Eo tempore, quo Moſes natus eſt, floruit Atlas Aſtrologus Promethei Phyſici frater, ac maternus avus majoris Mercurii, cujus nepos fuit Mercurius Trismegiſtus. Hoc autem de illo ſcribit Auguſtinus, quanquam Cicero & Lactantius Mercurios quinque per ordinem fuiſſe volunt, quintumque fuiſſe illum, qui ab Aegyptiis Theut, a Græcis autem Trismegiſtus apellatus eſt. Hunc aſſerunt Autores Aegyptiis præfuiſſe, eisque leges ac literas tradidiſſe. Literarum vero characteres in animalium, arborumque figuris inſtituiſſe. Hic in tanta hominum veneratione fuit, ut in Deorum numerum relatus ſit. Templa illius numini conſtructa quamplurima. Nomen ejus proprium ob reverentiam quandam, pronunciare vulgo, ac temere non licebat. Primus anni menſis apud Aegyptios nomine ejus cognominatur. Oppidum ab eo conditum, quod etiam nunc Græce nominatur *Hermopolis*, id eſt, Mercurii civitas. Trismegiſtum vero ter maximum nuncuparunt, quoniam & Philoſophus maximus, & Sacerdos maximus, & Rex maximus exſtitit. Quod etiam Iamblich. in l. de Myſt. affirmat: Aegyptii, *inquiens*, ſcriptores, putantes omnia inventa eſſe a Mercurio, ſuos libros Mercurio inſcribebant. Mercurius præeſt ſapientiæ * & eloquio

* Mercurium eloquentiæ præſidem conſtituebant Gen-

quio. Pythagoras, Plato, Democritus, Eudoxus, & multi ad Sacerdotes Aegyptiacos acceſſerunt. Dogmata hujus libri ſunt Aſſyriorum, & Aegyptiorum, & ex columnis Mercurii. Pythagoras & Plato didicerunt Philoſophiam ex columnis Mercurii in Aegypto. Columnæ Mercurii plenæ doctrinis. Mercurius itaque hic a Celtis ſeu Germanis priſcis Theutates dictus fuit, quem maxime a Longobardis cultum P. Diaconus l. XVIII. & Methodius tradunt. Alia tamen voce, Godam vocari contendunt: unde noſtra lingua Deus God * vocatur: Mercuriique dies etiamnum apud Saxonas quosdam inferiores & Weſtphalos, der Wodenstag vocatur. Vide Reiner. Reinec. de Myſorum origine.

CAP.

tiles: hinc a *Iamblicho* in limine operis de Myſteriis Aegyptiorum vocatur θεὸς ὁ τῶν λόγων ἡγεμών. Imo Ἑρμῆς ἀπὸ τοῦ ἐρεῖν a *dicendo* appellatus creditur Phurnuto de Natura Deorum c. 16. p. 164. & *Porphyrio* apud *Euſebium* Præpar. Evang. III. II. p. 114. λόγιος audit *Luciano* in Pſeudolog. p. 600. Lege plura hujusmodi apud *Gyraldum* de Hiſtoria Deorum Syntagm. IX. p. 300. ſqq. *Galeum* ad *Jamblichum* l. c. p. 182. *Cuperum* L. I. Obſervat. c. II. p. 81. *Ezech. Spanhemium* ad *Ariſtophanis* Plutum v. 1111. *Jac. Elsnerum* in Obſſ. S. p. 423. & *Jo. Alberti* Obſ. S. p. 251.

* De vocis Gott origine, variaque ſignificatione conf. S. R. *Dieemannus* in Specimine Gloſſarii, quod Rabano Mauro tribuitur, p. 108. ſq.

CAP. VI.

Heſus. *Mars Germanis. Etymon in Hebræo. Bello præſidet. Aezizus Orientalibus. Alias etiam Eſmunnus. Qui genitalia ſibi amputavit.*

DIvus Cæſar l.IV.Comment.Bell.Gallic. de Celtis hæc ſcribit: Martem bella gerere arbitrantur. Tacit. in l. de Mor. German. *Martem conceſſis animalibus placant.* Lucanus l. I. Pharſ.

Et quibus immitis placatur ſanguine cæſo
Teutates, horrensque feris altaribus Heſus.

Lactant l. 1. cap. XXI. *Galli Heſum* * *& Theutatem humano cruore placabant Deos.* Heſus enim hic Mars eſt. Significat autem fortem in Hebræo idiomatate; ex quo pleraque præſertim Deorum & ſacrificulorum nomina originem habere videntur. עזוז enim robur eſt. Mars autem ſecundum Ethnicos bello præſidet, Conſequens igitur, ut fortis ſit. Edeſſæ in Meſopotamia in Solis

* *Lactantii* Codices nonnulli manu exarati pro *Heſo* habent *Eſum*, neque male. Inſcriptio & titulus ejus habetur in monumento vetuſto anno 1711. e fundamentis Eccleſiæ Cathedralis Pariſienſis eruto. Deſcripſere illud peculiaribus Diſſert. Clariſſimi viri *Mauturius*, *Baudelotius*, *Gallandus*, & *Turneminius*, in quibus & æri inciſum exhibetur. Baudelotianam deſignationem æri incidi fecit Cel. *Jo. Georg. Eccardus* in *Leibnitii* Collectan. Etymolog. P. I. ad pag. 75. Ibidem extat Epiſtola *Leibnitiana* ad Sereniſſimam Ducem Aurelianenſem viduam, in qua ſententiam ſuam de illo monumento exponit. Vide Memor Literar. Trevolt. A. 1712. Januar. p. 44. 54.

lis templo a vetuſtiſſimis ſeculis colebatur Belus ſive Sol: juxta eum Mercurius, quem Monimum, & Mars, quem Aezizum nuncupabant, ſimul adorabantur. Iulianus Apoſtata in Hymno ad Solem: Οἱ τὴν Ἔδεσσαν οἰκοῦντες ἱερὸν ἐξ αἰῶνος ἡλίου χωρίον, Μόνιμον αὐτῷ καὶ Ἀζίζον συγκαθιδρύσαντες οἰκοῦντες, id eſt, *qui ad Edeſſam incolunt ſacrum ab æterno Soli locum, Monimon ipſi & Æzizon adjungentes.* Hunc autem Martem, illum Mercurium fuiſſe, Solisque πάρεδρους a Iamblicho Syro, præceptore ſuo ſe didiciſſe gloriatur. Occurrit & alius Orientalium Deus, quem Eſmunum vocabant. Hunc Aſtronoën Deam amaſſe autor eſt Damaſcius in vita Iſidori. Venanti aliquando inſidiata eſt Dea, quam tamen juvenis fugit: cumque Dea ipſum jamjam comprehenſura eſſet, genitale membrum ſibi amputavit: ἡ δὲ τῷ πάθει περιαλγήσασα, καὶ Παιᾶνα καλέσασα τὸν νεανίσκον τῇ τε ζωογόνῳ θέρμῃ ἀναζωπυρήσασα θεὸν ἐποίησεν Ἔσμουνον ὑπὸ Φοινίκων ὠνομασμένον ἐπὶ τῇ θέρμῃ τῆς ζωῆς. οἱ δὲ τὸν Ἔσμουνον ὄγδοον ἀξιοῦσιν ἑρμηνεύειν: *Aſtronoë vero caſu afflicta, Pæana iuvenem vocavit, ejusque genitalem calorem reſtituit & Deum fecit, qui Phœnicibus Eſmunus ob genitalem calorem dictus. Alii vero Eſmunum octavum ſignificare exiſtimant.* Sed hic cum Heſo noſtro forſitan nihil commune habuit: de quo plura non obſervavimus, niſi quod Martem eſſe conſtet.

CAP.

CAP. VII.

Belenus. *Apollo. Noricorum Deus. Ara Beleno dicata. Norici & Carni eadem gentes. Gallorum etiam Deus. Βελινουντία herba. Cunobelinus Rex Britannorum. Numerum anni continet. Belatucadrus Deus Britannorum, Orientalium Βῆλος. Aglibolus, & Malachbelus. Bal. Bel. Balis urbs Lybiæ. Punica ab hoc vocabula. Iupiter Ἐνυάλιος. Qui & Mars. Ἄρειος Iupiter. Beelſamen Phœnicum. Iupiter Bel. Idem qui alias Sol.*

BElenus * jam nobis dicendus eſt, qui religioſe a Celtis cultus fuit. Cæſ. l.VI. Comm. de Bell. Gall. *Apollinem colunt, quem morbos depellere arbitrantur.* Herod. l. VIII. de Maximino ſic ſcribit:

* De Beleno, qui Apollo apud Gallos, vide *Petr. Berthaldum* in libro ſing. de ara cap. 27. §. 4 p. 381. T. VI. *Grævii*, *Joſephum Scaligerum* L. I. Auſon. Lect. c. 9. *Gyraldum* Syntagm. II. de Diis Gent. p. 114. T. I. Oper. & ibid. Synt. VII. p. 236. *Petrum Jurieu* dans l' hiſtoire des dogmes & des cultes de l' Egliſe P. IV. cap. 2 p. 596. *Sertor. Urſatum* de Not. Roman. p. 567. T. XI. *Grævii*, *Voſſium* de Idolol. I. 35. p. 99. Tom. V. Oper. & II. 17. p. 145. *Pithoeum* L. I. ſubſeciv. cap. 3. & 4. p. 743. T. II. Lampad. *Gruteri*, *Bernard. Montfaucon* dans l'antiquité expliquée Tom. II. P. II. L. II. cap. 4. §. 2. p. 390. & L. V. cap. 3. §. 1. p. 419. *Jul. Caſ. Bulengerum* in libro deſortibus cap. 6. p. 386. T. V. *Grævii*, *Marcellum Donatum* in dilucidationibus in *Julium Capitolinum* p. 914. T. VI. Lampad *Gruteri*, *Salmaſium* in Vobiſc. Aurelian. cap.

Criſpinus ad bellum audacter ſuſtinendum aruſpicum etiam reſponſo, qui læta nuntiabant, dicebatur animatus. Nonnulla quoque oracula ferebantur, patrii cujusdam numinis victoriam promittentia. Belenum (in quibusdam exemplaribus corrupte Belin legimus) *Deum vocant indigenæ, magnaque cum religione colunt, Apollinem interpretantes: cujus quoque ſpeciem pro urbe ipſa pugnantem ſibi viſam in cælo quidam ex Maximini militibus affirmabat.* Tertullian. Apolog. c. XXIV. *Vnicuique etiam provinciæ & civitati ſuus Deus eſt, ut Syriæ Aſtartes, ut Arabiæ Dyſares, ut Norici Belenus.* Noricorum autem & Gallorum ſeu Celtarum Belenus idem Deus æſtimabatur. Hinc eſt quod Cæſar Apollinem a Gallis cultum ſcribit. Aræ Beleno dicatæ Venetias, Aquileja deſtructa translatæ, adhuc ibi videntur, quarum inſcriptiones Pighius in Herc. Prodic adducit.

BELE-

39. ***Seldenum*** de Diis Syris Synt. II. cap. I. p. 216 ***Jo. Braunium*** L. V. Sel. Sacr. p. 779. ſq. ***Jac. Nicol Loënſem*** L. V. Miſcellan. Epiphyllid. c. 15. ***Steph. Le Moyne*** Notis ad Var. Sacr. p. 622. *Petr. Zornium* Bibl. Antiq. Exeget. P. I. p. 128. ſqq. & ſingularem *Philippi a Turre* Diſſert. de Beleno Veterum Aquilejenſium Deo. Extat ſubjecta ejusdem Monumentis Veteris Antii. Rom. 1700. 4. edit. p. 255. ſqq.

BELENO.
MANSVETIVS
VERVS
LAVR. LAV.
ET. VIBIANA.
IANTVLLA
V. S.
* * * * *

APOLLINI
BELENO. AVG.
IN HONOREM
C. PETITI. C. F. PAL.
PHILTATI. EQ. P.
PRAEFE. AED. POT.
PRAEF. ET. PATRON.
COLLEGIORVM
FABRI. ET. CENT.
DIOCES. LIB.
DONVM. DEDIT.
L. D. D. D.

BELINO. AVG.
SACRVM.
VOTO. SVSCEPTO
PRO. AQVILIO.
C. F. POMP. VALENTE
IIII. V. I. D. DESIG.
PHOEBVS. LIB.
V. S. L. M.
* *

BELENO
AVG. SACR.
L. CORNELIVS.
L. FIL. VELL.
SECVNDINVS.
AQVIL.
EVOC. AVG. N.
QVOD. IN. VRB.
DONVM. VOV.
AQVIL.
PERLATVM
LIBENS. POSVIT.
L. D. D. D.

BELINO
SEX.
CÆSERNIVS
FAVSTVS.
IIIIII VIR
V. S. L. M.
* *

BELEN. AVG.
IN. MEMOR.
IVLIOR.
MARCELL. ET
MARCELLAE. ET.
IN. HONOREM.
IVLIARVM.
CHARITES. ET.
MARCELLAE FILIAE.
ET. LICIN. MACRON.
IVNIOR. NEPOTIS.
C. IVL. AGATHOPVS
IIIIII. VIR. AQVIL.
L. D. D. D.

Nec refert, quod hic Carnorum Deus eſſe dicitur. Erant enim Norici & Carni inter ſe contermini, communi religione, & lingua utentes: ut qui ſolo Carvania monte diſcreti eſſent, Strabone & Ptolom. teſtibus. Auſonius In Profeſſ. IV.

Tu Bajocaſſis ſtirpe Druydarum ſatus,
Si fama non fallit fidem,
Beleni ſacratum ducis e templo genus,
Et inde vobis nomina,
Tibi Pateræ: ſic miniſtros nuncupant
Apollinaris myſtici.

Et x. Prof.

Nec reticebo ſenem
Nomine Phœbitium:
Qui Beleni æditus,
Nil opis inde tulit.

Herba etiam Apollinaris (hyoſciamum putant) in appendice Canteriani Dioſcoridis c. χνα. βιλινοῦντια Gallis appellatur. Reliquiæ Beleni in vocabulo hærent. Numiſma etiam Cunobelini Regis Britanni, qui auguſtior ob nomen a DIIS tractum habitus eſt, Belenum inſculptum gerit, lyram pulſantem. Si literas myſtice in numerum transpones, elicies numerum dierum anni; quem Sol curſu ſuo diſterminat. Β. II Η VIII. Λ. XXX. Ε V. Ν L. Ο LXX. Σ CC. Et a Britannis aræ Belatucadro dicatæ, qui nullus niſi Belenus;

DEO
SANCTO BELA
TVCADRO
AVRELIVS
DIATOVA ARAE
X. VOTO POSVIT
LL. M. M.

**

DEOBELATVCAD
RO. LIB. VOTV
M. FECIT.
IOLVS.

**

BELATVCADRO
IVL. CIVILIS. OPT.
V. S. L. M.

Apol-

Apollo autem qui Gallis ſeu Celtis Belenus dictus, Orientalibus Βῆλος vocatus fuit. Inſcriptio Romæ, quæ ex Oriente translata eſt, hujus rei exemplum ſubdit:

ΑΓΛΙΒΩΛΩ. ΚΑΙ. ΜΑΛΑΧΒΗΛΩ.
ΠΑΤΡΩΟΙC. ΘΕΟΙC.

Euſeb. in Chron. Tharæ anno XXVIII. Aſſyriorum Rex primus Belus mortuus eſt, quem Aſſyrii Deum nominaverunt. Hinc etiam ipſe Deus T. O. M. a Iudæis Baal dictus eſt: Hoſeæ c. II. v. 16. והיה ביום־ההוא נאם יהוה תקראי אישי ולא־תקראי לי עוד בעלי, *& erit in die illa, dicit dominus, vocabis me Iſchi, & non vocabis me ultra Baali*, id eſt, Baal meus. Populus enim Dei Baalem ſuum pie ſatis vocabat, priusquam ob vocem illam ad gentilium numina traductam Deus prohiberet. Deinde corruptis ſeculis, corruptisque moribus Solem Belum dixere: quem, ut Philo Biblienſis ſcribit, μόνον ὀυρανοῦ θεὸν, id eſt, ſolum in cœlo Deum putabant. Paulatim vero nomine hoc abuſi ſunt, mortaliumque ſimulacra nomine hoc vocarunt. Georgius Cedrenus de Thurra Nini ſucceſſore loquens: τούτῳ τῷ Ἄρει πρώτην στήλην ἀνέστησαν οἱ Ἀσσύριοι, καὶ ὡς θεὸν προσκυνοῦσι, Βαὰλ ὀνομάζοντες, ὃ ἑρμηνεύεται Ἄρης πολέμων θεός. *Huic Marti primam ſtatuam erexerunt Aſſyrii, & eum uti Deum adorarunt, nuncupantes eum Baal, quod interpretatur Mars Bellorum numen.* Bal autem, ut Servius l. 1. Æn. notat, lingua Punica Deus dicitur, apud Aſſyrios autem Bel, qua-

dam ſacrorum ratione & Saturnus & Sol. Pœni autem ex Phœnicibus ſeu Aſſyriis originem trahunt. Belo etiam in Bali urbe Libyes templum dedicatum fuit. Stephan. Byzantin. Βάλις πόλις λυβύης πρὸς τῇ Κυρήνῃ ἀπὸ τινὸς Βάλεως, ὃ καὶ ἱερὸν ἔχει, id eſt, Balis civitas Libyæ prope Cyrenen a quodam Baale dicta, cui & ſacrum facit. Inde deſcendunt Punica vocabula hac voce compoſita, Aſdrubal, Maharbal, Adherbal, Annibal, ut & Belſazer vox, qua Daniel juxta nomen Dei ſui, uti tyrannus apud Dan. c. IV. loquitur, dictus fuit. Belus autem hic Iupiter eſt. Βῆλος ὃν καὶ Δία μεθερμηνεύουσιν, *Belus quem Iovem interpretantur.* Heſtiæus vero non tantum Iovem, ſed ἐνυάλιον una vocatum tradit: τῶν δὲ ἱερέων τοὺς διασωθέντας τὰ τοῦ ἐνυαλίου Διὸς ἱερώματα λαβόντας εἰς Σεννααρ τῆς Βαβυλωνίας ἐλθεῖν: *Quoſdam vero ſacerdotum profugos Enyalii Iovis ſacra rapientes in Sennaar Babyloniæ campum perveniſſe.* Enyalius autem Mars apud Poëtas dicitur. Et Iuppitur Martialis dictus Græcis. Pauſanias in prior. Eliacor: Sed hanc multi ex Eleis Ἄρειος Ζηνὸς, Martii Iovi nominant. Ajunt autem Oenomaum quoties filiæ procis curule certamen proponeret, Ἀρείῳ Iovis rem divinam facere ſolitum. Hinc *Iupiter Vltor* apud Tacit. l. II. Annal. Mars autem nullus alius niſi Sol. Acitani Hiſpana gens ſimulacrum Martis radiis ornatum maxima religione colunt, Necyn vocantes. Macrob. l. I. c. XIX. Saturn. Cæterum Belus etiam pro Iove habitus fuit. Heſychius: Θαλάσσιος

Ζεὺς

ζεὺς ἐν Σιδῶνι τιμᾶται: *Thalaſſius Iuppiter in Sidone colitur.* Belus autem Iuppiter apud eundem dicitur: Βῆλος ὀυρανὸς καὶ ζεὺς Ποσειδῶνος υἱός. Belus, Cœlum & Iuppiter Neptuni filius. Beroſus: Βῆλος, ὃν καὶ Δία μεθερμηνεύουσιν, *Belus, quem & Iovem indigitant.* Herodotus in Euterpe: Ζῆνα Βῆλον vocat. Xiphilinus in Caracalla: ὁ ζεὺς ὁ Βῆλος ὀνομαζόμενος καὶ ἐν τῇ Ἀπαμείᾳ τῆς Συρίας τιμώμενος, *Iuppiter Belus dictus & in Apamea Syriæ cultus.* Vide Dionem, Ioſeph. l. VIII. c. II. τῆς Ἀρχαιολογίας. Agathiam l. II. alios. Iuppiter autem Olympius Phœnicibus Baalſamen eſt, ut Philo habet: ὃ ἐστι παρὰ Φοίνιξι κύριος ὀυρανοῦ, ζεὺς δὲ παρ᾽ ἕλλησι, id eſt, qui Phœnicibus eſt Cœli dominus, Græcis vero Iuppiter. Et recte ſi originem videamus, dominus Cœli ſignificat. בעל שמים enim eſt, quod Κύριος ὀυρανοῦ redditur. D. Auguſtinusin Iudic. q. XVI. *Baal Punici videntur dicere Dominum, unde Baalſamen, quaſi dominum cœli intelliguntur dicere. Samen quippe apud eos cæli appellantur.* Ne tamen hic quis putet Belum, cum Iupiter redditur alium eſſe quam Solem, Platonis verba ponderet, qui ſic in Phædro de Iove ſcribit: ὁ μὲν δὴ μέγας ἡγεμὼν ἐν ὀυρανῷ ζεὺς ἐλαύνων πτηνὸν ἅρμα, πρῶτος πορεύεται διακοσμῶν πάντα καὶ ἐπιμελούμενος. τῷ δ᾽ ἕπεται στρατιὰ θεῶν καὶ δαιμόνων, κατὰ δώδεκα μέρη κεκοσμημένη· μένει δὲ Ἑστία ἐν θεῶν οἴκῳ μόνη. *Magnus ſane dux in cælo Iuppiter volucrem impellens currum, primus ince-*

dit omnia coordinans atque curans. Hunc ſequitur Deorum atque Dæmonum exercitus in duodecim partes diſtributus: ac Veſta ſola in atrio Deorum permanet. Quis enim magnus ille Iupiter, niſi Sol? is ſiquidem velociſſimum currum impellit, & convolvens totum ſtellarum exercitum ſecum trahit, duodecimque partes ſigniferi circumvolvit. Veſta autem, quæ terra eſt, in atrio harum ſtellarum immota conſiſtit. Orpheus in hymno ad Iovem, eundem Solem putat.

> Ζεῦ πάτερ, ὀψίδρομον πυραυγέα κόσμον ἐλαύνων,
> *Iupiter pater, altijugum igneum orbem impellens.*

Et clarius hoc exprimit hocce verſu:

> Εἷς Ζεὺς, εἷς Ἀΐδης, εἷς Ἥλιος, εἷς Διόνυσος,
> *Idem Iupiter, idem Pluto, idem Sol, idem Dionyſus.*

Vt & hiſce:

> Ἄγλαε Ζεῦ, διόνυσε πάτερ πόντου, πάτερ αἴης
> Ἥλιε, παγγενέτορ, παναίολε, χρύσεο φέγγος.
> *Splendide Iupiter, Dionyſe pater Ponti, pater Terræ*
> *Sol, omnium genitor, varie, aureum jubar.*

Recte itaque Servius l. I. Aen. *Omnes in iis partibus Solem colunt, qui ipſis Bel dicitur.* Hic itaque Bel, Belus, Belis, Belenus Belatucadrus, ipſiſſima Solis nomina ſunt, qui tam ab Orientalibus quam Occidentalibus pro Deo cultus fuit.

CAP.

CAP. VIII.

Tharamis. *Celtarum Deus. Ab exteris Iupiter creditus. Conjectura in monumentum quod in Cimbria regione Britanniæ exſtare dicitur.*

THaramis a Celtis Deus habitus eſt: cujus Lucanus l. 1. Pharſ. mentionem facit:

Et Tharamis Scythicæ non mitior ara Dianæ.

Creditus fuit ab exteris Iupiter. D. Cæſar l. VI. Comm. Bell. Gall. Venerantur & Iovem, quem Imperium cœleſtium tenere arbitrantur. Legitur adhuc in Cumbria apud Louther ut V. CL. Seldenus in Syntagm. II. c. II. de DIIS Syris refert, aræ cujusdam inſcriptio; quam nomen Tharamis præ ſe ferre auguror. Et hic fuit etiam olim a Britannis cultus. Legitur autem vitioſe admodum, litera A, quæ poſt T ſcribenda erat, ſculptoris incuria in locum penultimum rejecta. Si autem Metatheſis adhibebitur, elucebit Sole clarius nomen hoc Tharamis. Sic autem legitur:

DEABVS MATRIBVS.
TRAMAI. * VEX. CERMA   *rectius
PV. R. D. PRO SALVTE   TARAMI.
R. FVS. L. M.

Nec

* Doctiſſimus *Thomas Gale* in Comment. ad Antonini Iter Britannicum p. 7. legit BRAMAE VEXILLATIO GERMANORVM, vel VEXILLARIVS. *Habemus* enim in ea regione BREMENIVM, de quo *Antoninus* p. 6. quodque BRAMENIVM legendum *Anonymus Ravenas* indicat. Lapidem Deabus Matri-

Nec dubium eſt quin Tharamis ſub Iovis nomine cultus fuerit. Nos, quia plura de eo dicenda non ſuperſunt, ad Labyrinthum pene alterum, de Iſide, Minerva, Veſta, Vrania Venere, Marte Deum, Ertho, ſeu terra, & Luna aliquid dicturi, digredimur. Hi enim Dii Germanis cogniti fuerunt.

Cap. IX.

Vrania Venus. *Cæleſtis. Pænorum Dea. Baaleth Schamaim.* Βήλθης. *Origo Deæ. Sacrum* πυφάλιον. *Veneris etymon varium. Non a veniendo dicebant. Vnon eſt Græcorum. Romanis incʔgnita ſub Regibus. Orientale numen. A Benoth dicta. Sicca Veneria colonia Afrorum. Biros Dea. Pandemus. Apoſtrophia. Pandemi cultum Theſeus tradidit. Græcorum* Ἀφροδίτη. *Ab* ἀφρός. *Orientalium Alterdaga. Derceto quibusdam. Venui eſt. Cauſa. Piſces Syri venerantur. Affligebantur enim qui piſces comederent. Salambo Veneris cognomen. Vti & Delephat. A ſpuma ſiquidem orta. Vecta in concha. Hinc concha Cytheraica. Dione etiam dicta. Amoribus præfecta. Migonitis unde. Syracuſarum Callipygus. Melanis alias. Colias. Aurea Venus.* Μεταμόρφωσις *Deorum, varia moneta forma. Indorum Elephas. Verticordia. Speculatrix. Calva Romanorum. Annata Lacedamoniorum.*

Ἀρεία

bus Tramai vel Bramae cultis poſitum exiſtimat Cel. *Jo. Georg Keyslerus* in Antiq. Sel. Sept. & Celt. p. 390. haut infrequenti uſu, ut nomina urbium, quæ Matres ſingulari cultu proſequebantur, ſimul exprimerentur. *Schedius* TARAMVM vel TANARVM Deum ex TRAMAI facit; verum obſtat illud, quod Jupiter Taranus ſive Thor primo loco nominandus fuiſſet. Cæterum idem marmor legas apud *Seldenum* de Diis Syris p. m. 258. ubi addit: *Quid ſibi vellet Tramai ne hariolari quidem auſus ſum.*

Ἄρεια. *Cluacina. A cluere.* Guebara *a Cloacis deducit. Equeſtris. Maſcula. Barbata.* Ἀφῤῥενόθηλυς Ἀφρόδιτος *Venus Deus. Sexus in numinibus confuſi. Lunus. Luna. Maſculus Luna. Vrania alias Vranus. Minerva Orpheo* Ἀρσενόθηλυς. *Eadem Venus. Cauſa. Vrania ſine Cupidine. Cupido ex chao proſiliit. Minerva lanificio præpoſita Venus etiam. Vtraque armata. Minerva Onca Phœnicum. Phœnicia Dea. Veneri ſacra Phœnicia. Veſta Minervæ cognomen. Cauſa. Vtraque invenit domus extructionem. Minerva, Veſta Veneris cognomina. Veſta ignis. Vti & Venus.* Ἑωσφόρος *alias. Cocab Templum in Cnido. Vnde Cnidia.* Θεὸς γυναικεία. *Loca ſacra. Erycina. Columba Veneri dicata. Currum trahunt.* Ἀγαγώγια *Veneris. Venus ipſa columba.* Ῥοδαχεὺς Ἀφροδίτα. *Roſa ſacra Deæ. Myrtus. Venus ex ovo edita, uti & Cupido. Semiramis. Sacri Veneri olores. Babla Syrorum nomen Venus. Cauſa. Mylitta etiam, Veneris cognomen apud Aſſyrios.* Γενέτειρα. *Venus Genetrix. Mater Deum. Vnde nomen obtinuit. Dea Syria. Terra explicatur. Germanis Erthus. Dea dicta. Ritus ſacrorum. Tacitus corrigendus. Cur ſervi in ſacris. Boves fœminæ. A priſcis non comeſtæ. Taurinum caput Veneris inſigne. Aſtarte Venus & Afrorum Vrania. Aſtarte illa ſeu Vrania Io. Germanorum Dea. Marmora Iſidis. Collis Iſidis.* Iſenberg. *Conjectura in Inſignia Auguſtæ Vrbis Vindelicorum. Spica. Sacra in Germania. Numen Orientis dicta. Hordei inventrix. Ceres alias. Cauſa. Ceres viridis dicta. Terra hæc. Vti & Iſis. Cornua ejus inſignia. Quaſi Luna foret. Cornutum altare in Creta. Ceraſtia Cyprus dicta. Veneris pœna. Hæc etiam Luna dicta. Stiophalus Hecaticus. Rhombus Veneris. Hecate maleficarum Venus. Luna alias. Lucifera.* Νυκτίδρομος. *Diana. Proſerpina. Lunæ cognomina. Vti & Iana. Iuno Novella Pronuba dicta. Nuptiis erat præfecta. Pœnorum numen. Aſtarte alias. Aſtroarche Luna. Covum veteribus Cœlum. Regina Cœli. Diana Anaitis. Sol Amanus. Sylvarum cuſtos. Parturientium Dea. Lucina. Etymum.* Εἰλείθυια. *Ad-*

Ver.

verſum numen. Fœminea forma. Etymon hujus nominis. Arabum Halilath. Noctiluca. Lilith Iudæorum. Ἔξω γλαῦκε. Exeſto. Γλῶσσα τύχη. Favete vocibus. Natio Dea. Luna πολυώνυμος. Germanorum Dea. Germani ante novam Lunam non pugnant. Caſar hinc Arioviſtum devicit. Vti & Græci τῇ πανσελήνῳ. Terror ob Lunæ defectum. Perſeus victus. Nicias caſus. Columbi ſtratagema. Carminibus deduci credita. Æris pulſu adjuvari Deam priſcis opinio erat. In rebus divinis æris uſus creber admodum. Omnia Dearum numina ad unam referuntur Lunam. Ceu Deorum ad Solem. Myſtice autem unus Deus Philoſophis. Quem Antiqui ſidera credebant.

DIvus I. Cæſar l. VI. Comment. Bell. Gal. Lunam a Germanis eſſe cultam ſcribit. De Celtis idem: *Minervam colunt, quam operum atque artificiorum initia tradere perſuaſum ſibi habent.* Tacit. in l. de Mor. Germ. *Pars Suevorum & Iſidi ſacrificat. In commune terram matrem colunt, Hertham * dictam.*

* Diſcrepant Manuſcripti Codices, cum alii *Herthum* legant, alii *Nerthum*, alii *Verthum*. Veram tamen priorem lectionem nullo negotio agnoſcimus, hodieque terram cum adſpiratione *Herde* adpellant Helvetii. Accedit, quod focus, cui ignis imponitur, quique antiquiſſimis temporibus concumulata tantum terra ſtruebatur Germanis Heerd, Anglis *Hearth* dicitur, quemadmodum Romanis eadem notio & terram & focum ſignificabat, docente *Ovid.* lib. 6. Faſtor:

Veſta eadem eſt & terra: ſubeſt vigil ignis utrique
Significant ſedem terra focusque ſuam.

Cæterum Herthæ etymon adfinia in plerisque invenit linguis, & veteribus quoque Latinis *bomerda, bucerda, mucerda* erat hominis, bovis, muris ſtercus. conf. *Senec.* l. 6. c. 16. *Rheda* Septentrionalium ac *Sifa* eadem eſt quæ *Hertha*, nec non *Gro* Dea, de qua *Edda*; uti per literas me docuit Nobiliſſimus *Keyslerus*.

dictam. Herodotus vero Veſtam, Terram, Vraniamque Venerem colere arbitratur. Tanta varietas autorum, qua quilibet Deam notiore ſibi nomine vocat, commode ad unam reduci perſonam poterit. Polyonymia enim maxime, ut ſuperius jam tum dictum, apud gentes valuit. Hinc tam varia Deorum, Dearumque nomina, ut vix quis ſeſe extricare poſſit. Vrania autem Venus, quam a Germanis cultam Herodotus tradit, etiam a Græcis culta fuit: cœloque edita, unde Cœleſtis * dicta. Plato in Alcibiade: πάντες γὰρ ἴσμεν ὅτι οὐκ ἔστιν ἄνευ Ἔρωτος Ἀφροδίτη· ταύτης δὲ μιᾶς μὲν οὔσης, εἷς ἂν ἦν Ἔρως. ἐπεὶ δὲ δύο ἐστὸν, δύο ἀνάγκη καὶ Ἔρωτε εἶναι. πῶς δ᾽ οὐ δύο τὰ θεά; ἡ μέν γέ που πρεσβυτέρα, καὶ ἀμήτωρ, οὐρανοῦ θυγάτηρ, ἣν δὴ καὶ οὐρανίαν ἐπονομάζομεν, ἡ δὲ νεωτέρα. Διὸς καὶ Διώνης, ἣν δὲ πάνδημον καλοῦμεν: *Omnes enim ſcimus, quod nulla eſt Venus ſine Cupidine: quæ ſi una ſit, unus erit etiam Cupido. At cum ſint duæ, binos eſſe Cupidines neceſſe eſt. At quo pacto non duæ ſint Deæ? Altera ſiquidem antiquior & ſine matre Cœli filia exiſtit, quam Cœleſtem nominamus: altera junior, Iovis & Diones,*

* *Seldenus* de Diis Syris Syntagm. II. cap. 7. p. 309. cœleſtem hanc Vraniam unam eandemque facit cum Venere Mylitta Babylonica, cujus ſacra ſpurciſſima erant, & tangi videantur *Levit.* XIX. 29. Sed fallitur: perpetua enim eſt illa inter Venerem πάνδημον & cœleſtem ſive οὐρανίαν apud veteres diſtinctio, vide *Petr. Jurieu* dans l'hiſtoire des dogmes & cultes de l'Egliſe P. IV. cap. 7. p. 692. & *Carolum Patinum* in Commentar. in antiquum Marcellinæ monumentum p. 407.

Diones, quam vocamus popularem. Orpheus in Hymnis:

> Οὐρανία, πολύυμνε, φιλομμειδὴς Ἀφροδίτη,
> Ποντογενὴς, γενέτειρα θεά.
> *Cœleſtis, laudanda, riſum amans Venus,*
> *Ponto genita, genetrix Dea.*

Monumentum Romæ ſacrum ſic ſe habet:

INVICTÆ
CÆLESTI
AVR. ONESI
MVS. D. D.

Herodianus l. v. de Heliogabalo: Φασὶ δὲ αὐτὴν Διδὼ τὴν Φοίνισσαν ἱδρύσασθαι, ὅτε δὴ τὴν ἀρχαίαν Καρχηδόνα πόλιν ἔκτισε βύρσαν κατατεμοῦσα. Λίβυες μὲν οὖν αὐτὴν Οὐρανίαν καλοῦσι, id eſt, *dicunt vero illam* (effigiem) *Didonem Phœniſſam, cum antiquam Carthaginem, diſſecto corio extruxerit. Hanc Afri Vraniam nominant.* Tertullian. in Apologet. *Vnicuique etiam provinciæ & civitati ſuus Deus eſt, ut Syriæ Aſtartes, ut Arabiæ Duſares, ut Norici Belenus, ut Africæ Cœleſtis.* Salvianus l. VIII. de Providentia Dei. *Cœleſtem illam.* Ierem. VII. v. 18. לעשות כונים למלכת השמים ad faciendum popanam Reginis cœlorum. Quænam hæ reginæ Cœleſtes, niſi forſitan illæ, quas alias בעלתשמים Dominas cœli vocabant. Quæ autem illa Regina ſeu *Domina cœli*, niſi Venus duntaxat Olympia? quæ Græcis etiam Βήλης ab Hebræo deducta voce dicitur. Megaſthenes apud Euſebium Venerem vocat Βασίλειαν Βῆλτιν. Heſychius: Βήλθης ἡ Ἥρα, ἡ Ἀφροδίτη;

δίτη, id eſt, *Belthes Iuno, ſive Venus.* Pauſanias in Achaicis: *Præ cæteris quidem Diis religioſiſſime Cœleſtem Venerem colunt, in cujus ædem penetrare viris nefas. Hanc in Atticis primo omnium ab Aſſyriis cultam fuiſſe, a quibus Paphii acceptum ritum ſacrorum cum Phœnicibus, qui in Palæſtina Aſcalonem urbem incolunt, Phœnices cum Cytheriis communicarunt. Athenis vero eam religionem induxit Ægeus, cum Veneris ira & prolem ſibi non obtigiſſe, & ſororibus calamitatem immiſſam putaret.* In Corinthiacis: *prope Liberi, eſt etiam Cœleſtis Veneris fanum.* In hujus ſacris vinum non adhibebatur, ut Polemo in Timæo ſcribit: Ἀθηναῖοι τε γὰρ ἐν τοῖς τοιούτοις ἐπιμελεῖς ὄντες, καὶ τὰ πρὸς τοὺς θεοὺς ὅσιοι, νηφάλια μὲν ἱερὰ θύουσι Μνημοσύνῃ, Μούσαις, Ἠοῖ, Ἡλίῳ, Σελήνῃ, Νύμφαις, Ἀφροδίτῃ Οὐρανίᾳ, id eſt, Athenienſes harum rerum obſervandarum ſtudioſi, & in ſacrificiis Deorum faciendis diligentes ac pii, Nephalia ſacra faciunt Mnemoſynæ, Muſis, Auroræ, Soli, Lunæ, Nymphis, Veneri Uraniæ. Unde autem Venus dicta, Autores

- - *variant, & adhuc ſub judice lis eſt.*

Cicero l. II. de Natura Deor. *Quæ autem Dea ad res omnes veniret, Venerem noſtri nominaverunt.* Auguſtin. l. VI. c. VIII. de C. D. quod ſine ejus vi fœmina virgo eſſe non deſinat, Arnob. l. III. contra Gentes: *Quod nomen a veniendo dictum.* Sane Veneris nomen neque Græcum, neque Romanum eſt. V enim literam Græci non habent. Et ſi citeriora ſecula apud Romanos a veniendo eam nominaſſent, certe accuratiori analogia uſa eſſent, neque maſculi-

na terminatione, qua cæteræ Deæ carent, τὸ Venus efformaſſent. Cingius apud Macrob. l. I. c. XII. Saturn. in eo libro, quem de feſtis reliquit, ait imperite quosdam opinari Aprilem menſem antiquos a Venere dixiſſe, cum nullus feſtus dies, nullumque ſacrificium inſigne Veneri per hunc menſem a majoribus inſtitutum ſit. Sed ne in carminibus quidem Saliorum * Veneris ulla, ut cæterorum Cœleſtium laus celebratur. Cingio etiam Varro conſentit, affirmans nomen Veneris, ne ſub Regibus quidem apud Romanos, vel Latinum, vel Græcum fuiſſe. Idcirco ex Orientalium idiomate deductum. Legitur autem II Reg. c. XVII. verſ. 30. ואנשי בבל עשו את־סכות בנות, *Et homines Babelis fecerunt Succoth Benoth*. Interpretantur autem סכות בנות tabernacula filiarum. Sed Seniores σωκχὼθ Βένοθ vertunt, tanquam propria cujusdam idoli nomina. Sacra enim hæc apud Aſſyrios fiebant, puellæque in tabernaculis pudicitiam proſtituebant hoſpitibus, ut c. IV. hujus in Syngrammat. dictum fuit, ubi sacrorum Priapi mentio facta. Benoth autem hæc ab Olympiodoro ad Ierem. c. VII. v. 18. Venus putatur. Hæc enim בעלת השמים Regina cœli. Ἀφροδίτῃ τυχὸν ἢ τινι προαγωγῷ. ἴσως δὲ καὶ εἰς καθαρμὸν τοῦτο ἐποίουν αἱ δυστυχεῖς, Veneri forſan hoc faciebant aut Lenæ alicui. Forſan etiam ad februationem miſeræ mulierculæ. Eucherius Lugdunenſis ad IV Reg. XVII. Viri Babylonii fecerunt Succoth,

* De Saliis lege *Tob. Guthberletbum* libro ſingulari Franeq. 1704. 8. & *Jo. Dan. Ramum* in Diſſ. de Ancilibus Romanorum, Hafn. 1706. 4.

coth, id eſt, tabernacula Benoth. Et melius, nî fallor, faceret interpres, ſi Succoth Latine in tabernacula verteret & nomen Idoli Benoth abſolute poneret. Certum eſt a Phœnicibus, cum in Africam colonias deducerent, τὸ Succoth Benoth a Babyloniis acceptum, Africæ intulerunt, coloniamque M. Paſſuum plus minus cxx. a Carthagine extruxerunt, cui nomen Sicca Venerea fuit. Hic Arnobius claruit, ut B. Hieronymus in Chron. teſtatur. Plin. etiam l. v. c. III. Siccæ urbis mentionem facit; Siccenſis civitatis Victor Uticenſis l. II. de Vandalica Perſecutione. Sicca Venerea autem Ptolomæo, Procopio libro ſecundo Vand. Antonino in Itinerario dicitur. Idem inſuper ritus, eadem ſacra in Sicca Venerea erant, ut in Babyloniis. Valerius Maxim. libro II. capite VI. Siccæ eſt fanum Veneris, in quod ſe Matronæ conferebant atque inde procedentes ad quæſtum, dotes corporis injuria contrahebant. Hinc Syccenſis Venus apud Gyrald. Syntagm. XIII. vocatur. Et optime quidem Syccenſis dicitur. Nomen enim Veneris ex Benoth reſultat. Omnibus enim notum quod B ſæpiſſime apud autores tranſeat in V. propter cognationem quam inter ſe habent. Ut ex unico loco apparet Mſ. Cam. pr. exvivit, pro exbibit in Plauti Milit. Glorioſ. act. III. ſc. II. ſec. exivit. Ut facile appareat, exbibit retinendum, ſive veteri ſcriptura exvivit. Hæc ex Taubm. notis ad Plaut. Si autem & Tau finale in Σ mutetur, uti modernorum quidam Iudæorum pronuntiant, legitur VENOS pro BENOTH. Βῖνος autem ſi Græce pronuciabis, erit Venus noſtra. Suidas: Βῖνος

 ἄνευ-

ὄνομα θεᾶς. VENOΣ GEN. etiam legitur in nummis Iuliæ Auguſtæ Septimii Severi uxoris. Pandemus etiam dicta eſt Venus, ut Pauſanias in Bœoticis tradit: qui tamen tres eſſe ſtatuit. Quamvis virtutibus diverſis unum nomen ſit. Sic autem ille: *Tres Veneres ſunt, quarum unam Cœleſtem, Popularem alteram, tertiam Apoſtrophiam nominant. Cognomina impoſuit Harmonia, Uraniæ puram ſignificans & corporum cupiditate vacantem amorem: Popularis vero ob Venerios congreſſus: jam vero Aſtrophiæ numen coli inſtituit,* id eſt, Averſatricis, *quo ab exlege cupiditate, & inceſtis ſtupris hominum genus averteret.* Idem etiam in Atticis: *Popularis Veneris cultum Theſeus primus invenit, & apud Athenienſes inſtituit.* Cœlius autem Rhod. l. XIV. c. IV. A. L. ex Athen. l. XIII. c. IX. ſcribit: Nec me fallit tamen eſſe, qui Pandemi Veneris in veteri foro ſacellum putent conſtitutum, appellatione deflexa, quod illuc populus confluxerit univerſus. Aphrodite autem Græcis dicitur παρὰ τοῦ ἀφροῦ a ſpuma; quia ſpuma edita credebatur. Muſæus in Leandro:

Ἀγνώσσεις ὅτι Κύπρις ἀπόσπορός ἐστι θαλάσσης,
Καὶ κρατέει πόντοιο, καὶ ἡμετέρων ὀδυνάων.
Cognoſcis quod Venus ſine ſemine orta ſit ex mari,
Et imperet ponto, noſtriſque doloribus.

Heſiodus in Theog.

- - τὴν δ' Ἀφροδίτην
Ἀφρογένειάν τε θεὰν, καὶ εὐστέφανον Κυθέρειαν
Κικλήσκουσι θεοί τε καὶ ἀνέρες. οὕνεκ' ἐν ἀφρῷ
Θρέφθη. - -

Vene-

- - Venerem vero
Spumo genitam Deam, & bene coronatam Cythercam
Vocarunt Dii & homines. quia in ſpumo
Nutriva eſt. - -

Homer. in hymno Veneris:

- - ὅθι μὲν ζεφύρου μένος ὑγρὸν ἀέντος
Ἤνεικεν κατὰ κῦμα πολυφλοίσβοιο θαλάσσης,
Ἀφρῷ ἔνι μαλακῷ.

- - Vbi illam Zephyri vis molliter ſpirantis
Suſcitavit per undam multiſoni maris
Spuma in molli.

Pulcerrime Sidonius Antipater Epigrammate in Venerem Emergentem Apellis luſit; quod ſic legitur:

Τὰν ἀναδυομέναν ἀπὸ ματέρος ἄρτι θαλάσσας
Κύπριν Ἀπελλείου μόχθον ὅρα γραφίδος.
Ὡς χερὶ συμμάρψασα διάβροχον ὕδατι χαίταν,
Ἐκ λίβει νοτερῶν ἀφρὸν, ἀπὸ πλοκάμων.
Αὐταὶ νῦν ἐρέουσιν Ἀθαναίη τε καὶ Ἥρα,
Οὐκ ἔτι σοὶ μορφᾶς εἰς ἔριν ἐρχόμεθα.

Egreſſam ex matris tumore maris
Venerem Apellæi nobile opus ductus.
Quia manu exprimit de crinibus æquoream undam,
Exprimit e longis ſpumam comis.
Ipſæ nunc interrogarunt ſe invicem Minerva & Iuno,
Non amplius tecum de forma in contentionem veniemus.

ὄνομα θεᾶς. VENOΣ GEN. etiam legitur in nummis Iuliæ Auguſtæ Septimii Severi uxoris. Pandemus etiam dicta eſt Venus, ut Pauſanias in Bœoticis tradit: qui tamen tres eſſe ſtatuit. Quamvis virtutibus diverſis unum nomen ſit. Sic autem ille: *Tres Veneres ſunt, quarum unam Cœleſtem, Popularem alteram, tertiam Apoſtrophiam nominant. Cognomina impoſuit Harmonia, Uraniæ puram ſignificans & corporum cupiditate vacantem amorem: Popularis vero ob Venerios congreſſus: jam vero Aſtrophiæ numen coli inſtituit*, id eſt, Averſatricis, *quo ab exlege cupiditate, & inceſtis ſtupris hominum genus averteret.* Idem etiam in Atticis: *Popularis Veneris cultum Theſeus primus invenit, & apud Athenienſes inſtituit.* Cœlius autem Rhod. l. XIV. c. IV. A. L. ex Athen. l. XIII. c. IX. ſcribit: Nec me fallit tamen eſſe, qui Pandemi Veneris in veteri foro ſacellum putent conſtitutum, appellatione deflexa, quod illuc populus confluxerit univerſus. Aphrodite autem Græcis dicitur παρὰ τοῦ ἀφροῦ a ſpuma; quia ſpuma edita credebatur. Muſæus in Leandro:

> Ἀγνώσσεις ὅτι Κύπρις ἀπόσπορός ἐστι θαλάσσης,
> Καὶ κρατέει πόντοιο, καὶ ἡμετέρων ὀδυνάων.
> *Cognoſcis quod Venus ſine ſemine orta ſit ex mari,*
> *Et imperet ponto, noſtriſque doloribus.*

Heſiodus in Theog.

> - - τὴν δ' Ἀφροδίτην
> Ἀφρογένειάν τε θεὰν, καὶ ἐϋστέφανον Κυθέρειαν
> Κικλήσκουσι θεοί τε καὶ ἀνέρες. οὕνεκ' ἐν ἀφρῷ
> Θρέφθη. - -

Vene-

- - Venerem vero
Spumo genitam Deam, & bene coronatam Cytheream
Vocarunt Dii & homines. quia in ſpumo
Nutrita eſt. - -

Homer. in hymno Veneris:

- - ὅθι μὲν ζεφύρε μένος ὑγρὸν ἄεντος
Ἤνεικεν κατὰ κῦμα πολυφλοίσβοιο θαλάσσης,
Ἀφρῷ ἔνι μαλακῷ.

- - Vbi illam Zephyri vis molliter ſpirantis
Suſcitavit per undam multiſoni maris
Spuma in molli.

Pulcerrime Sidonius Antipater Epigrammate in Venerem Emergentem Apellis luſit; quod ſic legitur:

Τὰν ἀναδυομέναν ἀπὸ ματέρος ἄρτι θαλάσσας
Κύπριν Ἀπελλείε μόχθον ὅρα γραφίδος.
Ὡς χερὶ συμμάρψασα διάβροχον ὕδατι χαίταν,
Ἐκ λίβει νοτερῶν ἀφρὸν, ἀπὸ πλοκάμων.
Αὐταὶ νῦν ἐρέεσιν Ἀθαναίη τε καὶ Ἥρα,
Οὐκ ἔτι σοὶ μορφᾶς εἰς ἔριν ἐρχόμεθα.

Egreſſam ex matris tumore maris
Venerem Apellæi nobile opus ductus.
Quia manu exprimit de crinibus æquoream undam,
Exprimit e longis ſpumam comis.
Ipſæ nunc interrogarunt ſe invicem Minerva & Iuno,
Non amplius tecum de forma in contentionem veniemus.

Hinc apud Orientales ob marinam originem Atergatis, * potius & rectius quidem *Aderdaga* vocanda, indigitatur. אדיר דג enim piſcem magnificum denotat. Sic autem Dea Hieropolitana deſcribitur, quæ apud Aſſyrios Dea fuit habita, teſte Macrob. l. 1. Sat. c. XXIII. Et Strabon. l. XVI. qui ſic deſcribit: ἣν καὶ Ἔδεσσαν καὶ Ἱερὰν πόλιν καλοῦσιν, ἐν ᾗ τιμῶσι τὴν Συρίαν θεὸν τὴν Ἀταργάτιν, id eſt, *hanc & Edeſſam & Sacram Urbem vocant, in qua venerantur Syriam Deam Atargatin.* Plin. l. V. c. XXIII. Nat. Hiſt. *Ibi prodigioſa Atargatis, Græcis autem Derceto dicta colitur.* Hanc Lucianus ſic deſcribit: Ἡμισέη μὲν γυνή, τὸ δὲ ὁκόσον ἐκ μηρῶν εἰς ἄκρους πόδας, ἰχθύος ἀποτείνεται, *dimidia quidem fœmina, inferior vero pars a femore usque ad imos pedes in piſcem deſinit.* Diod. Sicul. l. II. τὸ μὲν πρόσωπον ἔχει γυναικός, τὸ δὲ ἄλλο σῶμα πᾶν ἰχθύος, id eſt, *faciem vero refert mulieris, ſed toto alias corpore piſcem.* Athenæus l. VIII. Dipnoſ. multa ex Xantho de Atargatide Dea citat. Iſidorus Charmenus in Sthathmis Parthicis Beſekanæ urbis Meſopotamiæ mentionem faciens, ἐν ᾗ ἱερὸν Ἀτάργατι fuiſſe dicit. Cauſam cur Venus piſcis formam habuerit, tradit M. Manilius l. IV. Aſtronomικῶν.

Scilicet in piſcem ſeſe Cytherea novavit,
Quum Babyloniacas ſubmerſa profugit in undas.

Angui-

* De vocis Aſtartes vera origine & ſignificatione, conf. Cel. *Theodori Haſai* Diatribe inſert. Biblioth. Brem. Claſſ. VIII. Faſc. IV. p. 707. ſqq.

Anguipedem alatis humeris Typhona furentem,
Inſeruitque ſuos ſquamoſis piſcibus ignes.

Alias etiam Derceto vocatur, quod nomen depravatum ex Atargatide forſitan venit. Ovid l. II. Metamorph.

- - & dubia eſt de te Babylonia narret
Derceti, quam verſa ſquamis velantibus artus
Stagna Palæſtini credant coluiſſe figura.

Plin. l. v. c. XIII. Hiſt. Nat. *colitur illis fabuloſa Derceto;* conſule etiam Strabon. l. XVI. Theon tamen in Arat. ſcribit piſces Dercetin tantummodo transvexiſſe: οἵ τινες Δέρκιν τῆς Ἀφροδίτης θυγατέρα ἐμπεσοῦσαν εἰς θάλασσαν, ἔσωσαν. ὅθεν εἰς τιμὴν τῆς θεᾶς οἱ Σύριοι ἰχθύων ἀπέχονται τούτων, *hi ſunt, qui Dercin filiam Veneris cadentem in mare ſalvaverunt. Unde in honorem Deæ Syri piſcium abſtinent horum eſu.* Syros autem piſces in ſummo honore habuiſſe Diodor. Sic. l. II. ſcribit: *Eſt in Syria urbs Aſcalon, a qua non procul ingens & profundus lacus, piſcium copia abundans, & in vicinia illuſtris Deæ templum, quæ* Derceto *Syris vocatur; facie mulierum, & toto alias corpore piſcem referens; idque has ob cauſas, accolarum hic diſertiſſimi fabulantur. Venerem ab illa offenſam, acrem juvenis in ſacrificantium turba non inelegantis, amorem Deæ injeciſſe. Suſceptaque è complexu Syri filia, cum facinoris eam puderet, juvenem necaſſe, puellulamque in petricoſum quendam locum ac deſertum expoſuiſſe; ipſam vero pudore & mærore compulſam in lacum ſe abjeciſſe, in piſcem inde transformatam. Hinc factum ut Syri etiam nunc ab id genus animante abſti-*

neant, Deorumque ritu piſces colant. Menander luculentiſſimus hiſce verſibus Syrorum abſtinentiam oculis exponit, apud Porphyrium l. IV. περὶ ἀποχῆς ἐμψύχων:

- - παράδειγμα τοὺς Σύρους λάβε,
Ὅταν φάγωσιν ἰχθὺν ἐκεῖνοι, διά τινα
Αὐτῶν ἀκρασίαν, τοὺς πόδας καὶ γαστέρα
Οἰδοῦσι. εἶτ' ἔλαβον σάκκιον, εἶτ' εἰς τὴν ὁδὸν
Ἐκάθισαν αὐτοὶ ἐπὶ κόπρῳ, καὶ τὴν θεὸν
Ἐξιλάσαντο τοῦ ταπεινῶσαι σφόδρα.
- - Ad exemplum Syros cape,
Si comedunt piſcem illi, propter quandam
Ipſorum incontinentiam, pedes & ventrem
Tumidi fiunt. Si capiunt ſaccum, ſi via
Volutant ſe in cœno, & De*æ*
Supplicant, ut tumores dimittant.

Xenophon περὶ ἀναβάσεως de Chalo fluvio l. 1. πλήρη δι' ἰχθύων μεγάλων καὶ πραέων, οὓς οἱ Σύροι θεοὺς ἐνόμιζον, καὶ ἀδικεῖν οὐκ εἴων, οὐδὲ τὰς περιστεράς, id eſt, *magnis vero ac manſuetis piſcibus refertiſſimus eſt, quos Syri pro* Dîs *habent, eosque violare æque ac columbas nefas putant.* Cic. l. III. de N. D. *Piſcem Syri venerantur.* Plutarch. l. περὶ δεισιδαιμονίας: τὴν Συρίαν θεὸν οἱ δεισιδαίμονες νομίζουσιν, ἂν μαινίδα τὶς ἢ ἀφύας φάγῃ, τὰ ἀντικνήμια διεσθίειν, ἕλκεσι τὸ σῶμα πιμπλάναι, συντήκειν τὸ ἧπαρ, id eſt, *Syriam* Deam *ſuperſtitioſi exiſtimant, ſi quis mænida & Aphyas comedat, anteriora tibiarum arrodere, ulceribus corpus implere, & jecur colliqueſacere.* Artemidorus l. 1. Oneirocr. Ἰχθύας πάντες ἐσθίουσι πλὴν Σύρων τινῶν, τῶν

τὴν

τὴν Ἀςάρτην σεβομένων, *piſces omnes comedunt præter Syrorum partem, Aſtarten venerantium.* Clemens Alexand. in Protreptico: τοὺς ἰχθῦς οὕτω σέβουσι περιττῶς ὡς Ἠλεῖοι τὸν Δία: *non minori cultu Piſces venerantur, quam Elei Iovem.* Et Ioannes Tzetzes Chil. IX. c. CCLXXV.

Σύρων γραφαὶ δὲ λέγουσιν ἰχθὺν αὐτὴν γενέσθαι
Ὅθεν οὐδὲ ἐσθίουσι τινῶν ἰχθύων Σύροι.
Syrorum ſcripta vero dicunt piſcem ipſam genuiſſe
Inde vero piſcibus quibusdam abſtinent Syri.

Et Ovid. l. II. Faſtor.

- - genus hoc imponere menſis,
Ne violent timidi piſcibus ora Syri

Hinc apud Babylonios Salambus * dicta eſt, uti auctor Etymologici magni in hac voce ſcribit: inquiens καὶ Σαλάμβας ἡ δαίμων παρὰ τὸ ἀεὶ περιφέρεσθαι καὶ ἐν σάλῳ εἶναι, καὶ ὅτι περιέρχεται θρηνοῦσα τὸν Ἄδωνιν, id eſt, *Salambas Dea eſt ſic dicta, quod ſemper in ſalo circumvehatur, & verſetur, & quod circumeundo Adonin plangat.* Σαλαίζειν autem ſecundum Suidam, θρηνέειν, κόπτεσθαι, plangere. Nulla autem alia Dearum plangit Adonin, & quidem mortuum, præterquam Venus: notiſſima

* Vide *Jo. Seldenum* de Diis Syris Synt. II. c. IV. p. 285. qui de origine hujus nominis, Veneri a Babyloniis dati, erudite diſquirit; nec non *Salmaſium* ad Lamprid. Anton. Heliogab. c. VII. Qui poſtquam vocem e Græco Σάλα derivaſſet, ſubjungit: *Feſtivum eſt, quod in Vet. Gloſſario MSS. reperiri hujus vocis SALAMBO interpretamentum: SALAMBO genus monſtri eſt.*

tiſſima ſiquidem fabula, & pueris trita. Hinc Heſychius expreſſe eam Venerem dicit: Σαλαμβὼ, ἡ Ἀφροδίτη παρὰ Βαβυλωνίοις. Apud quem etiam Δελεφὰτ dicitur a Babyloniis culta. Et דלפת quidem Venereum amplexum apud Babylonios notat. Sin vero a דלפא, id eſt, gutta derivetur, concurrit Græco, ἀπὸ τοῦ ἀφροῦ enim Ἀφροδίτη & Ἀφρὼ deſcendit. In Hebræo enim דלף ſtillavit, & דלף ſtilla reperiuntur, a quibus nomen hoc Veneris defluxit, Macrob. l. I. c. VIII. Venus a ſpuma, unde creata, Ἀφροδίτη nomen accepit. Virgil, l. V. Æn.

Fas omne eſt, Cytherea, meis te fidere regnis,
Unde genus ducis.

Ovid. l. 1. Metamorph.

Si tamen in medio quondam concreta profundo
Spuma fui, gratumque manet mihi nomen ab illa.

Vecta autem in concha eſt, in Cyprum inſulam, ut Statius l. 1. Sylv. canit:

Hæc & cæruleis, mecum conſurgere digna
Fluctibus, & noſtra potuit conſidere concha.

Hoc autem genus conchæ eſt, quod margaritas producit. Nulla certe dignior tribui Veneri poterat, & ob candorem, & ob levorem, & quia partus earum ſunt margaritæ, mulierum ornatui præcipue convenientes. Hinc hujuſmodi conchæ *Cytheriacæ* dicuntur. Martialis:

Levior ô conchis Galle Cytheriacis.

Item Erycinæ. Propertius:

Et venit è rubro concha Erycina mari.

Nec

Nec mirum eſt talem Deam concha vectam, cum inter concharum genera Neritæ ſint per maria navigantes, præbentes concavam ſibi partem, alteram vero flanti auræ, inſtar veli opponentes. Hinc etiam Διώνη ab humiditate dicta; διαίνειν enim humectare eſt. Unde etiam à Marone l. III. Æn. Dionæa mater vocatur. *Et Veneris filius Caſar Dionaus* IX. Buc. dicitur:

Ecce Dionæi proceſſit Caſaris aſtrum.

Hæc amoribus præfecta. Sic enim Iupiter apud Homer. Iliad. ε.

Καί ῥα καλεσσάμενος προσέφη χρυσῆν Ἀφροδίτην.
Οὔτοι τέκνον ἐμὸν δέδοται πολεμήϊα ἔργα.
Ἀλλὰ σύ γ' ἱμερόεντα μετέρχεο ἔργα γάμοιο.
Ταῦτα δ' Ἄρηϊ θοῷ, καὶ Ἀθήνῃ πάντα μελήσει.
Et advocans alloquutus eſt auream Venerem.
Non tibi filia mea commiſſa ſunt bellica opera.
Quin tu jucunda obi munera nuptiarum.
Hac autem Marti veloci, & Minervæ omnia curæ erunt.

Euripides in Coronifero Hippolyto:

Φοιτᾷ δ' ἀν' αἰθέρ'. ἔστι δ' ἐν θαλασσίῳ
Κλύδωνι Κύπρις. πάντα δ' ἐκ ταύτης ἔφυ,
Ἥδ' ἐστὶν ἡ σπείρουσα, καὶ διδοῦσ' ἔρον,
Οὗ πάντες ἐσμὲν οἱ κατὰ χθόν' ἔγγονοι.
Percurrit vero ætherem. Eſt autem in maris
Fluctibus Venus. Omnia vero ex ipſa ſunt,
Hac eſt qua ſeminavit, & dedit amorem,
Cujus omnes ſumus ex ſemine editi.

Sophocles in Trachiniis:

μέγα

- - μέγα τι σθένος ἁ
Κύπρις, ἐκφέρεται νίκας ἀεί.
- - *Magnum quoddam robur*
Venus, refert victorias ſemper.

Orpheus in hymn. virtutes ejus hiſce enarrat:

Πάντα γὰρ ἐκ σέθεν ἐστὶν, ὑποζεύξαο δὲ κόσμον,
Καὶ κρατέεις τρισσῶν Μοιρῶν, γεννᾷς δὲ τὰ πάντα,
Ὅσσα τ' ἐν οὐρανῷ ἐστι καὶ ἐν γαίῃ πολυκάρπῳ,
Ἐν πόντῳ τε βυθῷ τε.
Omnia enim ex te ſunt, junxiſti vero mundum,
Et imperas tribus Parcis, gignis vero omnia,
Quæ in cœlo ſunt, & in terra fertili,
In Ponto, marique.

Inde Migonitis Venus dicta, quaſi conjugalis. Pauſan. in Lacon. *è regione Gythei Cranaë inſula eſt, in qua Alexandrum rapta Helena, cum ea primum congreſſum Homerus dixit; quare in continentis terræ adverſo littore Veneris eſt Migonitidis ædes, quod eſt ac ſi conjugalis dixeris: ac regio illa tota Migonium vocatur: templum quidem Alexandrum tradunt faciendum curaſſe. At Menelaus octavo ferme poſt Trojæ everſionem anno domum incolumis reverſus, proxime ad Migonitidis ſignum Thetidis, & Deæ Praxidicæ, quaſi Vindicatricis dicas, dedicavit.* Apud Syracuſas Callipygus dicta eſt Venus, à præſtantia formæ. Duæ enim ſorores Syracuſanæ ruſtici cujusdam filiæ, de formæ præſtantia inter ſe decertabant in via publica. Acceſſit adoleſcens, qui formas admiratus, patri ſeni oſtendit. Eo majorem præferente ejus amore captus eſt. Profectus in urbem lecto cœpit decumbere. Morbi cauſam expoſuit fratri

fratri natu minori. Is rus profectus conſpectis puellis, minoris amore correptus eſt. Pater virginum collocat eas hujus filiis, quas cives ob inſignem pulcritudinem appellarunt καλλιπύγυς. Harum opibus exſtructum eſt Veneri templum, quam & ipſam a puellis dixere καλλίπυγον. De quibus Cercidæ Seazontem citat Athenæus l. XII. c. XXXII. Dipnoſ.

Ἦν καλλιπύγυς ζεῦγος ἐν Συρακούσαις.

Erat pulcrorum podicum par Syracuſis.

Eraſm. in Adagiis, & Gyrald. Dial. VII. hiſtor. Poët. Occultam autem Venerem eſſe debere, indicat ipſius nomen Melænis. Pauſan. in Corinth. & Arcad. *Veneris Melænidis delubrum eſt in Craneo Corinthiorum ſuburbano luco, & in Arcadia prope Mantineam; & apud Theſpienſes. Cognominis cauſam non aliam eſſe arbitror, quam quod homines noctu maxime liberis operam dent, cum pecudes interdiu fere ſui quaque ſemper generis fœminas ineant.* Idem tamen in Atticis Venerem Coliadem dicit; cujus ſignum in promontorio Coliade eſt. Suidas cauſam his reddit: *Athenienſis adoleſcens captus a Tyrrhenis, cum vinctus apud illos ſerviret, adamatus ab herili filia ſolvitur, domumque reverſus, Veneri ædem gratiarum actionis loco in littore, unde raptus fuerat, extruxit, Coliam a membris, quæ in vinculis preſſa fuerant, dictam.* Hinc ob reconciliſationem quandoque Aurea dicitur; vulgatiſſima apud Poëtas. Epimenides Cretenſis:

Γήματο δ' εὐωνύμην θαλερὴν χρόνος ἀγκυλομήτις,

ἐκ

Ἐκ τοῦ καλλίκομος γένετο χρυσῆ Ἀφροδίτη.

Duxit vero Euonymen floridam Saturnus conſiliis pollens,

Ex hoc pulcricoma genita aurea Venus.

Omnia enim auro parantur, ut magnus ille Orator inquit: πλοῦτος γὰρ κακίας μᾶλλον ἢ καλοκἀγαθίας ὑπηρέτης ἐστίν, hoc eſt, *divitiæ enim maxime malitiis, raro honeſtatis comites ſunt.* Hinc Iuppiter Danaën turri ahenea concluſam auro cœpit: ut Sidonii Antipatri verſus habent:

Ζεὺς κύκνος, ταῦρος, σάτυρος, χρυσὸς, δι' ἔρωτα

Λήδης, Εὐρώπης, Ἀντιόπης, Δανάης.

Iupiter fit cygnus, taurus, ſatyrus, aurum propter amorem

Ledæ, Europæ, Antiopæ, Danaæ.

Et alter ille quisquis eſt, ſic ludit:

Ὁ Ζεὺς τὴν Δανάην χρυσοῦ, κἀγὼ δέ σε χρυσοῦ.

Πλείονα γὰρ δοῦναι τοῦ Διὸς οὐ δύναμαι.

Iupiter Danaën cœpit auro, ego etiam te auro.

Plus enim dare, quam Iupiter non poſſum.

Et aliud cujusdam Græci pulcherrimum ſane & feſtiviſſimum, qui gratiam ſe habere dicit unguento, quod ope ejus potitus ſit amica:

Πέμπω σοι μύρον ἡδὺ, μύρῳ παρέχω χάριν, οὐ σοί.

Αὐτὴ γὰρ μυρίσαι, καὶ τὸ μύρον δύνασαι.

Mitto tibi unguentum molle; unguento gratiam habeo, non tibi,

Ipſa enim ungeris, & unguentum hoc poteſt.

Recte Apollodorus Gelous Comicus:

Καὶ κλείεθ' ἡ θύρα μοχλοῖς· ἀλλ' ἐδὲ εἷς
Τήκτων ὀχυρὰν ἔτως ἐποίησεν θύραν,
Δι' ἧς γαλῆ καὶ μοιχὸς ἐκ εἰσέρχεται.
Et clauditur janua peſſulis: Sed nunquam
Faber ita firmam fecit januam,
Ut non pateret feli atque adultero.

Cauſam addit Menander:

- - Τ' περήφανον γίνεθ' ἡλίαν τρυφή,
Ὅστε πλῦτος ἐξώκειλε τὸν κεκτημένον
Εἰς ἕτερον ἦθος, ἐκ ἐν ᾧ τὸ πρόθεν ἦν.
- - Immodicus luxus gignit arrogantiam,
Opesque faciunt, ut dominus
Eat in alios mores, qui nihil ſimile habent priſtinis.

Hinc Euſtathius l. γ. Iliad. transformationes Deorum in amoribus dona fuiſſe ſtatuit aurea, quibus impreſſa erant ſigna illa, quibus permotæ & incenſæ amatoribus operam locarunt. Et Homerus virgines ἀλφεσιβοίας vocat, quod ob formæ pulcritudinem facile amatorem inveniant, qui jugo boum eas donet. Arrianus de reb. geſt. Alex. Magni, ubi mentionem Iudaicarum mulierum facit, ſcribit eas adeo ob formam ſuperbire, ut neminem admittant, niſi prius Elephantem in amatorium munus transmittat. Regium enim eſt apud Indos vehi Elephanto. Quem igitur fortuna facie adeo amica aſpexit, quo poſſit tantam beſtiam in donum alii mittere, potitur voto ſuo. Honori ſiquidem ducitur, aliquam tantæ eſſe pulcritudinis, ut Elephantum forma ſua mereri poſſit. Sed ut Naumachus habet:

Καλὸν μὲν δέμας ἁγνὸν ἔχειν, ἀδμῆτά τε μίμνειν
Παρθενικὴν, καθαροῖσι τ' ἀεὶ μελεδήμασι χαίρειν
Pulcrum quidèm corpus caſtum habere, intactâmque manere
Virginem, & puris ſemper cogitationibus oblectari.

Namque ut Tibullus l. II. Eleg. canit:

Caſta placent Superis. --

Idcirco a Romanis Verticordia magno in honore habita fuit. Templum autem ei dedicandum ſtatuerunt Romani, cum tres Virgines Veſtæ dicatæ uno tempore pudicitiam minus ſartam tectamque conſervaſſent, quo animi earum ea virtute imbuerentur, ne tam abominabile malum ſibi ſuisque parentibus arceſſerent, ut Iul. Obſequens in l. de Prodig. commemorat. Templum autem dedicavit Sulpitia Servii Paterculi filia, Q. Fulvii Flacci uxor, quæ cum Senatus libris Sibyllinis per Decemviros inſpectis cenſuiſſet, ut Veneris Verticordiæ ſimulacrum conſecraretur: quo facilius Virginum, mulierumque mens a libidine ad pudicitiam convertertur, & ex omnibus matronis centum: ex centum autem decem ſorte ductæ, de ſanctiſſima fœmina judicium facerent, cunctis caſtitate prælata eſt, Valer. Maxim. l. VIII. c. XVI. Græcis tamen culta fuit ſub Speculatricis nomine. Pauſan. in Corinth. *Adhæret arx Maceriæ ſepto, curriculi ejus pars, quod Hippolyti nuncupant, ſupraque ipſum Veneris Speculatricis delubrum.*

brum, unde deſcendentem exercitationis cauſa Hippolytum in ſtadium intuebatur Phædra. Venus autem Calva apud Romanos magno in honore habita fuit. Lactantius, l. 1. de Ver. Relig. ſcribit Venerem cognomento Calvam apud Romanos cultam, eo quidem tempore, quo Roma a Suevis Senonibus ſeu Gallis incenſa fuit, Capitolio aſpera obſidione cincto, cum etiam venæ in arcubus deficerent, matronæ ſuperſtites comam abſciderunt: ex ea venæ arcubus additæ, hoſtesquè demum depulſi. Hinc libertate denuo potiti, in gratam rei memoriam ſtatuam Veneri erexère, cui cognomen Calvæ indiderunt ob abſciſſas a matronis comas. Similis Superſtitio legitur apud Lacedæmonios viguiſſe. *Hi enim*, Lactant. teſte l. 1. *cum cum reliquis Achivis pugnaſſent, & ſiniſtra fama maritos & viros omnes occiſos referens Spartam perveniſſet; fœminæ armatæ, tanquam alteræ Amazones excurrunt: Viris autem occurrentibus illis ob amorem, gratamque formam paſſim permixtæ fuerunt: ex hoc vulgato concubitu progeniti poſtmodum erexerunt ob hanc fœdiſſimam rem Veneri ſtatuam, quam Armatam indigitarunt.* Pauſanias l. III. f. in Lacon. *Non longe progreſſis collis eſt non utique magnus, in eo pervetus ædes, & ſignum armatæ Veneris.* Ibidem: *in poſtico Chalcireſi ædes eſt Veneris Areæ, idem prope eſt, ac ſi Martiæ dicas: ſigna ſunt ejus tam vetuſta quam alia quævis in Græcia.* Nonnus l. XXXV. Dionyſiacor.

Μὴ Σπάρτην ἐπίβηθι, μαχήμονας ἧχι πολῖται

 χαλ-

χάλκεον εἶδος ἔχουσι κορυσσομένης Ἀφροδίτης.
Ne Spartam ingredere, ubi bellicoſi cives
Ferream imaginem habent armatæ Veneris.

Romæ autem *Cluacina*, id eſt, armata dicta eſt: N. Perottus in Martial. Cluere enim veteres pugnare dicebant. Quippe traditur, myrtea verbena Romanos, Sabinosque cum propter raptas virgines dimicare voluiſſent, depoſitis armis purgatos in eo loco, qui nunc Veneris Cluacinæ ſigna habet. *Cluere* enim antiqui pugnare dicebant. Et in ea quoque arbore ſuffimenti genus habetur. Ideo tunc electa, quoniam conjunctioni, & huic arbori Venus præeſt, Plin. l. XV. c. XXIX. Calepinus in Etymologico magno ſcribit: *Cluere veteribus pugnare ſignificat:* eundemque locum cum Perotto ex Plin. citat. Wilhelmus Godelævius in Obſerv. ad Liv. l. III. Cloacinam Deam T. Tatius Rex conſecravit; cujus ſimulacrum, ut Lactant. ſcribit in cloaca repertum; Gyrald. Hiſt. Deor. Syntagm. 1. Cluacinæ legi exiſtimat, ut Venus intelligatur, Cluacina enim Venus a Romanis culta, ſic dicta eſt, ut Plin. l. XV. ſcribit, quod cluere antiqui pugnare dicebant. Quippe ita traditur myrtea verbena Romanos, Sabinosque, cum propter raptas virgines dimicare voluiſſent, depoſitis armis, pacificatos in eo loco, qui nunc ſigna Veneris Cluacinæ habet. Quod autem Anton. Guevara l. I. Horol. Princ. ſcribit, hanc Cloacis præfectam fuiſſe, uti ex Lactant. hauſit, puta primos Eccleſia doctores vocum interdum derivatione abuſos fuiſſe, quo Ethnicis tur-

turpitudine hac idolorum cultum exprobrarent, ab eoque ad veram religionem averterent. Armata autem alias Equeſtris, & Maſcula dicta eſt: quin etiam cognomen Barbatæ meruit. Serv. l. II. Æn. *Eſt etim in Cypro ſimulacrum Barbatæ Veneris.* Macrob. l. IIII. Saturn. c. VII. *Signum etiam hujus eſt Cypri barbatum corpore, ſed veſte muliebri; cum ſceptro ac ſtatura viri. Et putant eandem marem ac fœminam eſſe.* Calvus etiam habet: *Pollentemque Deum Venerem;* non Deam. Ariſtophanes ἀΦρόδιτον appellat. Levinus etiam ſic ait: *Venerem igitur almum adorant ſive fœmina, ſive mas eſt, ita uti alma noctiluca eſt.* Hinc Maro l. II. Æn. cum de Venere Æneam comitante loquitur, ſic canit:

Deſcendo, ac ducente Deo flammam inter & hoſtes
Expedior. –

Et in XII. Æn.

Nec dextræ erranti Deus abfuit.

Cum vel Iuno aut Alecto fuerit; Tibullus lib. II. Eleg. 1.

Omnia ſint operata Deo.

Cum ipſe agros luſtrans Cereris feſtum celebret. Sane Dii gentilium utriusque erant naturæ. * Serv. l. VI. Æn. *Non mirum eſt, cum ſupra diximus*

* Confer *Gyraldum* Hiſt. Deor. Synt. I. *Seldenum* de Diis Syris Synt. II. cap. 2. *Sheringhamium* de Orig. gent. Angl. p. 313. *Gisb. Cuperum* in Apotheoſi Homeri p. 227. ſq. & Cl. *Fabricium* Bibliogr. Antiq. p. 235. ſq.

rimus ἀρσενοθηλεῖς *eſſe omnes Deos.* Plutarch. in l. de Iſide & Oſir. μητέρα τὴν σελήνην τοῦ κόσμου καλοῦσι καὶ φύσιν ἔχειν ἀρσενόθηλυν οἴονται, id eſt, Matrem Lunam mundi vocant, & fluxum habere utriusque naturæ exiſtimabant. Hinc dubitatio ſemper de ſexu oriebatur. A. Gellius l. II. Noct. Attic. c. XXVIII. Propterea veteres Romani cum in aliis vitæ officiis, tum in conſtituendis religionibus, atque in DIIS immortalibus animadvertendis caſtiſſimi, cautiſſimique, ubi terram moviſſe ſenſerunt, nunciatumve erat, ferias ejus rei cauſa edicto imperabant. Sed Dei nomen, ita uti ſolet, cui ſervari oporteret, ſtatuere & edicere quieſcebant; ne alium pro alio nominando falſa religione populum obligarent. Eas ferias ſi quis polluiſſet, piaculoque ob hanc rem remotus eſſet: hoſtivam ſive Deo, ſive Deæ immolabat. Spartianus in Caracalla: *Sciendum doctiſſimis id quibusque memoriæ traditum, atque ita nunc quoque a Carænis præcipue haberi, ut qui Lunam fœmineo nomine ac ſexu putaverit nuncupandam, is addictus mulieribus ſemper inſerviat, at vero qui marem Deum eſſe crediderit, is dominetur uxori, neque ullas patiatur muliebres inſidias.* Vnde quamvis Græci & Ægyptii eo genere quo fœminam hominem etiam Lunam Deam dicant, myſtice tamen Deum dicunt. Hinc Lunus & Luna. * Tertullian. Apologet. XV.

* Paſſim occurrit in nummit in Caria, Phrygia Piſidia, cuſis, conſpiciturque habitu virili (in marmore Palmyreno apud *Spontum* in principio Miſcellan. eru-

XV. *Mæchum Anubin*, * *& maſculum Lunum, & Dianam flagellatam, & Iovis mortui teſtamentum recitatum, & tres Hercules famelicos irriſos.* Orpheus de Luna in Hymn.

αὐξομένη, καὶ λειπομένη, θῆλύς δε καὶ ἄρσην.

dit. Antiq.) cum pileo phrygio in capite, & corniculata luna dorſo impoſita, dextra capiſtrum tenens, ſiniſtra facem, aut vero haſtam dextra, ſiniſtra victoriam; ut apud *Valliant* Numiſm. Imperat. in Coloniis P. I. p. 166. in nummo Antonini Pii ibid. P. II. p. 4. in nummo Septimii Severi & p. 17. in alio nummo Juliæ Domnæ; in nummo Caracallæ p 26. quem etiam vulgaverat *Patinus.* p. 240. πάρεδρος ei gallus, unde & in Pythagoræ ſymbolis apud *Laertium* & *Jamblichum*: ἀλεκτρυόνος μὴ ἅπτεσθαι λευκοῦ, ὅτι ἱερὸς τοῦ Μηνὸς καὶ ἱκέτης. σημαίνει γὰρ τὰς ὥρας. Gallum album ne tangito, Menſi enim ſacer eſt, ejusque adminiſter, ſiquidem horas indicat. Vide *Ægidii Menagii* notas ad *Lærtii* L. VII. ſect. 34. p. 368. ſq. ubi etiam Illuſtris viri *Gisberti Cuperi* præclara de Luno Deo Obſervatio. *Caſaubonum* & *Salmaſium* ad *Spartiani* Caracallam cap. VII. *Iſaac. Jaquelotum* Diſſ. de exiſtentia Dei p. 4. *Petri Seguini* Numiſmata p. 94. *Ezech. Spanhemium* de præſtantia & uſu Numiſm. T. I. p. 193. ſq. edit. Londinenſis, & *Jac. Gronovium* T. II. Theſ. Antiq. Græc. tabula ecunda, quos laudat Cel. *Fabricius* in Menelogio ſp. 2.

** Anubis, modo integri Canis, modo Viri capite Canino inſtructi effigie in antiquitatis monumentis repræſentatur. Conf. *Sponius* in Miſcellan. Erud. Antiq. Sect. I. Artic. IV. *Chifletius* Gemm. Abrax Tab. 13. *Jo. Oliva* in Marmor Iſiacum Cap. XI. p. 82. ſq. & *Janus Jac. Boiſſardus* P. VI. Ant. Rom. p. 78.

Aucta, & deficiens, fœmina & maſculus.
Et Vrania Venus, ab Aſſyriis culta, de qua paullo poſt pluribus, ab Arriano l. VII. de geſt. Alexandri Magno Vranus, & a Straboane l. XVI. Iupiter vocatur. Arnobius l. III. adverſ. Gentes: *conſueſtis in precibus* SIVE TV DEVS ES, SIVE TV DEA, *dicere*. Hinc etiam Minerva ab Orpheo Ἄρσεν μὲν καὶ θῆλυς ἔφυς, dicitur, quæ nulla alia Dea, niſi armata Venus. Hæc enim ſemper virgo manſit, & ſine amore vixit, ut paſſim apud Scriptores occurrit, uti & Cœleſtis Venus. Hæc enim ſine Cupidine eſt. Plato in Phædro luculenter de Cupidinum origine diſſerit: ὅτι μέγας εἴη ὁ ἔρως, καὶ θαυμαστὸς ἐν ἀνθρώποις τε καὶ θεοῖς, πολλαχῆ μὲν καὶ ἄλλῃ οὐχ ἥκιστα δὲ κατὰ τὴν γένεσιν. τὸ γὰρ ἐν τοῖς πρεσβυτάτοις εἶναι τῶν θεῶν, τίμιον ἦ δ᾽ ὅς. τεκμήριον δὲ τούτου γονεῖς γὰρ ἔρωτος οὔτ᾽ εἰσὶν, οὔτε λέγονται ὑπ᾽ οὐδενὸς, οὔτε ἰδιώτου, οὔτε ποιητοῦ, id eſt, quod magnus Deus ſit, & hominibus Deisque admirabilis Cupido, id jam compertum eſt ſæpius, cum in aliis, tum in iis, quæ ad ejus originem ſpectant præcipue. Nec enim me præterit eſſe quidpiam præclarum inter antiquiſſimos Deos recenſeri, Cupidinis autem parentes neque ſunt, neque ab ullo vel privatorum, vel Poëtarum fuiſſe dicuntur. Et Heſiodus in Theogonia Cupidinem ſcribit ex informi Chao primum proſiliiſſe, & omnia inde nata eſſe:

Ἤτοι μὲν πρώτιστα χάος γένετ᾽, αὐτὰρ ἔπειτα

Γαῖ᾽

Γαῖ' εὐρύστερνος πάντων ἕδος ἀσφαλὲς αἰεὶ
Ἀθανάτων, οἳ ἔχουσι κάρη νιφόεντος Ὀλύμπου,
Τάρταρά τε ἠερόεντα μυχῷ χθονὸς εὐρυοδείης,
Ἠδ' ἔρος, ὃς κάλλιστος ἐν ἀθανάτοισι θεοῖσι
Λυσιμελὴς, πάντων τε θεῶν πάντων τ' ἀνθρώ-
πων
Δάμναται ἐν στήθεσσι νόον, καὶ ἐπίφρονα βου-
λήν.

Primo enim omnium quidem Chaos fuit, ac
deinde
Tellus lato pectore prædita, omnium ſedes ſem-
per
Immortalium, qui tenent juga nivoſi cœli,
Tartaraque tenebricoſa in receſſu terræ ſpa-
tioſæ,
Atque amor, pulcerrimus inter mortales Deos
Solvens curas, & omnium Dearum, omniumque
hominum
Domat in pectoribus animum, & prudens con-
ſilium.

Minervam autem lanificio præpoſitam fuiſſe, hæc Virgilii l. VII. Æn. arguunt:

-- Non illa colo calathisve Minervæ
Fœmineas aſſueta manus. --

Et Ovid. l. III. Faſtor.

Pallade placata lanam mollire puellæ
Diſcant, & plenos exonerare colos,
Illa jam ſtantes radio percurrere telas
Erudit, & rarum pectine denſat opus.
Hanc cole, quæ maculas læſis de veſtibus aufert,

Hanc cole verberibus quiſquis ahena paras.
Nec quiſquam invita faciet bene vincula planta
Pallade: ſit Tychio doctior ille licet.

Iam vero & Venerem texentem legimus apud Nonnum l. XXIV. Dionyſ. Eleorum etiam Phidias Venerem teſtudini inſidentem finxit, domi manendum ſignificans, & ſilendum fœminis. Debet enim loqui vel ad virum, vel per virum, nec, ſi per alienam linguam tibicinis modo ſermocinetur honeſtius, moleſte ferre, Plutarch. in præc. connubial. Iam ſi Pallas armata eſt, utique etiam Venus armata. Nomine differunt, non re. Et ſatis ſuperque nota eſt πολυωνυμία. Adde quod Minerva Onca dicitur, apud Phœnices. Stephan. Byzant. ex Euphorione: Ὄγκα ἡ Ἀθηνᾶ κατὰ Φοίνικας. Hoc etiam teſtantur Scholiaſtes Æſchyli in ἑπτὰ ἐπὶ Θήβας. Vti & Scholiaſtes Sophoclis in Oedip. Tyrann. ad illud

— Πρός τε Παλλάδος διπλοῖς ναοῖς.

Δύο ἱερὰ, inquit, ἐν ταῖς Θήβαις ἵδρυται τῇ Ἀθηνᾷ. τὸ μὲν Ὀγκαίας, τὸ δὲ Ἰσμηνίας. Duo templa Thebis collocavit Minervæ, unum quidem Oncææ, alterum vero Iſmeniæ. Hinc Ὀγκαῖαι portæ apud Thebas. Nonnus etiam l IV. Dionyſ. Ὀγκαίαν Ἀθήνην vocat. Minerva etiam Phœnicia dicta eſt a Lycophrone, ubi de Vlyſſe loquitur,

Δελφινόσημον κλῶπα Φοινίκης θεᾶς.
Aſtutum furem Phœnicia Dea.

Hæc autem eadem eſt cum Venere. Phœnicia ſiquidem Veneri ſacra, ut Scholiaſtes Aeſchyli ad locum in Supplicib. ſcribit:

Τᾶς

Ταῖς Ἀφροδίτας πολύπυρον αἶαν.
Veneris igneam terram.

Φοινίκην ἣν ἱερὰν Ἀφροδίτης φησὶ διὰ Βύβλου καὶ Λίβανον, id eſt, *Phæniciam, quam ſacram Veneri tribuit circa Byblum & Libanum.* Et Herodot. l. III. uti & Celſus apud Origin. l. IV. tradunt vetuſtiſſimis Aſſyriis Bacchum tantummodo & Vraniam cultos Deos; cætera illis incognita fuiſſe numina. Ab Aſſyriis autem & Arabibus cultum Vraniæ Perſas accepiſſe: ἐπιμεμαθήκασι τῇ Οὐρανίῃ θύειν παρὰ Ἀσσυρίων μαθόντες καὶ Ἀραβίων· *Vraniæ cultum ab Aſſyriis & Arabibus didicere.* Syri autem & Aſſyrii una natio, ut ex multis veterum locis patet. Syrorum etiam Phœnices portio ſane non exigua. Et ſic Minerva Cæſaris l. VI. Com. Bell. Gall. cum Herodoti Vrania unum numen eſt. Quod etiam de Veſta monemus. Hæc enim cum Minerva eadem eſt. Ariſtocritus l. II. μετὰ γὰρ τὸ κωλυθῆναι τὴν τῶν Τιτάνων ἀρχὴν, τὸν Δία δεξάμενον τὴν βασιλείαν, ἐπιτρέπειν ἑστίᾳ λαβεῖν, ὅτι βούλοιτο, τὴν δὲ πρῶτον μὲν παρθενίαν αἰτεῖσθαι· μετὰ δὲ παρθενίαν, ἀπαρχὰς θυομένων αὐτῇ νέμεσθαι πρώτῃ παρὰ τῶν ἀνθρώπων. id eſt, *Nam poſtquam dejecti ſunt Titanes, ac vetiti, ne ſuſciperent imperium, Iupiterque illud cepiſſet, optionem dedit Veſtæ capiendi, quod vellet. Hanc primum virginitatem poſtulaſſe inquiunt: & poſt illam, ut primitiæ omnium quæ ſacrificarentur, ſibi offerrentur ab hominibus.* Et hæc etiam Minervæ tributa. Callimachus in hymno in lavacro Palladis:

Ὡς φαμένα κατένευσε· τὸ δὲ ἐντελὲς ᾧ κ' ἐπινεύσῃ

Παλλὰς, ἐπεὶ μώνᾳ ζεὺς τόγε θυγατέρων
Δῶκεν Ἀθαναίᾳ, πατρῷϊα πάντα φέρεσθαι.

Sic loquuta annuit. Et hoc perficitur quod annuit

Pallas, poſtquam ſola Natarum Iupiter
Dedit Minervæ, paterna omnia ferre.

De virginitate autem Minervæ perpetua paſſim autores memorant. Iam vero ſi etiam Veſta domum exſtruxit prima, ut Poſidonius in I. de Heroibus & Dæmonibus habet: Ἡ γὰρ ἑςία Κρόνȣ θυγάτηρ. τὴν οἰκίαν καταρχὰς εὗρεν, ἣν ȣ͂ εὑρήματος ἕνεκεν ἐντὸς τῶν οἴκων ἔγραφεν, ἵνα καὶ τούτους συνέχοι καὶ φύλαξ εἴη τῶν ἐνοικȣ́ντων, id eſt, *Veſta Saturni filia domum primum invenit, quam etiam inventionis cauſa intra domos pingere conſueverant, ut & has ſervaret, & cuſtos eſſet in illis habitantium.* Eandem utique & Pallas ſeu Minerva primum invenit, cum Neptuno ob præſtantiam rei inventæ litem moveret. Lucian. in Hermotimo: φησὶ γὰρ ὁ μῦθος ἐρίσαι Ἀθηνᾶν καὶ Ποσειδῶνα καὶ Ἥφαιςον εὐτεχνίας περί. καὶ τὸν μὲν Ποσειδῶ ταῦρόν τινα ἀναπλάσαι, τὴν Ἀθηνᾶν καὶ οἰκίαν ἐπινοῆσαι: id eſt, *inquit enim fabula Palladem, Neptunum ac Vulcanum de artificio contendiſſe: atque Neptunum taurum fabricaſſe. Palladem excogitaſſe domum.* Iam vero Veſta & Minerva eadem numina, ejuſdem qualitatis & eſſentiæ: Minervaque armata Venus, & Veſta Vrania. Si autem Veſtam ignem eſſe contendes,

tendes, adductus Pollucis teſtimonio, qui ſic ſcribit: ἐφ᾽ ὧν δὲ θύομεν, ἢ πῦρ ἀνακαίομεν, βωμὸς, θυμιατήριον, ἑστία. ἔνιοι γὰρ οὕτως ὠνομάκασιν· οὕτω δ᾽ ἀνκυριώτατα καλοίης τὴν ἐν πρυτανείῳ, ἐφ᾽ ἧς τὸ πῦρ τὸ ἄσβεστον ἀνάπτεται, id eſt, *ſuper quibus ſacrificavimus aut ignem accendimus, altare, acerra, Veſta: nonnulli enim ſic appellaverunt. Sic ſane aptiſſime illam, quæ eſt in Prytaneo vocaveris ſuper qua ignis ille perpetuus ardere ſolet.* Et Ovid. verbis l. VI. Faſt.

Nec tu aliud Veſtam, quam vivam intellige flammam,
Nataque de flammis corpora nulla vides.

Vtique & Venerem ignem eſſe deprehendes. Catecheſis Saracenorum: ἀναθεματίζω τοὺς τῷ πρωϊνῷ προσκυνοῦντας ἄστρῳ ἤγουν τῷ Ἑωσφόρῳ καὶ τῇ Ἀφροδίτῃ, ἣν κατὰ τὴν Ἀράβων γλῶσσαν Χαβὰρ ὀνομάζουσι, τουτέστι μεγάλην, id eſt, *Anathematizo eos qui matutinum ſidus Luciferum & Venerem adorant, quam Arabum lingua Chabar, quod Magnam ſignificat, nominant.* Et Euthymius Zygabenus in Panoplia: οἱ Σαρακηνοὶ μέχρι τὸν Ἡρακλείου τοῦ βασιλέως χρόνον εἰδωλολάτρουν, προσκυνοῦντες τῷ ἑωσφόρῳ ἄστρῳ, καὶ τῇ Ἀφροδίτῃ, ἣν δὲ καὶ χάβαρ τῇ ἑαυτῶν ἐπονομάζουσι γλώττῃ. δηλοῖ καὶ ἡ λέξις αὐτὴ τὴν Μεγάλην, id eſt, *ad Heraclii Imperatoris tempora Saraceni idolis dediti ſunt. Luciferum adorabant & Venerem, quam Cabar ſua nominant lingua. Cabar autem Magnam* * *inter-*

* A voce Arabica *chebir* Cabiros ſeu Deos magnos, qui non

interpretatur. Minime vero Lucifer & Venus differunt inter ſe. Serv. l. 1. Georg. de Heſpero verba faciens: Stella quæ & Venus & Lucifer dicitur: Nam Veſperus, eo quod quibuſdam menſibus veſpere; Lucifer autem, quod quibuſdam mane oriatur. Vide & Georg. Cedren. & Suid. qui ſic ait: ἐκ τοῦ ἄστρου τὴν ἐπωνυμίαν πεποιήκασιν, αὐτὴν γὰρ εἶναι τὸν ἑωσφόρον μυθολογοῦσι, id eſt, *ex aſtro cognomen fecerunt, Luciferum eam explicantes*. D. Hieronymus ad Amoſ. l. 11. *Sydus Dei veſtræ Ebraice dicitur* כוכב id eſt, *Luciferi, quem Saraceni hucuſque venerantur*. Ejus templum fuit in Cnido, peninſula Cariæ, ubi magnifice culta. Hinc Ve-

-nus

non modo apud Samothracas, ſed & alibi colebantur, eſſe dictos conjiciunt *Lemonius* in Var. Sacr. p. 382. *Argolus* ad L. II. *Panvinii* de ludis circenſ p. 351. *Pinellus* in notis ad *Argolum* p. 546. *Voſſius* de Idolol. L. II. cap. 31. p. 467. *Scaliger* in conjectaneis ad *Varronem* p. 23. 146. *Aleander* in explicat. Tab. Heliacæ T. V. *Grævii* p. 761. *Lomeierus* de Luſtrat. p. 44. ſq. *Seldenus* de Diis Syris Synt. II. cap. 16. p. 361. *Gutberlethus* in ſing. de myſteriis Deorum Cabirorum Diatriba Franeq. 1703. 8. *Adrian. Relandus* Diſſ. Miſc. P. I. p. 193. ſeqq. & *Io. Anton. Aſterius* in Diſſ. de Diis Cabiris. Venet. 1703. 8. Quamvis autem illa origo Cabirorum dubia eſſet judice *Fabretto* ad columnam Trajani p. 83. Conſtat tamen, Gentium Deos ſæpe in Numis, Inſcriptionibus & libris veterum μεγάλους appellari conſueviſſe. Quam in rem confer *Spanhemium* in Not. ad *Callimachum* p. 31. *Colomeſium* in Obſ. Sacr. p. 12. *Elsnerum* in Obſ. S. p. 460. & *Jac. Gronovium* in Diſp. de voce μέγας, Lugd. Bat. 1694. habita.

nus Cnidia dicta eſt. Inſcriptio marmoris cujusdam: *

BONÆ DEÆ VENERI CNIDIÆ.

Quæ & θεὸς γυναικεία dicta eſt Græcis, ſeu Dea muliebris, cui ſacra faciebant fœminæ tantum, nullo maſculi ſexus præſente, muribus etiam ſollicite maſculis tota æde quæſitis, & exterminatis. Ovid. libro X. Metam. Cnidi inter cætera loca Veneri ſacra meminit:

Capta viri forma non jam Cythereïa curat
Littora, non alto repetit Paphon æquore cinctam,
Piſcoſamque Cnidon, gravidamque Amathunta metallis.

Sane Erycinia Venus in Sicilia maximo honore fuit adorata. Primus ei templum Eryx conſtituit. Serv. l. 1. Æn. *Eryx Veneris & Butæ filius, ut quidam, Neptuni fuit, qui præpotens viribus advenas ceſtibus provocabat, victosque perimebat. Hic ab Hercule occiſus eſt, monti ex ſepultura ſua nomen impoſuit, in quo matri fecerat templum.* Circa autem Erycinæ Veneris templum ſemper columbæ viſuntur. Columbæ autem Veneri dicatæ, quæ etiam iis uti ad currum fingitur. Ovid. l. XV. Metam.

Perque leves auras junctis invecta columbis
Littus adit Laurens.

Inde etiam Veneris feſta ἀναγώγια apud Siculos dicuntur. Ælian. l. 1. Var. hiſt. ἐν ἔρυκι δὲ τῆς Σικελίας, ἔνθα ἐςὶν ὁ τῆς Ἀφροδίτης νεὼς, σεμνός τε, καὶ ἅγιος, ἔνθα κατά τινα καιρὸν θύουσιν οἱ ἐρυκινοὶ

* Apud *Reineſium* in Inſcript. p. 127.

κινοὶ τὰ ἀναγώγια, καὶ λέγουσι τὴν Ἀφροδίτην εἰς λιβύην ἀπὸ τῆς Σικελίας ἀνάγεσθαι. ἀφανεῖς ἐκ τῆς χώρας αἱ περιστεραὶ γίνονται, ὥσπερ οὖν τῇ θεῷ συναποδημοῦσαι. κατά γε μὴν τὸν λοιπὸν χρόνον πάμπολύ τι πλῆθος τῶν δὲ τῶν ὀρνίθων ἐπιπολάζειν τῷ ναῷ τῆς θεοῦ ὁμολόγηται, id eſt, *In Eryce vero Siciliæ, ubi templum Veneris eſt venerandum & ſanctum, cum certo tempore offerunt Anagogia ſacrificia Erycini, & Venerem è Sicilia ſolvere in Lybiam affirmant; evaneſcunt ex eo loco columbæ, quaſi cum Dea ſimul diſcedant. Reliquo vero tempore ingentem earumdem avium copiam, circa Deæ templum abundare conſtat.* Venerem etiam ipſam ſub forma purpureæ columbæ redire, cum ingenti columbarum copia Athenæus lib. IX. cap. XVI. Dipnoſ. tradit. Hinc Venus ab Anacreonte in Carmine εἰς ῥόδον, ῥοδόχρυς Ἀφροδίτα *Roſicolor Venus vocatur.* Roſa autem inter herbas Veneri dicata. Anacreon ibidem:

Τόδε γὰρ θεῶν ἄημα;
Τόδε καὶ βροτῶν τὸ χάρμα
Χαρισίν τ' ἄγαλμ' ἐν ὥραις
Πολυανθέων ἐρώτων.
Ἀφροδίσιόν τ' ἄθυρμα.
Τόδε καὶ μέλημα μύθοις;
Χάριεν φυτόν τε μουσῶν.
Roſa enim Dearum voluptas,
Hæc hominum odor

Gra-

Gratiarum decus
Amoris florente horâ,
Suavium amoris,
Opus, laborque vatum;
Et amica planta Muſis.

Achilles Tatius l. II. de Leucippe & Clitophonte: εἰ τοῖς ἄνθεσιν ἤθελεν ὁ Ζεὺς ἐπιθεῖναι βασιλέα, τὸ ῥόδον ἂν τῶν ἀνθέων ἐβασίλευε. γῆς ἐστι κόσμος, φυτῶν ἀγλάϊσμα, ὀφθαλμὸς ἀνθέων, λειμῶνος ἐρύθημα, κάλλος ἀστράπτον. ἔρωτος πνέει, Ἀφροδίτην προξενεῖ, εὐειδέσι φύλλοις κομᾷ, εὐκινήτοις πετάλοις τρυφᾷ. τὸ πέταλον τῷ ζεφύρῳ γελᾷ, id eſt, *ſi floribus vellet Iupiter imponere Regem, roſa inter flores regnum obtineret. Terra eſt ornamentum, plantarum decus, oculus florum, prati rubor, pulcritudo coruſcans. Amorem ſpirat, Veneris eſt conciliatrix, formoſis foliis comata eſt, nobilibus frondibus luxuriat: calyx Zephyro ridet.* Roſa autem cum Venere una nata eſt: equidem ubi Dea pedes poſuit, ibi continuo Roſarum flores effloruerunt. Heſiod. in Theogn.

Ἐκ δ' ἔβη αἰδοίη καλὴ θεὸς, ἀμφί τε ποίη
Ποσσὶν ὑπὸ ῥαδινοῖσιν ἀέξατο.

Prodit vero veneranda formoſa Dea; circum vero herba
Pedibus ſub mollibus creſcebat.

Et Anacreon hiſce verſibus roſarum originem tradit:

Φέρε δὴ φυὴν λέγωμεν,
Χαροπῆς ὅτ' ἐκ θαλάσσης

Δεδρο-

Δεδροσωμένην Κυθήρην
Ἐλόχευε πόντος ἀφρῷ,
Πολεμοκλόνον τ' Ἀθήνην
Κορυφῆς ἐδείκνυε ζεὺς,
Τότε καὶ ῥόδον ἀγητῶν
Νέον ἔρνος ἤνθισε χθὼν,
Πολυδαίδαλον λόγευμα.

Sed quam originem (roſarum) dicimus?
Cum gravi ex mari
Sale roſcidam Venerem
Pontus in ſpuma edidit,
Cumque armatam Minervam
Ex vertice edidit Iupiter,
Tunc & roſarum nobilium
Nova ſtirps edita ex terra,
Miræ artis ſœtus.

Bene itaque de Roſis Auſonius in Idyll. quod non diu durent:

Quam modo naſcentem rutilus conſpexit Eous,
Hanc rediens ſero veſpere vidit anum.
Collige Virgo roſas, dum flos novus, & nova pubes,
Et memor eſto ævum ſic properare tuum.

Inter arbores vero Myrtus * conſecrata fuit Deæ, ut

* Non Veneri tantum, ſed etiam Dianæ, Minervæ, & Cereri placuiſſe myrtum oſtendit *Rigaltius* ad Artemid. Oneirocrit. p. 40.

ut Pauſan. in Poſt. Eliac. & Virg. VII. Ecl. tradunt:

Populus Alcidæ gratiſſima, vitis Iaccho,
Formoſæ Veneri myrtus, ſua laurea Phœbo.

Cur autem columba Veneri grata fuerit, P. Nigidius ad Phænomena Arati ſcribit: eo quod ovum miræ magnitudinis a piſcibus ex Euphrate evolutum Columba foverit, unde Dea edita eſt. Tibull. l. 1. Eleg.

Alba Palæſtino ſacra columba ſuo.

Cupidinem alias Ariſtophanes in Avibus ovo genitum ſcribit:

Χάος ἦν, καὶ νὺξ ἔρεβός τε μέλαν πρῶτον, καὶ τάρταρος εὐρύς.
Γῆ δ' οὐδ' οὐρανὸς ἦν ἐρέβους δ' ἐπ' ἀπείροσι κόλποις
Τίκτει πρώτιστον ὑπηνέμιον νὺξ ἡ μελανόπτερος ὤον.
Ἐξ οὗ περιτελλομέναις ὥραις. ἐβλάστανεν Ἔρως ὁ ποθεινὸς
Στίλβων νῶτον πτερύγοιν χρυσαῖν.

Chaos erat, & nox, Erebusque niger primum, tum tartarus altus.
Terra nec aër, cœlum, nec Erebi in finibus amplis
Parit prius Zephyrium nox alis nigreſcentibus ovum.
Ex hoc labentibus horis pullulavit deinde cupido
Splendens tergum aureis alis.

Cur autem Orientalibus culta fuerit, refert Diodor. Sicul. l. 11. ex Cteſia: *Sunt qui Semiramin in columbam converſam fabulantur. Compluribus enim avibus in palatium ejus delapſis, una cum illis avolaſſe creditur. Et hinc factum, ut Aſſyrii, dum Semirami-*

dem Dîs immortalibus accenſent, columbam pro Dea honorent. Semiramis autem Heſychio montanam columbam * denotat. Σεμίραμις περιστερὰ ὄρειος ἐλληνιστί. De Semiramide vero vide plura apud Hyginum Poët. Aſtr. fab. CXVII. Ovid. Metam. IV. Athenagor. in Apologia, Tzetzem Chil. IX. cap. CCXXXV. Phurnutum de Nat. Deor. Alias etiam Venus Oloribus invehitur, ut Ovid. l. IX. Met. tradit:

Vecta levi curru medias Cytheraea per auras,
Cypron Olorinis nondum pervenerat alis.

Venus autem, cum ab antiquis amoribus & nuptiis præfecta fuerit, a Syris *Babia* dicta & culta eſt, quod pueros & infantes contra pericula tutaretur. Sic enim Damaſcius in vita Iſidori apud Photium in Myriobibl. Cod. CCXLII. Βάβια δὲ οἱ Σύροι, καὶ μάλιστα οἱ ἐν Δαμασκῷ τὰ νεογνὰ καλοῦσι παιδία· ἤδη δὲ καὶ τὰ μειράκια ἀπὸ τῆς παρ' αὐτοῖς νομιζομένης Βαβίας θεοῦ, id eſt, *Babia Syri, & maxime qui in Damaſco, pueros recens natos, jam vero & adoleſcentes a Babia, quæ apud illos Dea putatur, vocant.* Quod autem officium hoc Veneris ſit, non abs re eſt. Legatur Macrob. l. I. Saturn. c. XIX. cujus verba hæc ſunt: *Argumentum caducei ad genituram quoque hominum, quæ Geneſis appellatur, Ægyptii protendunt, Deos præſtites homini naſcenti quatuor adeſſe memorantes,* δαίμονα, τύχην, ἔρωτα, Ἀνάγκην. *Et duo priores Solem & Lunam intelligi volunt,*

* De hujus etymo multa egregie monet *Bochartus* in Hierozoico P. II. l. I. c. I.

volunt, quod Sol autor Spiritus, caloris & luminis humanæ vitæ genitor, & cuſtos eſt. Et ideo naſcentis dæmon, id eſt, Deus creditur. Luna τύχη, quia corporum præſul eſt, quæ fortuitorum varietate jactantur. Amor oſculo ſignificatur, Neceſſitas nodo. Et Vettius Valens Antioch. l. IV. Anthol. in c. quod τῶν τετάρτων κλήρων μερισμὸς vocatur, citante V. Cl. Seldenio Syntagm. I. de Dîs Syris: ἐκ κλήρου τῆς τύχης, τοῦ δαίμονος, ἔρωτος, καὶ Ἀνάγκης τὰ καιρικὰ πάθη καὶ αἱ ἐνεργεσίαι καὶ οἱ κίνδυνοι παραλαμβάνονται; id eſt, *ex ſorte fortunæ, dæmonis, Amoris, & Neceſſitatis temporales affectus, & virtutes, & pericula percipiuntur.* Servius l. IX. Æn. Superis autem debemus omnia donec vivimus, ideo quia, ut dicunt Phyſici, cum naſci cœperimus, ſortimur a Sole Spiritum, a Luna corpus, a Marte ſanguinem, a Mercurio ingenium, a Iove deſiderium, a Venere cupiditates, a Saturno honorem, quæ omnia ſingulis reddere videntur exſtincti. Hinc Venus etiam Mylittho, id eſt, genetrix dicitur apud Orientales. Herodot. l. I. Καλέουσι δὲ Ἀσσύριοι τὴν Ἀφροδίτην Μυλίττα. Heſychius: Μυλίτταν τὴν Οὐρανίαν Ἀσσύριοι. Mylitta autem merum Chaldaicum eſt, ut Scaliger notat, quod in γενέτειραν, id eſt, Genetricem * tranſit. Apud Syros enim מילתא nativitas eſt. Luc. I. v. 14. Joh. c. XVI. v. 21. Tit. III. v. 5. a radice ילד genuit, peperit. Hinc Romæ templum Veneris Genetricis. Epitome

* A Græcis eodem modo, ΓΕΝΕΤΥΛΛΙΣ vocatur, utpote τῆς γενέσεως ἔφορος generationis Præſes, ut memerat

Deamque Syriam circumferentes mendicare * compellunt Deûm matrem. Maro l. III. Æn.

Hinc mater cultrix Cybele, Corybantiaque æra.

Et Orpheus:

τυμπανόδουπε, φιλοιστρομανὲς, χαλκόκροτε κούρη.

Ovidius l. 1. de Ponto:

Ante Deûm matrem cornu tibicen adunco
Cum canit exiguæ quis ſtipis æra neget?

Dea Syria Leonibus invecta ** fuit, quod etiam Lucianus de Deorum matre dicit, & Virg. l. x. Æn.

Alma parens Idæa Deûm, cui Dindyma cordi,
Turrigeræque urbes, bijugique adfrena Leones,

Men-

tinnabulis cap. VII. *Jo. Braunius* de veſtitu Sacerd. Hebr. lib 2. c. 5. p. 454 *Hadrianus Junius* lib. II. animadverſ. c. II. *Th. Demſterus* in addendis ad *Roſini* Antiq. Rom. lib. II. c. 4. p. 134. itemque *Huetius* Demonſtrat. Evang. Propoſit. IV. p. 137. Iis adde *Pignorium* de ſervis veterum p. 91. *Rubenium* l. II. de re veſtiaria veterum cap. XVII. p. 187. ſq. *Perizonium* in notis ad *Æliani* IX. I. *Mart. de Roa* P. II. ſingular. Script. p. 600. *Tillium* de Muſica Hebr. p. 104. ſq. *Sponium* recherch. curieuſ. d'antiquité diſſert. VIII. p. 146. & *Frid. Adolph. Lampium* in ſingulari de Cymbalis veterum libro Traj. ad Rh. 1703. 12. qui cymbalorum formam ex antiquis monumentis effictam doctiſſimis obſervationibus illuſtrant ac explanant.

* Vide *Anton. van Dalen* de origine & ritibus ſacri taurobolii p. 151. ſeq. *Perizonium* ad *Ælianum* VIII. 8. p. 537. *Cuperum* Obſervat. III. 4. p. 275. ſq. & *Voſſium* de Idolol. L. II. c. 53. p. 602.

** Cybeles effigiem Leone vectam in Nummo Fauſtinæ depictam vide apud Illuſtrem *Spanhemium* Diſſ. VII. de Præſt. & Uſu Numiſm. p. 624. ed. pr. in 4.

Mendicabant autem panem Dea aſino * impoſita, ut Gabrias in Iambis fabuloſis habet:

Γάλλοις ἀγύρταις εἰς τὸ κοινὸν ἐπράθη
Ὄνος τις οὐκ εὔμοιρος, ἀλλὰ δυσδαίμων,
Ὅς τις φέρη πτωχοῖσι καὶ πανούργοισι
Πείνης σάκος, δίψης τε, καὶ κακῆς τέχνης.
Οὗτοι δὲ κύκλῳ πᾶσαν ἐξ ἔθους κώμην
Περίοντες, ἔλεγον, τίς γὰρ ἀγροίκων
Οὐκ οἶδεν Ἄττιν λευκὸν ὡς ἐπηρώθη;
Τίς οὐκ ἀπαρχὰς ὀσπρίων τε καὶ σίτων,
Ἁγνῷ φέρων δίδωσι τυμπάνῳ Ῥείης;

Gallis præſtigiatoribus communis emptus eſt
Aſinus quidam non felici fato, ſed miſer,
Ut ferat mendicis & doloſis
Famis, ſitisque raſa, & artis malæ.

* *Phædr.* L. III. Fab. 20.

Galli Cybebes circum in quæſtus ducere
Aſinum ſolebant, bajulantem ſarcinas.

Deorum matrem ſæpius appellari Cybebem ad Græcæ vocis Κυβήβη exemplum egregie docuit *Gudius* in Not. ad h. locum, quod ipſum etiam firmant *Joſua Barneſius* in notis ad *Anacreontem* p. 43. & *Grævius* ad *Lucian.* T. II. p. 895. etymologiam hujus nominis accurate pro more excuſſit *Bochartus* P. I. Hierozoici p. 369. De ipſa vero ſacrorum illius Deæ celebratione, Vide *Iſ. Voſſium* ad *Catullum* p. 16. ſq. *Perizonium* ad *Ælian.* IX. 3. & Ampliſſ. *Cuperum* Obſervat. L. III. p. 275. ſq.

Hi in circulo omnem ex more vicum
Circumambulantes, dicunt, quis enim ruſticorum
Quem lateat pulcer Attis, ut is exciſus?
Quis non primitias frumenti, triticique
Caſto præbeat tympano Rheæ?

Et Phœnix Colophonius in hiſce:

Ἐσθλοὶ, Κορώνῃ χεῖρα, πρόσδοτε κριθῶν
Τῇ παιδὶ τοῦ Ἀπόλλωνος, ἢ λέκος πυρῶν.
Ἢ ἄρτον, ἢ ἥμαιθον, ἢ ὅτι τις χρήζει.
Δότ᾽, ὦ ἀγαθοὶ, τῶν τις θ᾽ ἕκαςος ἐν χερσὶν
Ἔχει, Κορώνῃ. καὶ ἅλλα λήψεται χόνδρον.
Φιλεῖ γὰρ αὕτη, πάγχυ ταῦτα δαίνυσθαι.
Ὁ νῦν ἅλας δοὺς, αὖθι κηρίον δώσει.
Ὦ παῖ Κορώνην κλεινὲ πλοῦτος ἤκουσε.
Καὶ τῇ Κορώνῃ παρθένος φέρει σῦκα.
Θεοὶ, γένοιτο μετάπεμπτος ἡ κούρη,
Κἀφνειὸν ἄνδρα κὠνομαςὸν ἐξεύροι.
Καὶ τῷ γέροντι πατρὶ κοῦρον εἰς χεῖρας,
Καὶ μητρὶ κούρην εἰς τὰ γοῦνα καθείη
Θάλος, τρέφειν γυναῖκα τοῖς κασιγνήτοις.
Ἐγὼ δ᾽ ὅκου πόδες φέρουσιν, ὀφθαλμοὺς
Ἀμείβομαι, μούσαισι πρὸς θύρας ᾄδων,
Καὶ δόντι, καὶ μὴ δόντι πλείονα τῶν γε.

Boni, Coronæ manum date bordei,
Puellæ Apollinis, vel triticum.
Vel panem, vel merum, vel quod cuique placet,
Date, ô boni, quod quilibet in manibus
Habet Coronæ. Nam & accipit chondrum.
Amat enim ipſa omnibus his veſci,
Qui nunc ſalem dat, rurſum ceram dabit.
O puer Coronam clare Plutus audiit.
Et Coronæ virgo fert ficus.
Dei, nata petenda ab omnibus virgo,
Et ſplendidum virum & divitem inveniet.
Et ſeni patri filium in manus,
Et matri puellam inter genua ponet
Sororem, ſimul cum fratribus educet.
Ego vero quo me pedes ferunt, oculos
Dirigo, Muſis ad fores canens,
Et danti, & non danti plurima ſimul.

Mater autem hæc Deorum ſeu Dea Syria * Terra eſt. Alexis hiſce eam deſcribit:

Μῆτερ ἐμὴ Γαίη, Φρυγίων θρέπτειρα λεόντων,
Ἄτθε μόνοις μύσταις ἐκ ἀπάτητον ὄρος,

* De hac vide *Salmaſii* Plinianas exercitationes in *Solinum* p. 574. *Jo. Seldenum* de Diis Syris p. 256. ſq. Eam attingit vetus inſcriptio apud Gruterum, p. 5. num. 1. JOVI O. M. & DEÆ SURIÆ. Confer hujus Deæ imaginem, quam in lucem protraxerunt *Bellorius*, in Symbolici Deæ Syriæ ſimulacri expoſitione T. VII. *Grævii* & *Montfauconius* in inſigni opere Antiq. explic. T. I. P. I. p. 28. Ubi titulus, qui ad baſin hujus imaginis repertus fuit, ſic ſe habet.

MATER DEOR. MATER SYRIAE.
D S.

Σοί τάδε θῆλυς Ἄλεξις ἑῆς, οἰστρήματα λύσσης
Ἄνθετο, χαλκοτύπου παυσάμενος μανίης
Κύμβαλά τ' ὀξύφθογγα, βαρύφθογγόν τ' ἀλαλητὸν
Αὐλῶν, οὓς μόσχου λοξὸν ἔκαμψε κέρας.
Τύμπανά τ' ἠχήεντα καὶ αἵματι φοινιχθέντα
Φάσγανα, καὶ ξανθάς, τὰς πρὶν ἔσεισε, κόμας.
Ἵλαος, ὦ δέσποινα, τὸν ἐν νεότητι μανέντα,
Γηραλέον προτέρης παῦσον ἀγριοσύνης.
Mater mea tellus, Phrygiorum alumna Leonum,
Solis cultoribus ſuis rite adeundus mons.
Tibi iſta fœmina Alexis fui, inſtrumenta furoris
Ponit, ferreæ liber ſcabiei.
Cymbala acuta, graviſonumque murmur
Tibiarum, quas in modum cornu vitulini flexit.
Tympana, ſtrepera, & ſanguinem elicientia
Tela, & flavas, quas dedicat ille, comas.
Satis eſt, Domina, inſaniſſe in juventa,
Senem prioris furoris liberum age.

Et Demetrius Byzantius hiſce:

Ῥεία θεῶν βασίλισσα, καὶ ἁπάντων γενέτειρα
Ἄνθεσι καὶ καρποῖς χαίρουσα, φιλόκροτε δαίμον,
Πηγάων ἀρχή, ποταμῶν ἕδος ἀσφαλὲς αἰεί.
Τὴν περὶ γ' ἐσσυμένος εἱλίσσεται οὐρανὸς ὕψι.
Πάντροφε, παγγενέτορ, πανθελγές, δῖα τιθήνη.
Τὴν περὶ μὲν θῆρες σκαίρουσι, καὶ ἄγρια πάντα
Θηρία παρτρέπεται.
Rhea Deúm Regina, & omnium mater

Flo-

Floribus & fructibus gaudens, amans ſtrepitum
Numen,
Fontium principium, fluviorum æterna ſedes,
Circa quam aſſidue altum cœlum convolvit.
Omnia nutris, gignis, educas, divina locans,
Circa te quidem feræ ſaliunt, & ſylveſtria omnia
Animalia adblanduntur.

Et Lucret. l II. de Nat. Deor.

Quare magna Deûm mater, materque ferarum,
Et noſtri genetrix hæc dicta eſt corporis una.
Hanc veteres Grajûm doctum cecinere poetæ
Sublimem in curru bijugos agitare leones:
Aëris in ſpatio magnam pendere docentes
Tellurem: neque poſſe in terra ſiſtere terram.
Adjunxere feras: quod quamvis effera proles
Officiis debet molliri victa parentum.
Muralique caput, ſummum cinxere corona:
Eximiis munita locis quia ſuſtinet urbes:
Quo nunc inſigni per magnas prædita terras
Horrifice fertur divinæ matris imago.
Hanc variæ gentes antiquo more ſacrorum
Idæam vocitant matrem, Phrygiaſque catervas
Dant comites, quia primum ex illis finibus edant
Per terrarum orbem fruges cœpiſſe creari.
Gallos attribuunt, quia numen qui violarint
Matris, & ingrati genitoribus inventi ſunt,
Significare volunt indignos eſſe putandos,
Vivam progeniem qui in oras luminis edant.
Tympana tenta tonant palmis & cymbala circum
Concava, raucisonoque minantur cornua cantu,
Et Phrygio ſtimulat numero cava tibia menteis,

Telaque præportant violenti ſigna furoris,
Ingratos animos, atque impia pectora volgi
Conterrere metu, quæ poſſint numine divæ.

Servius l. I. Georg. *Divini autem a Diis conditi, vel quia terra dicitur* l. II. Georg. *ſua terra viva, id eſt, naturali, vivoque ſedilia ſaxo, id eſt, naturali. Inde eſt, mutata ignorent ſubito ne ſemina matrem.* l. III. Æn. Sane dominam proprie matrem Deûm dici, Varro & cæteri adfirmant: nam & ibi Proſerpinam ideo a Virgilio dominam appellatam, quod ipſa terra eſſe dicatur, ſicut & mater Deûm. Ideo autem mater Deûm curru vehi dicitur, quia ipſa eſt terra, quæ pendet in aere; ideo ſuſtinetur rotis, quia mundus rotatur & volubilis eſt. Ideo Corybantes ejus miniſtri cum ſtrictis gladiis eſſe finguntur, ut ſignificetur omnes pro terra ſua debere pugnare. Quod autem turritam geſtat coronam: * oſtendit ſuperpoſitas terræ eſſe civitates, quas inſignitas turribus eſſe conſtat l. X. Æn. Terram autem ipſam conſtat eſſe matrem Deûm. Vnde & ejus ſimulacrum cum clavi pingitur. Nam terra aperitur verno: hyemali clauditur tempore. Civitates autem turritæ, ** quas terra

* Inde Cybele Πυργοφόρος Græcis, *turrita* Propertio, *turrigera* Statio & Claudiano vocatur. Confer *Gisb. Cuperum* in Apoth. Homeri p. 195. 199. & *Ezech. Spanhemium* de præſt. & uſu Numiſm. Diſſ. IV. p. 305 ed. pr. in 4.

** Sub capitis turriti imagine urbes repræſentabantur, quia turribus circa mœnia cingebantur, teſte *Ovidio* III. Amor. Eleg. VII.

Quid

terra gerit, unde cum turrita corona Mater Deûm pingitur. Et hæc a Germanis apud Aviones, Anglos & Varinos, & Eudoſes, & Suardones, & Nuithones culta fuit: *quam in commune Herthum, id eſt, Terram matrem colunt, eamque intervenire rebus hominum, invehi populis arbitrantur. Eſt in Inſula Oceani Caſtum nemus dicatum, in eo vehiculum veſte contectum, attingere uni ſacerdoti conceſſum. Is adeſſe penetrali Deam intelligit, vectamque bubus fœminis multa cum veneratione proſequitur. Læti tunc dies, feſta loca, quæcunque adventu hoſpitioque dignatur. Non bella ineunt, non arma ſumunt; clauſum omne ferrum, pax & quies tunc tantum nata! donec idem ſacerdos ſatiatam converſatione mortalium Deam templo reddat. Mox vehiculum, & veſtes, & ſi credere velis, numen ipſum ſecreto lacu abluitur. Servi miniſtrant, quos ſtatim idem lacus haurit. Arcanus hinc terror ſanctaque ignorantia, quid ſit illud, quod tantum perituri vident,* Tacit. in lib. de mor. Germ. Sed in nomine Tacitus aberrat; nec enim Terra apud nos cum aſpero ſpiritu, ſed leni profertur. Terra ſiquidem noſtra lingua aerde vocatur, non Harthe: ſic enim focum deſignamus, qui plurimum e terra diſtat. Numen itaque Herthus Erdus, vel potius Erda erat dicendum. Sed ille juxta Romanorum idioma deflexit, quod plerumque in aliis Germanicis

Quid tibi turritis incingere mœnibus urbes? Vide *Vaillantii* Numiſm. Ærea Imperat. in Colon. P. I. p. 276. & P. II. p. 146. & *Jac. Perizonium* in Triade Diſſert. p. 262. ſq.

cis vocabulis ſervatur. Cur autem & ſervi Opi, quæ terra eſt, & Saturno ſacra faciant, Macrobius l. I. Saturn. c. x. tradit: *Terra Ops dicitur, cujus ope humanæ vitæ alimenta parantur, vel ab opere, per quod fructus frugeſque naſcuntur. Huic Deæ ſedentes vota concipiunt, terramque de induſtria tangunt, demonſtrantes ipſam matrem terram eſſe mortalibus appetendam. Philochorus Saturno & Opi primam in Attica ſtatuiſſe aram Cecropem dicit, eoſque Deos pro Iove, terraque coluiſſe, inſtituiſſeque, ut patres familiarum & frugibus & fructibus jam coactis paſſim cum ſervis veſcerentur, cum quibus patientiam in colendo rure toleraverant. Delectari enim Deum honore ſervorum contemplatu laboris. Hinc eſt quod ex inſtituto peregrino huic Deo ſacrum aperto capite facimus. Cur autem boves fœminæ adhibeantur cauſa eſt, quia hæc ad fœcundandum rus, gignendum, arandumque conducant.* Nec inepte Taurus Veneri dicatus eſt. Quippe Marti, autore Macrob. l. I. Saturn. c. XII. primus menſis dicatus, Deo plerumque hominum necatori, ut Homerus ait naturæ conſcius, ἄρες ἄρες βροτολοιγὲ, μιαιφόνε, τειχεσιπλῆτα, ſecundus Veneri dicaretur, quæ vim ejus, quaſi benefica leniret. Nam & in duodecim Zodiaci ſignis, quorum certa certorum numinum domicilia creduntur, cum primum ſignum Aries Marti ſit aſſignatus, ſequens mox Venerem, id eſt, Taurus accepit. Ideo nec a Veteribus comedebantur; quos tamen poſterior & ferrea ætas mactavit, ut Aratus in Phænomenis habet:

οἱ

Οἱ πρῶτοι κακοεργὸν ἐχαλκεύσαντο μάχαιραν
Εἰνοδίην, πρῶτοι δὲ βοῶν ἐπάσαντ' ἀροτήρων.

Et Theon ad hunc locum cauſam ſubnectit: καὶ εἰς τῦτο ἱκανῶς μέμφεται αὐτοῖς ἀρξαμένοις ἐσθίειν ἀροτῆρας βῦς, τῆς προτέρας γενεᾶς μήπω τῦτο ἐργασαμένης. οἱ γὰρ ἀρχαῖοι ἐφύλαττον τὺς ἐργάτας βῦς καθιερεύειν. διὸ καὶ Ὅμηρός φησι, βῦν ἀδμήτην, ἣν ὔπω ὑπὸ ζυγὸν ἤγαγ' ἀρότας· ἀσεβὲς γὰρ ἐδόκει τὸν ἀρότην σφάξαι. πρῶτοι δὲ Ἀθηναῖοι ἐγεύσαντο τῶν τοιύτων βοῶν. φασὶ δὲ καὶ τὺς Ὀδυσσέως ἑταίρυς τοιύτυς βῦς κατεδηδοκέναι. ὠργίσθη δὲ ὁ ἥλιος· ἐπεὶ οἱ ἀροτῆρες βόες, τῦ ὁρᾶν ἡμᾶς τὸν ἥλιον αἴτιοι εἰσὶ, τροφῆς ποριστικοὶ ὄντες, καὶ τὴν ζωτικὴν δύναμιν διὰ ταύτης τοῖς πᾶσιν ἔμμονον ἀπεργαζόμενοι, id eſt, *& in hoc ſufficienter conqueritur ipſis incipientibus edere boves aratores, priore generatione nondum hoc operante. Antiqui enim cuſtodiverunt boves operatores, ne ſacrificarentur. Ideo & Homerus dicit, bovem indomitam, quam nunquam ſub jugo duxit arator. Impium enim videbatur aratorem mactare. Primi autem Athenienſes manducarunt tales boves. Dicunt vero & Vlyſſei ſocios tales boves comediſſe. Iratus eſt vero Sol. Quia aratores boves, qui ut videamus Solem autores ſunt, nutritionis largitores exiſtunt, & vitalem poteſtatem per hanc omnibus permanentem operantem operantur.* Aliam forſitan etiam ob hunc ritum originem, cur taurus Veneri ſacer dicatur, obſervavimus. Capiti enim ſuo impoſuiſſe Dea dicitur, uti regni inſigne taurinum caput, orbeque peragrato inveniſſe ſtellam ex aere delapſam, ἀεροπετῆ ἀςέρα,

ut Philo Byblius habet, quam poſtea in Inſula ſacra Tyro dedicavit. Hæc autem Aſtarte fuit, quæ etiam Venus dicta. Cic. l. III. de Nat. Deor. *Quarta Venus Syria, Tyroque concepta, quæ Aſtarte vocatur, quam Adonidi nupſiſſe traditum eſt.* Procopius Gazæus II. Reg. c. XVII. ſupra verba Seniorum στήλας καὶ ἄλση, pro quibus in Hebræo, מצבות ואשרים legitur, hæc ſcribit: πανταχοῦ τὸ ἄλσος οἱ λοιποὶ Ἀσταρὼθ ἑρμηνεύουσι. Δηλοῖ δὲ τοῦτο τὴν Ἀστάρτην, ἤγουν Ἀφροδίτην id eſt, *ubique lucum cæteri Aſtaroth* * *interpretantur. Manifeſtum vero*

* *Olaus Verelius* in N. ad Gothrici & Rolfonis hiſt. p. 53. *Aſtharoth* explicat, quaſi *amoris dominium*, quia *amor* Gothis ſit *Aſt*, cujus caſus obliquus *aſtar* conjunctum ſit cum vocula *ad*, quod notet *poſſeſſionem* ſive *dominium*. *Lunæberg. Musbardus* Diſſ. de Oſtera Saxonum, originem putat petendam in Ebræorum עש quo arcturum illi ſignificant, & unde Latinorum *aſtrum* ſit ortum, quodque conveniat cum Germanorum *As*, *Hes*, *Has*, *Es*, quem quidem alias interpretari Martem, ſe vero unicum & ſummum Deum eſſe arbitrari pronunciat. Deinde obſervat *Aſt* eſſe amorem, & in caſu ſecundo *Aſtar* & *Oſter*. Illi additum eſſe Gothicum *At*, quod eſt, pater, ut Græcorum ἄττα &c. & inde factum *Aſtarat*, vel *Aſtaroth*. *Aſtaroth*, inquit *Petr. Jurieu*, dans l' Hiſtoire des dogmes & des cultes de l'Egliſe P. II. cap. 3. p. 672. *preſque ſans aucun changement vient de Aſtaorot, qui ſignifie* facit lumina, *qui fait ouvrir des lumieres.* Ab Aſteroth non diverſam eſſe Oſteram Saxonum idolum putat Cel. *Theod. Haſæus* Obſervat. de Saxonum Idolo Oſtera. Bibl. Brem. Claſſ. VIII. Faſc. III. p. 482. Idem quoque approbatur calculo magni *Bocharti* & in Canaane L. I. c. 42. p. 676. & in Opuſc. p. 1307.

hoc, Aſtarten eſſe, ſcilicet Venerem. Idem ad c. XXIII. vſ. 7. τὸ δὲ ἄλσος οἱ λοιποὶ Ἀστηρώθ ἢ Ἀσταρὼθ ἑρμηνεύουσιν ὃ τὴν Ἀστάρτην δηλοῖ. τῆς δὲ Ἀφροδίτης τὸ ξόαν ἔνδον ἔστησαν ἐν τῷ θείῳ νεῷ, id eſt, *Lucum vero reliqui Aſeroth ſeu Aſtaroth interpretantur, quod Venerem eſſe liquet. Veneris enim ſtatua intus ſtabat in divino luco*, ſeu templo. Suidas: Ἀστάρτη Ἀφροδίτη. * Herodianus l. V. Λίβυες μὲν οὖν αὐτὴν Οὐρανίην καλοῦσι· Φοίνικες δὲ Ἀστροάρχην ὀνομάζουσι, id eſt, *Afri hanc Vraniam vocant. Phœnices vero Aſtroarchen dicunt.* Aſtarte jam Vrania eſt, quæ Venus. Sed quid caput illud taurinum, quod capiti impoſuit, ſignificat? An fronte curvatos ignes imitabatur, Lunæque imaginem præ ſe ferebat? An forte Aſtarte Io. Euripides in Phœniſſis, de Phœnicibus & Thebanis verba faciens, ſic canit:

Κοινὸν αἷμα, κοινὰ τέκνα
Τᾶς κερασφόρου πέφυκεν Ἰοῦς.
Communis ſanguis, communes liberi
Corniger æ ſumus Iiis.

Herodotus in Euterpe: τὰς δὲ θηλέας οὔ σφι ἔξεστι θύειν, ἀλλὰ ἱραί εἰσι τῆς Ἴσιος· τὸ γὰρ τῆς Ἴσιος ἄγαλμα ἐὸν γυναικήϊον, βούκερών ἐστι, κατάπερ Ἕλληνες τὴν Ἰοῦν γράφουσι, id eſt, *fœminas illis ſacrificare non licet, quæ ſunt conſecrata Iſidi: nam Iſidis ſtatua cum ſit muliebris, habet bovis cornua,*

P *cujus-*

* Vid. *Fulleri* Miſcell. L. I. c. 13. Hiſt. Crit. Reip. Liter. T. IV. p. 24. 25. Huc facit quoque, quod *Athanaſius Kircherus* Aſtartes nomen derivat a voce Aegyptiaca *τευφων* i. e. VENVS, ut interpretatur Auctor ſcalæ magnæ. p. 49.

cujusmodi Græci Ionem fingunt. Moſchus in Europa:

> - - θελεῦντο δὲ ποντοπόρον βοῦν,
> Ἐν δ᾽ Ζεὺς ἐπαφώμενος ἠρέμα χειρὶ θεείῃ
> Πόρτιος εἰναλίης, τὴν ἑπταπόρῳ Νείλῳ
> Ἐκ βοὸς εὐκεράοιο πάλιν μετάμειβε γυναῖκα.
> *Spectabant vero prægrandem bovem,*
> *Adorat & Iupiter demulcens manu placide divina*
> *Vitulam marinam, quam apud Nilum ſeptem oſtia habentem*
> *Ex bove pulcre cornuta rurſum transformavit in mulierem.*

Hæc autem Io, quæ & Iſis dicitur, Inachi ex Phoronei ſorore. Sacra Iſidis adminiſtrabantur a Germanis, quippe Iſis mater Libyi Herculis, Regina Aegypti poſt cædem mariti, interitumque filii in Germaniam ad Gambrivium venit, frumenta temere incognita mortalibus inter cæteras herbas reperit naſcentia, ſerere, molere, terere, & inde panes conficere docuit. Lanificii & olei & vini uſum monſtravit. Ob id Dea credita, Suevique eam conſecrarunt, proque Dea coluerunt, Aventin. l. 1. Annal. Bojor. Videatur de peregrinatione Iſidis Diod. Sicul. qui tale marmor * l. 1. adducit: EGO ISIS SVM REGINA HVIVS REGIONIS A MERCVRIO ERVDITA, QVÆ LEGE PER ME SANCITA

* Marmor Iſidi ſacrum Romæ nuper effoſſum erudite exponit *Jo. Oliva*, cujus Exercitationes in illud prodiere Rom. 1719. 8. Idem Marmor illuſtrat Cl. *Georg. Chriſtian. Gebauerus*, Conf. Act. Erud. A. 1720. p. 295. ſqq.

TA SVNT EA NEMO SOLVERE POTEST. EGO SATVRNI NOVISSIMI DEI FILIA SVM. NATV MAXIMA. EGO SVM OSIRIDIS REGIS VXOR ET SOROR. EGO SVM ILLA. QVÆ PRIMA FRVGES MORTALIBVS REPERIT. EGO REGIS HORI MATER SVM. EGO SVM QVÆ IN CANIS SIDERE EXORITVR. MIHI BVBASTOS VRBS ÆDIFICATA. VALE. GAVDE. ÆGYPTE. MEA NVTRIX. Hinc Tacitus in l. de Mor. German. *Pars Suevorum & Iſidi ſacrificat. Vnde cauſa & origo peregrino ſacro, parum comperi; niſi quod ſignum ipſum in modum Liburnæ figuratum, docet advectam religionem.* Hinc hodiernum Auguſtæ Vindelicor. in prætorio conſpicitur monumentum, quod tale eſt:

QVEM. MALE POLLVERAT. CVLTVRA. NEPHARIA DVDVM
GALLVS MONTICVLVM. HVNC TIBI CISA. TVLIT.

In quo tamen inſignis nævus latet. Quippe Iſidi collis ſacer fuit non Ciſæ. Nec enim Ciſæ mons, ſed Iſidis dicitur Iſenberg. Forſitan & inſigne urbis Auguſtæ ſpica fuit primum, inde in nucem pineam, fragum vel morum translatum, pictorum incuria. Quam facile enim transfigurari potuit, præſertim barbaro illo ſeculo, & maxime picturæ & ſtatuariæ artis ignaro. Iſis autem hic culta fuit: Vindelici etiam pars Suevorum, ut Munſter. l. III. ſcribit; unde etiam inſigne urbis eſt pinea nux, quæ ab imperitis pictoribus modo in fragum, modo in morum transformata eſt. Iſis enim ab antiquis habe-

batur magna mater Deûm, cui pinus ſacra. In cujus honorem quoque ceu tutelaris ſuæ annua feſta ad IV. Kalend. celebris agitavit antiquitas. Hæc ille. Retinet autem ab hac Iſide adhuc herba nomen **Eiſenkraut**, ut & Islebia **Eißleben**, in comitatu Mansfeldiorum. Leguntur enim alias monumenta, quæ Iſidis ſacra in Germania à militibus etiam Romanis culta teſtantur. In Belgio:

ISIDI. SACRVM.
SEX. POMPEIVS. SEX. L. SYRVS
MIL. LEG. V. AVG. VS. L. M.

Aventinus l. II. Annal. Bojor. hoc adducit in Bavaria repertum:

ISIDI
MYRIONYMÆ
SACRVM
FESINVS. T. IVLI
SVTVRNINI. G. P. P.
SERRARI. POSVIT.
FORTVNATVS
EIVSDEM SER. TS.
FACIVNDVM
CVRAVIT.

Hanc Statius l. III. Sylv. in propempt. Met. Celer. numen Orientis vocat; quia in oriente colebatur:

Ipſa Phoroneis quondam ſtabulata ſub antris
Nunc Regina Phari, numenque Orientis anheli,
Excipe multiſono puppem Mareotida ſiſtro.

Quæ cum in Aegypto primum omnium triticum & hordeum inveniſſet, Aegyptii ne ob tantum beneficium

ficium ingrati viderentur, voluerunt, ut ſemper in æſtate meſſores, ſpicas maturas ad manipulum excerperent, & Iſidem invocantes DIIS offerrent, Diod. Sicul. l. 1. Et hæc ipſa Ceres eſt. Nam ut hæc boves conjunxit, ſic & Ceres, ut Orpheus in hymno teſtatur:

Ἡ πρώτη ζεύξασα βοῶν ἀρότηρα τένοντα,
Καὶ βίον ἱμερόεντα βροτοῖς πολύολβον ἀνεῖσα.
Prima junxit boves aratro,
Et vitam felicem mortalibus exorſa eſt.

Et Callimachus hymno in Cererem:

Κάλλιον ὡς καλάμαν τε, καὶ ἱερὰ δράγματα πρῶτον
Ἀσταχύων ἀπέκοψε, καὶ ἐν βόας ἧκε πατῆσαι,
Ἄνικα Τριπτόλεμος ἀγαθὰν ἐδιδάσκετο τέχναν.
Pulcrius ut calamos primum, & ſacros maniplos
Ariſtarum ſtravit, & boves coëgit calcare,
Poſtquam Triptolemus pulcram didicit artem.

Similia etiam ſacra tam Cereri, quam Iſidi fiebant, ut Theocritus in Cerealibus teſtatur:

Ἀνέρες εὐπέπλω Δαμάτερι δαῖτα τελεῦντι
Ὄλβω ἀπαρχόμενοι, μάλα γάρ σφίσι πίονι μέτρω
Ἁ δαίμων εὔκριθον, ἀνεπλήρωσεν ἀλωάν.
Viri peplo ornatæ Cereri convivia celebrant,
Cenſu incipientes, poſtquam eorum largiter
Numen ſiccatum, implevit frugibus aream.

Ovid. l. V. Metam.

Prima Ceres unco glebam dimovit aratro,
Prima dedit fruges alimentaque mitia terris,
Prima dedit Leges, Cereris ſunt omnia munus.

Hinc Ceres etiam viridis dicta eſt, quia ſegetes cum progerminant, virore grato abundant. Vt Euripides in hiſce reliquit:

> Ἀ'λλ' εὐθὺ πόλεως εἶμι· θῦσαι γάρ με δεῖ
> Κριὸν χλόῃ Δήμητρι.
> *Sed recte ad urbem eo: ſacrificare enim me decet*
> *Arietem virenti Cereri.*

Cum autem unum ſit Iſis & Ceres numen, Mythologici dicunt eſſe terram. Serv. l. VIII. Aen. *Iſis autem Ægyptiorum lingua terra eſt, quam Iſin volunt eſſe* Macrob. l. I. c. XX. Saturn. *Iſis cuncta religione celebratur, quæ eſt vel terra, vel natura rerum ſubjacens Soli. Hinc eſt quod continuatis uberibus corpus Deæ omne denſetur, quia vel terræ, vel rerum naturæ alta nutritur univerſitas.* Diodor. autem Sicul. l. I. Biblioth. Iſidem interpretatur antiquam, quod nomen ab antiqua & æterna generatione ei ſit impoſitum, cornuaque* ei addunt, quia talis Lunæ aſpectus eſt, quando falcis imagine creſcit & decreſcit: & quia bovem Apin apud Aegyptios conſecratum habet. Et recte quidem. Sic enim Maro l. I. Georgic. Lunam intelligit:

> - - *Vos ô clariſſima mundi*
> *Sidera, labentem cœlo quæ ducitis annum.*
> *Liber & alma Ceres.*

Servius: *Stoici dicunt non eſſe niſi unum Deum, & unam eandemque eſſe poteſtatem, quæ pro ratione officio-*

* Atergatis nomine *Lunam* venire probat *Voſſius* Idol. L. II. c. 76. & L. VII. c. 10. Erudite id exſequitur Cl. *Millius* in eleganti Diſſ. de Gad & Meni §. VII.

officiorum noſtrorum variis nominibus appellatur. Vnde eundem Solem, eundem Liberum, eundem Apollinem vocant. Item Lunam eandem Dianam, eandem Cererem, eandem Iunonem, eandem Proſerpinam dicunt: ſecundum quos pro Sole, & Luna, Liberum & Cererem invocavit. Et hinc Aſtarte Taurino capite fingitur, quia Aſtarte eadem eſt cum Luna.* Sic enim Lucianus l. περὶ Συρίας Θεᾶς: Ἀςάρτην δ᾽ ἐγὼ δοκέω σεληναίαν ἔμμεναι, id eſt, Aſtarten Lunam eſſe opinor. Conſule etiam, ſi placet, quæ Achilles Tatius l. primo ſcribit. Quæ autem magis cornuta dici poterit quam Luna. Vnde eam Orpheus cornutam vocat:

> Κλῦθι θεὰ βασίλεια, φαεσφόρε, δῖα Σελήνη,
> Ταυρόκερως Μήνη, νυκτίδρομε, ἠεροφοῖτι.
> *Audi Dea Regina, luminis author, divina Luna.*
> *Cornuta Luna, noctu incedens, alte currens.*

Ideo cornutum fingitur in Deo altare, quæ cornua ſoror Diana Phœbo fratri ad aram extruendam dedit, ut Ovid. in Epiſt. Cidip.

> *Miror & innumeris ſtructam de cornibus aram.*

Ceraſtia vero olim inſula Cyprus vocata fuit, ut Xenagoras l. 11. de Inſulis habet, quod illam homines habitarent, qui multos tumores, tanquam cornua quædam in capitibus habere viderentur, cum cornua κέρατα dicti ſint a Græcis, κεράςαι cornuti,

* Vide *Cuperum* Harpocrate p. 109. 110. *Spanhemium* Diſſ. V. de Præſt. & Uſu Numiſm. p. 355. *a Turre* *Monum* Vet. Antii p. 188. *Ouzelium* ad *Minut.* p. 161. & *Pignorium* Menſ. Iſiac. Cap. I.

cornuti. Et hoc ob Venerem iratam contigiſſe Cypriis legimus, cum Venerem ad iram moviſſent. Luna autem & Venus unum numen. Siquidem etiam illa amoribus præfecta. Vnde illi dicatus Strophalus Hecaticus. Sic enim Chaldaica Oracula: ἐνέργει περὶ ἑκατικὸν στρόφαλον, id eſt, *operare circa Hecaticam ſphærulam.* Qualis autem fuerit hæc ſphærula, explicat Michaël Pſellus: ἑκατικὸς στρόφαλος σφαῖρά ἐστι χρυσῆ, μέσον σάπφειρον περικλείουσα διὰ ταυρείου στρεφομένη ἱμάντος, δι' ὅλης αὐτῆς ἔχουσα χαρακτῆρας. τὴν δὲ στρέφοντες ἐποιοῦντο τὰς ἐπικλήσεις. Καὶ τὰ τοιαῦτα καλεῖν εἰώθασιν ΙΥΓΓΑΣ. Εἴτε σφαιρικὸν, εἴτε τρίγωνον, εἴτε καὶ ὅ, τι σχῆμα, id eſt, *Hecaticus Strophalus ſphæra eſt aurea, medium Sapphirum continens loro taurino circumvoluta: ubique notas habens. Hanc vero circumrotantes faciebant invocationes. Et hæc vocare ſolebant IYNGAS. Figuram autem habent vel rotundam, vel triangularem, vel aliam.* Et Theocritus hujus rombi in Pharmaceutria meminit:

> χ' ὡς δινεῖθ' ὅδε ῥόμβος ὁ χάλκεος ἐξ Ἀφροδίτας.
> *Vtque volvitur hic æneus orbis ope Veneris.*

Hic autem rhombus fauſto Veneris aſpectu formatus erat, & conducere putabatur ad amorem conciliandum. Sane quod alias Veneri, id Lunæ ſeu Hecatæ antiqui tribuebant. Lunam enim ſeu Iſidem βραβεύειν ἐρωτικὰ rebus præeſſe amatoriis antiquitus ſcripſit Eudoxus apud Plutarchum, in libello de Oſiride & Iſide. Seneca in Hippolyto:

> *Hecate triformis, en ades cœptis favens,*

Ani-

Animum rigentem triſtis Hippolyti doma:
Amare diſcat, mutuos ignes ferat.

Hecaten autem, ait Serv. l. IV. Aen. invocat Dido, quaſi quæ tanti matrimonium fecerit, ut ſperneret matrem. Et hanc pullis amoris ſtimulos addere Euripides in Phœniſſis canit:

Ὦ λιπαροζώνε θύγατερ
Ἠελίε Σελαναία χρυσόκυκλον
Φέγγος, ὡς ἀρτεμέα κέντρα
Καὶ σώφρονα πώλοις μεταφέρων, ἰθύνς!

O clariſſimi filia
Solis Luna aurei circuli
Lumen, quam certos ſtimulos
Et providos pullis addens, regit!

Hecaten autem, quæ & ipſa Ceres eſt, ut jam dictum, connubia primum inſtituiſſe, Calvus docet:

Et leges ſanctas docuit, & cara jugavit
Corpora connubiis, & magnas condidit urbes.

Cæterum hanc Lunam eſſe ipſius nomen indicat: Apollo enim ἑκατος, Luna ἑκάτη dicebatur: ut Iulian. in Epiſt. ad Sarapionem tradit. Quid autem verſus ille toties repetitus apud Theocrit. in Pharmaceutr. aliud ſignificat, quam Lunam præeſſe rebus amatoriis. Hanc enim Venefica invocat, ut amorem Daphnidi narret:

Φράζεό μευ τὸν ἔρωθ', ὅθεν ἵκετο, πότνα Σελάνα.
Dic amorem meum, unde venerit, veneranda Luna.

Et Hecate Lucifera dicta eſt, teſte Euripide in Helena:

Ὦ φωσφόρ' ἑκάτη, πέμπε φάσματ' εὐμενῆ.

 Luci-

Lucifera Hecate, mitte phaſmata benigna.

Sophocles in Rizotomis:

> Ἥλιε, δέσποτα, καὶ πῦρ
> Ἱερὸν, τῆς εἰνοδίας ἑκάτης,
> Ἔγχος τὸ δι' ὀλύμπου
> Καλὸν φέρει, καὶ γῆς ναίουσ' ἱερᾶς τριόδους
> Στεφανωμένη δρυσὶ, καὶ πλείστοις
> Ὤμων σπειρήμασι δρακόντων.
> *O Sol, ô Rex, & ignis*
> *Sacer, in via habitantis Hecates,*
> *Haſta quam per cœlum*
> *Recte fert, & terra habitat ſacra Trivia,*
> *Coronata quercubus, & plurimis*
> *Super humeris ſpinis Draconum.*

Hinc & Νυκτίδρομος, ἐννυχία, νυχία, Dea noctium, * & noctium ſydus dicitur. Seneca in Medea:

> *Nunc meis vocata ſacris noctium ſydus veni.*

Tergeminam autem fuiſſe tradunt Scriptores. Apollodor. l. 1. eandem Proſerpinam, & Hecaten, & Lunam credidit. Maro l. IV. Aen.

> *Tergeminamque Hecatem, ** tria Virginis ora*
> *Dianæ.*

Ser-

* *Ovidius* L. I. Faſtor. v. 455.
> *Nocte Dea* Nocti *criſtatus caeditur ales,*
> *Quod tepidum vigili provocat ore diem.*

Ita quoque in veteris Poëtæ carmine quod ad *Manethonis* fragmenta edidit Cl. *Gronovius*, ΝΥΚΤΙΦΑΝΗΣ ΜΗΝΗ *Luna noctulucens* appellatur. Vide Illuſtrem *Ezech. Spanhemium* de præſtantia & uſu Numiſm. T. II. Diſſert. X. p. 130.

** Capite Canino, equino & humano Hecate pingebatur,

Servius: *Quidam Hecaten dictam eſſe tradunt, quod eadem & Diana ſit & Proſerpina.* Item, *ratio eſt ejusdem rei, Luna, Diana, Proſerpina. Et cum ſuper terras eſt, traditur eſſe Luna; cum in terris Diana, cum ſub terris Proſerpina. Nonnulli Lucinam, Dianam, Hecaten appellant: ideo quia uni Deæ tres aſſignant poteſtates, naſcendi, valendi, moriendi. Et quidem naſcendi Lucinam Deam eſſe dicunt, valendi Dianam, moriendi Hecaten, ob quam triplicem poteſtatem triformem eam, triplicemque finxerunt. Cujus in triviis* * *ideo templa ſtruxerunt.* Et l. VI. *Hecate*

---

tur, unde *Horat. Diva Triformis* & Græcis *τρίμορφος* & *τρικέφαλος* audit. vid. *Taubm.* ad *Virg.* Æneid. Lib. IV. verſ. [illegible]11. Quæ anſam præbuerunt *Mayer.* Philolog. P. II. p. 26. conjiciendi, forſan & hac ratione Hecaten ſub Nibchas nomine cultam fuiſſe. Nulla tamen Tricipitis Hecates in regionibus, ab Avveis inhabitatis, veſtigia inveniri contendit Celeberrimus mihique amiciſſimus Vir *Conradus Ikenius* in eleganti Diſſert. de Nibchas Idolo Avvæorum, edit. Bremæ 1726. 4. p. 25.

* De Hecateſiis ſive cœna Hecate in triviis vide *Eberard. Ottonem* in Diſſ. de Diis vialibus plerorumque populorum cap. VI. p. 97. ſq. *Montfauconium* dans l'antiquité expliquée Tom. II. P. I. lib. IV. p. 217. *Dan. Claſenium* in theolog. Gent. P. I. cap. 16. §. 6. *Petr. Caſtellanum* in *Εορτολογίῳ*, ſ. de feſtis Græcorum ſynt. p. 651. T. VII. *Gronovii*, *Jo. Faſoldum* in *Ιερολογίῳ* Græcor. vet. Dec. VIII. feſt. 8. p. 575. Tom. VII. *Gronovii*, & *Petr. Jurium* dans l'hiſtoire des dogmes & des cultes de l'Egliſe P. IV. c. 4. p. 633. ubi Hecaten ſ. Dianam triviam deſcribit.

te trium poteſtatum numen eſt. Ipſa eſt enim Luna, Diana, Proſerpina. Catullus:

Vt Triviam furtim ſub Lamia, ſaxa relegans,
Dulcis amor gyro devocet aëreo.

Et Diana ipſa eſt Luna, quam Igniferam Euripides in Iphigen. Taur. vocat:

- - ὅ, τι γὰρ ἐν αὐτοῖς τίκοι
κάλλιστον, εὔξω φωσφόρῳ θύσειν θεᾷ.
- - Quod enim in ipſis produxerit
Optimum, vovi Luciferæ immolare Deæ.

Maro l. IX. Æn.

Suſpiciens altam Lunam ſic voce precatur:
Tu Dea, tu præſens noſtro ſuccurre labori
Aſtrorum decus, & nemorum Latonia cuſtos.

Horat: l. Epod.

- - ô rebus meis
Non infideles arbitræ
Nox & Diana, quæ ſilentium regis,
Arcana cum fiunt ſacra.

Ovid. l. XV. Metam.

Nec par aut eadem nocturnæ forma Dianæ
Eſſe poteſt unquam, ſemperque hodierna ſequente
Si creſcit, minor eſt, major, ſi contrahit orbem.

Inſcriptio Veronæ:

SEX. IVVENT. SVAVIS.
DIANAE. LVCIF. LVNAE.

Conſule etiam Pauſan. in Meſſeniacis. Diana autem dicta fuit primis Romanis Iana, ut Macrob. l. 1. Saturn. c. IX. refert: *Pronuntiavit Nigidius Apollinem Ianum eſſe, Dianamque Ianam, appoſita* D *litera, quæ ſæpe* I *literæ cauſa decoris apponitur, ut redi-*

reditur, redhibetur, redintegratur, & ſimilia. M. Varro l. I. c. XXXVII. de re ruſtica: *nunquam rure audiſti, octava Ianam Lunam, & creſcentem, & contra ſeneſcentem, & quæ creſcente Luna fieri oporteret, & tamen quædam melius fieri poſt octava Ianam Lunam, quam ante.* Idem l. V. de L. Lat. Ianam Iunonem vocat: *Nonæ a pontificibus quintanæ an ſeptimanæ ſint futuræ in Capitolio in curia Calabra ſic dictæ quinque: Calo Iuno Novella, ſeptem dictæ Calo Iuno Novella.* Pro qua aliqui Ianam ſubſtituunt, inepte quidem. Macrobius enim l. I. Saturn. c. XV. aperte reclamat, ſic ſcribens: *Cum enim initia menſium majores noſtri ab exortu Lunæ ſervaverint, Iunoni jure Calendas addixerunt: Lunam & Iunonem eandem putantes, vel quia Luna per aërem meat, unde & Græci Lunam ἄρτεμιν nuncupaverunt, quaſi ἀεροτόμιν, quod aëra ſecat; Iuno autem aëris arbitra eſt, merito initia menſium, id eſt, Calendas huic* Deæ *conſecraverunt.* Hæc autem nuptiis præfecta fuit, unde pronuba dicta. Quam Pœni religioſiſſime co uerunt. Maro l. I Aeneid.

Quam Iuno fertur terris magis omnibus unam
Poſthabita coluiſſe Samo. - -

Et Horat. carm. l. II Od. I.

Iuno & Deorum *quisquis amicior*
Afris.

Aſt hanc Aſtarten fuiſſe, D. Auguſtin. ad Iud. l. II. q. XVI. ſcribit: *Iuno ſine dubitatione ab illis* (nempe Pœnis) *Aſtarte vocatur. Et quoniam iſtæ linguæ* (Punica & Phœnicia) *non multum inter ſe differunt, merito creditur de filiis Iſraël hoc dicere Scripturā*

quod

quod Baali ſervierunt, & Aſtartibus, quia Iovi & Iunonibus. Nec movere debet, quod non dixit Aſtarti, id eſt, Iunoni, ſed tanquam multæ ſint Iunones, plurale hoc nomen poſuit. Ad ſimulacrorum enim multitudinem referri voluit intellectum, quoniam unumquodque Iunonis ſimulacrum Iuno vocabatur. Ac per hoc tot Iunones quot ſunt ſimulacra intelligi voluit. Idem: *Solet dici Baal nomen eſſe apud gentes illarum partium Iovis; Aſtarte autem Iunonis, quod lingua Punica putatur oſtendere. Nam Baal videntur Punice dicere Dominum. Vnde Baalſamen quaſi Dominum cœli intelliguntur dicere: ſamen quippe apud eos cœli appellantur: Iuno autem ſine dubitatione ab illis Aſtarte vocatur.* Hanc autem Aſtarten vel Aſtroarchen Herodianus l. V. in Pſeud-Antonino Lunam vocat: Λίβυες μὲν οὖν αὐτὴν Οὐρανίην καλοῦσι· Φοίνικες δὲ Ἀστροάρχεν ὀνομάζουσι, Σελήνην εἶναι θέλοντες, id eſt, *Afri quidem ipſam Vraniam vocant. Phœnices vero Aſtroarchen nuncupant, Lunam eſſe volentes.* Idem ſane Dio tradit, Vide Xiphil. in Pſeud-Antonino. Sed & in Varronis illo loco quibusdam legitur pro Novella, Covella. Et hoc quidem optume. *Covum* enim veteres cœlum dixerunt, ut Sext. Pompejus habet. Hinc *Covella*, quaſi cœleſtis, & quidem Vrania. Hinc Orpheus in Hymno Iunonem aëriam, omniumque Reginam * vocat:

Κυανέοις κόλποισιν ἐνημένη, ἀερόμορφε
Ἥρα παμβασίλεια, Διὸς σύλλεκτρε μάκαιρα,
ψυχο-

* Junonem Reginam dictam, teſtis eſt inter cæteros lapidis

ψυχοτρόφους αὔρας θνητοῖς παρέχουσα προσ-
ηνεῖς.

Cœruleo ſinu reſidens, aëria facie
Iuno omnium Regina, Iovis conjux beata,
Animam nutrientes auras mortalibus affers.

Iuno igitur, Covella, & Iana, eadem Diana: quæ etiam Perſis Anaitis * dicta eſt, uti Sol Amanus. De Anaitide vide Plutarch. in Artaxerxe. Pauſan. in Lacon. Agath. l. 11. Hanc in ſylvis vivere Callimachus autor eſt, nec urbem acceſſuram, niſi à parturientibus invocatam;

- - πόλεσιν δ' ἐπιμίξομαι ἀνδρῶν
Μῦνον, ὅτ' ὀξείῃσιν ὑπ' ὠδίνεσσι γυναῖκες
Τειρόμεναι καλέυσι βοηθόον.

- Vrbes accedam virorum
Solùm, cum gravibus doloribus preſſa mulieres
Auxilio vocant ad pariendum.

Horat. l. III. Carm.

Montium cuſtos, nemorumque virgo,
Quæ laborantes utero puellas
Ter vocata audis, adimisque letho
Diva triformis.

Hanc

dis cujusdam Inſcriptio, quam Ampliſſ. Gisb. Cuperus in Harpocrate p. 232. adducit:

I. O. M. IVNONI REGINE
MINERVAE. T. QVARTINI
VS SATVRNALIS SIGNI
FER. LEG. XXX.|V. V. PRO SE
ET. SVIS. V. S. L. M.
IMP. DN. GORDIANO. ET. AVIOLA
COS. KAL. IVL.

** De Anaitide eleganter ac copioſe agit Relandus Diſſ. Miſc. P. II p. 118. ſq.

Hanc autem graviſſimis afficere doloribus parturientes ſibi inimicas tradit Callimachus: *

Σχέτλιοι, οἷς τύνη χαλεπὴν ἐμμάξεαι ὀργὴν,
Κτήνεά σφιν λοιμὸς καταβόσκεται, ἔρχα δὲ πάχνυ,
Κείρονται δὲ γέροντες ἐφ᾽ υἱάσιν, αἱ σὲ γυναῖκες
Ἤβληται θνήσκουσι λοχωΐδες.
Miſeri, quibus tu gravem concipis iram,
Nam morbus depaſcit oves, ſegetemque pruina,
Orbantur vero ſenes natis, & fœminæ
Mox parientes abortum moriuntur.

Hinc Lucina dicta eſt, ut M. Varro l. IV. de L. Lat. ſcribit: *Apollinis vocabulum Græcum alterum, alterum Latinum, & hinc quod Luna in altitudinem & latitudinem ſimul Diviana appellata.* Hinc Epicharmus eam Proſerpinam quoque appellat, quod ſolet eſſe ſub terra Proſerpina, dicta quod hæc ut ſerpens modo in dextram, modo in ſiniſtram partem late movetur. Serpere & proſerpere idem dicebant, ut Plautus, qui ſcribit quaſi proſerpens beſtia. Quæ ideo videtur à Latinis Iuno Lucina * dicta, vel quod eſt terra, ut Phyſici dicunt, & lucet, & vel quod ab luce ejus, qua quis conceptus, usque ad eam, qua partus

* Diana *φωσφόρος* dicta lucifera, cum facibus in numis veterum exhibetur. Vide *Spanhemium* ad *Callimachum* p. 132. *Borremanſium* Var. lect. p. 211. *Oudanium* in libro Belgico de Potentia Romana. p. 255. *Cuperum* Obſervat. l. II. 9. p. 207. *Petr. Seguinum* in ſel. numiſm. *Voſſium* lib. II. cap. 25. p. 427. & *Joſeph. Monterchium* in comment. ad rariora max. moduli numiſm. p. 2.

partus quis in lucem una vivat, donec menſibus actis produxit in lucem. Facta a juvando & luce Iuno Lucina, à quo parientes ** eam invocant. Lucina enim naſcentium dux, quod menſes hujus. Huc reſpexiſſe antiquas apparet, quod mulieres potiſſimum ſupercilia ſua attribuerunt ei Deæ. Hic enim maxime debet collocari Iuno Lucina, ubi ab DIIS lux datur oculis. Vnde & à Comœdis in Seneca a parturientibus Iuno Lucina invocatur. Cum autem obſtetricis munere fungatur, dicta à Græcis εἰλείθυια eſt. Hæc deinde ut numen adverſum à parturientibus placabatur, ne damni quid ſibi conciliarent. Serv. l. IX. Æn. *Sicut proſperis Diis ut juvent, ita adverſis, ne obſint, ſacrificandum eſt, ut: nigram hyemi pecudem, Zephyris felicibus albam. Nam facturi aliquid, ante adverſos placamus Deos, & ſic propitios invocamus. Ergo modo nuptura placat ante Cererem, quæ propter raptum filiæ nuptias exſecratur: Apollinem qui expers uxoris eſt, qui niſi raptam conjugem habere non potuit.* Hinc Theocritus Idyll. XXVIII.

- - χαλεπὸν βέλος εἰλειθύιας.

Michaël Pſellus de Operat. Dæmonum: καὶ γὰρ πολλῶν κατακήσας, ἔχω θηλύμορφον πάσαις ταῖς λέγοις ὡρᾶσθαι, id eſt, *& a multis audivi, omnibus*

** *Cicer.* de Nat. Deor. II. 27. *Vt apud Græcos Dianam, ſic apud noſtros Junonem Lucinam in pariendo invocant.* Conf. *Lil. Gyraldus* Synt. Deor. III. p. 119. B. *Famian. Nardinus* Rom. Vet. v. 14. *Jo. Petr. Bellorius* Deſcr. ſepulcr. Naſon. tab. VIII. *Jo. Meurſius* de Puerper. c. I. & *Th. Bartholinus* de Puerperio Veter. p. 25. ſqq.

bus puerperis dæmonium fæminea figura comparere. Cæterum ſi acutius circumſpicimus, ab Arabico هلالة *Halilath,* ut Scaliger habet, Ilithyia deſcendit, quod Lunam naſcentem ſignificat, & Noctilucam. Hæc enim eadem eſt quæ Lucina Latinis, Ilithyia Græcis. Herodotus l. 1. καλέουσι καὶ Ἀσύριοι τὴν Ἀφροδίτην Μυλίττα, Ἀράβιοι καὶ Ἀλιλαθ, vocant vero Aſſyrii Venerem Mylitta, Arabes vero Alialth * Et hæc a Iudæis Lilith, a radice nempe לילה, nocte, dicta eſt. *Lilith* ſiquidem ſtrix, ſive Noctiluca redditur. Occurrit Eſaiæ c. xxxiv. v. 14. לילית אך שם הרגשה, tantum ibi reſedit Lilith. Etiamnum Iudæis ſolemnis ritus eſt, ut Lilith Lamiam puerperis & partui inimicam ducentes, in parietibus cubiculi puerperæ ſuperſtitioſe exarari curent hæc verba: אדם, חוה חוץ לילית: *Adam, Chava, Chutz, Lilith,* ſeu, *procul eſto Lilith.* Gentium Deum, tanquam dæmonem abigunt. Et priſcis in uſu erat, cum tempeſtatibus vexarentur, ut ἔξω γλαῦκε, *procul ſis Glauce,* exclamarent. Hinc Romanorum *Exeſto* quod lictor proclamabat in ſacris quibuſdam, ut Pomp. Feſtus l. v. habet: hoſtis vinctus, mulier, virgo exeſto, ſcil. intereſſe prohibebantur. Deinde ſacra facientes felicitatem precabantur: γλῶσσα τύχη, γλῶσσα δαίμων, Plutarch. in l. de Iſid. & Oſirid. Serv. l. v. Aen. Nam in ſacris taciturnitas ** neceſ-

* Vide de ea egregie diſſerentem Pocockium, Specimin. Hiſtor. Arabum p. 89.

** Silentium in myſteriis gentium diligenter obſervabatur,

neceſſaria eſt, quod etiam præco magiſtratu ſacrificante dicebat, favete linguis, favete vocibus, hoc eſt, bona omina habete, aut tacete. Ad hunc morem alludit Maro l. v. Æneid.

Ore favete omnes. - -

Ovid. l. I. Faſt.

Proſpera lux oritur, linguis, animiſque favete,

Tibull. l. II. Eleg.

Quiſquis adeſt, faveat.

Numina autem aliarum gentium, Judæis pietatem ſimulantibus, ut Dæmonia* habebantur. Vide R. Moſ. Ben Maim. in More Nebochim part. I. c. VI. & Ben-Syra apud Eliam in Thisbi. Alias Natio a Romanis, tanquam numen naturâ propitium colebatur. Cic. l. III. de Nat. Deor. Quod ſi tales Dii ſunt, ut rebus humanis interſint, Natio quoque Dea putanda eſt, cui cum fana circuimus in Agro Ardeati, rem divinam facere ſolemus. Quæ quia partus matronarum tueatur, a Naſcentibus Natio nominata eſt. Nomina autem hæc omnia unicam Lunam ſibi volunt. Catull. Epigram. xxxv.

batur, uti patet ex initiis Cereris & Cabirorum nulla re magis quam ſilentio ſolemnibus. Vide *Iſm. Bullialdum* ad *Theonem Smyrnaum* p. 215. *Spanhemium* ad *Callimachi* hymnum in Cererem, *Cuperum* in Harpocrate p. 23. *Meurſium* de Eleuſiniis, *Marshamum* in Canone Chronic. *Gutberlethum* in Diatriba de Cabiris eorumque Sacris, *Joſ. Scaligerum* ad *Euſebium* p. 39. & *Ant. van Dale*, de origine ac ritibus ſacri Taurobolii Cap. VIII. p. III.

* Scriptores ſacri & profani Deos gentilium δαίμονας & δαιμόνια appellare ſolebant. De ſacris vide Joſ.

Montium Domina ut fores,
Sylvarumque virentium,
Saltuumque reconditorum,
Amniumque ſonantium.
Tu Lucina volentibus
Iuno dicta puerperis,
Tu potens Trivia, & notho es
Dicta Lumine Luna.
Tu curſu Dea menſtruo
Metiens iter annuum
Ruſtica agricolæ bonis
Tecta frugibus exples.

Hæc autem Luna * religioſiſſime celebatur a Germanis. Germanis ſiquidem olim, nec conſuetudo nec

Mede in Opp. p. 635. & *Lamb. Bos* in Exercitat. ad 1. Cor. X. 20. 21. De profanis *Rudolph. Cudworthum* in Syſtemate Intellectuali hujus univerſi p. 263. ſq. & 400. & 411. *Jac. Thomaſium* in Stoica mundi exuſtione p. 23. *Marcilium* ad *Pythag.* aurea Carmina p. 331. ſq. Interpretes ad *Æliani* Var. hiſt. VI. 13. *Georg. VVonnam* in Exercit. I. de Geniis c. II. §. I. alios.

* Luna veteribus Gothis *Mena* dicta, teſte Ulphila Marc. XIII. 24. Jah mena ni gibith liuhath ſein, & Luna non dabit ſplendorem ſuum, quemadmodum Græcis etiam Μήνη ante dicta quam σελήνη, vid. Diod. Sic. L. III. p. 191. Arabibus *Menath* vocata, Turcis *Ma*, Tartaris *Mine*, ut in elegantiſſimis Legationis Turcicæ Epiſtolis *Busbequii*, p. 136. videre eſt. Et fortaſſe *Manith*, Virginienſibus quoque Luna eſt, quam ita per excellentiam, ut Syri Gad, *Manith* Deam

donec fas erat ante novam Lunam * decreſcente lumine ſideris, prælio contendere. Cæſ. l. I. Com. Bell. Gall. *Apud Germanos conſuetudo erat, ut matresfamilias eorum ſortibus & vaticinationibus declararent, utrum prælium ex uſu eſſet, nec ne. Eas itaque dicere non eſſe fas Germanos ſuperare, ſi ante novam Lunam prælio contendiſſent. Itaque Cæſar ex transfugis hoc cognoſcens, prælio laceſſivit, & tantâ religione impeditos aggreſſus fudit.* Sic enim Polyænus lib. VIII. Strateg. *Cæſar Germanis accedentibus non audens pugnam committere; quia cognoviſſet eorum vates ante novilunium pugnare vetuiſſe, tum ſuum exercitum abduxit, quaſi timidius, & minori cum alacritate ob vaticinium pugnaturis. Sic Romani opportuno uſi tempore, Germanos devicerunt.* Vide Frontin. l. II. c. I. & Plutarch. in

am vocant: *Manitb* enim Virginienſibus Deam eſſe, obſervavit Vir inter Principes Philologos, quos unquam orbis vidit, ſuo merito numerandus *Hadr. Relandus* in reconditæ eruditionis Diſſert. Miſcell. P. III. p.212. Germanis inferioribus Maen, ſuperioribus *Mond*, unde Romanorum more ſecundam hebdomadis diem Montag dixerunt, inferiores Germani *Maendach*, Sueci *Mandagh*, Dani *Maendag*, Angli *Mundag*.

* Græci ſedulo cavebant, ne in hoſtem proficiſcerentur niſi Luna plena, vid. *Pauſanias* in Atticis fol. 51. *Theodoretus* L. VI. fol. 358. ſ. Romanos etiam creſcentem lunam obſervaſſe innuit *Claudianus* de laudibus Stiliconis L. I. De Germanis conſulendus *Tacitus* de Mor. Germ. c. XI. *Jul. Frontinus* L. 2. & *Cæſar* L. I. c. 50. Cæterum cultum tantum *Novilunii* tanquam Numinis negat Cel. *Keyslerus* Antiquit. Sept. & Celt. p. 256. non autem obſervationes Germanorum ſuperſtitioſas tempore renovatæ Lunæ.

Cæſar. Græci etiam, praecipueque ex his Lacedæmonii, quicquid eſſent rerum auſpicaturi, ſuperſtitioſe Lunam obſervabant. Id quod male notat Euripides, cum in Iphigen. in Aulid. reſpondet Agamemnon, tum nupturam filiam, ubi Lunæ dexter circulus advenerit. Videlicet de plena Luna ſentiens. Lucian. in libello de Aſtrologia palam refert, Lycurgum legem inſtituiſſe Lacedæmoniis, ne prælium inirent ante plenilunium. In eam ſuperſtitionem jocatur Ariſtophanes τῇ πανσελήνῳ, id eſt, plenilunio ſero aut nunquam futurum ſignificans; Th. Zuing. l. IV. vol. XXI. Cauſa autem hæc fuit, ut Pauſanias in Atticis ſcribit: *Athenienſes nuncium ad Lacedæmonios de Perſarum in Atticam irruptione Philippidem miſiſſe; hunc, cum rediiſſet, retuliſſe Lacedæmonios minus mature copias educere, quod religione impedirentur cum exercitu exire, antequam Luna orbem impleſſet.* Conſule & Herodot. l. VI. Quantus fuerit antiquorum timor, quantaque trepidatio, cum Luna deficeret, Tac. l. I. Ann. refert: *Nam Luna claro repente cœlo langueſcere viſa. Id miles rationis ignarus omen præſentium accepit, ac ſuis laboribus defectionem ſideris aſſimilans, proſpereque ceſſura, quæ peragerent, ſi fulgor & claritudo Deæ redderetur. Igitur æris ſono, tubarum cornuumque concentu ſtrepere: prout ſplendidior, obſcuriorve, lætari, aut mœrere. Et poſtquam ortæ nubes offecere viſui, creditumque conditam tenebris: (ut ſunt mobiles ad ſuperſtitionem perculſæ ſemel mentes.) Sibi æternum laborem portendi, ſua facinora aver-*

averſari Deos lamentantur, Plutarchus in Æmyl. αἰφνίδιον ἡ Σελήνη πλήρης οὖσα καὶ μετίωρος ἐμελαίνετο· καὶ τοῦ φωτὸς ἀπολίποντος αὐτὴν, χεόας ἀμείψασα παντεδαπὰς, ἠφανίσθη. τῶν δὲ Ῥωμάιων (ὥσπερ ἐστὶ νενομισμένον) χαλκοῦ τε πατάγοις ἀνακαλουμένων τὸ φῶς αὐτῆς, καὶ πυρὰ πολλὰ δαλοῖς καὶ δασὶν ἀνεχόντων πρὸς τὸν οὐρανὸν, οὐδὲν ὅμοιον ἔπραττον οἱ Μακεδόνες, ἀλλὰ φρίκη καὶ θάμβος τὸ στρατόπεδον κατεῖχεν, id eſt, *repente verò Luna, cum plena eſſet & ſublimis, facta eſt obſcura : lumineque deficiente multiplicibus mutata coloribus evanuit. Romanis (ſicut eſt apud eos conſuetudo) æris tinnitu lumen revocantibus, igneſque multos & faces, & tædas in cœlum protendentibus nihil ſimile fecerunt Macedones : ſed timor & trepidatio multa univerſum habuit exercitum.* Memorabilis etiam Niciæ ducis Athenienſium clades; quæ ob Lunæ defectum contigit. Nam cum ab hoſte circumventus maxime trepidaret; timiditatem Lunæ defectus auxit, ut ſuis juſſis abſtinere a prælio cum XL. millibus hominum fuerit trucidatus, ut Plutarch. in l. de ſuperſtit. habet. Columbus etiam (ut rerum Indicarum ſcriptores referunt) cum in Iamaica inſula ob commeatus inopiam ad ſummum vitæ diſcrimen cum ſuis veniſſet, Barbaris hac ratione ſperantibus Chriſtianorum exercitum facile poſſe expugnari, ſingulari quodam Strategemate, ſe ſuosque ab exitio liberavit, uſus opportunitate imminentis Lunæ Eclipſeos, quam ille, uti erat Aſtronomicarum rerum peritiſſimus, brevi obſcurandam ſciebat. Ducibus enim Jamaicenſi-

cenſibus nunciari extemplo juſſit, ni ſibi, ſuisque neceſſaria omnia ſubminiſtrarent, fore, ut plurimis graviſſimisque malis, propediem affligerentur: atque ut fidem dictis faceret, edixit ſe proxima nocte effecturum, ut Luna ipſis videntibus obſcuraretur. Has Columbi minas homines barbari initio contempſere, poſtea vero cum ad conſtitutum tempus ab ipſo Lunam deficere paulatim conſpexerunt, attoniti & metu perculſi accurrere, provolutique ad Ducis genua commeatum largiter miniſtravere, & quæ vellet omnia ſe facturos ultro promiſere. Quidam tamen antiquorum, cum Luna obfuſcaretur, credebant hanc carminibus magicis cœlo detrahi; * quia lumine carebat, & vacua erat, ut Soſiphanes in Meleagro ſcribit:

Μάγοις ἐπῳδαῖς πᾶσα Θεσσαλὶς κόρη
(Πάντες λέγουσιν ὡς) σαθαμερεῖ. καὶ γὰρ ἂν
Ψευδὴς Σελήνης αἰθέρος καταίβασις.
Magicis carminibus quævis Theſſala puella
(Omnes uti dicunt) abolet. Sed hoc mendacium
Quod Luna ex æthere labatur.

Ariſtophanes in Nebulis:

Γυναῖκα φαρμακίδ' εἰ πριάμενος Θετταλὴν,
Καθέλοιμι νύκτωρ τὴν Σελήνην,
Mulierem veneficam ſi emero Theſſalam,
Captabo noctu Lunam.

Et Maro Ecl. VIII.

Carmina vel cœlo poſſunt deducere Lunam.

Ho-

* Vide huc *Jo. Lomeierum* de Luſtrat. Cap. 25. p. 309. ſeq.

Horat. v. Epod.

Quæ ſidera excantata voce Theſſalâ,
Lunamque cœlo diripit.

Statius:

- - Theſſala victrix
Ridet anhelantes audito carmine bigas.

Lucian. in Philopſeud. καὶ τὴν Ἑκάτην ἐναργῆ παρισεὶς, καὶ τὴν Σελήνην καταςπῶν, id eſt, *& Hecaten indubiam ſiſteris, Lunamque detrahens.* Cleomedes: ὁπόταν ἐκλείπῃ ἡ Σελήνη, ὅτι Φαρμακίδες οἴσιν αἱ καθαιρῦσαι αὐτὴν, id eſt, *quoniam Luna defecit, quando Veneficæ quibusdam detraxerunt illam.* Petron. Arbiter in Satyr.

- - Lunæ deſcendit imago,
Carminibus deducta meis. - -

Nemeſianus in Bucol.

Cantantes quod Luna timet, quo rumpitur anguis,
Quo currunt ſcopuli, migrant ſata, vellitur arbos.

Exiſtimabant autem antiqui, æris tinnitu & luminibus alte ſublatis Lunæ lumen in defectibus juvari. Theocrit in Pharmaceutr.

Ἁ θεὸς ἐν τριόδοισι τὰ χαλκίον ὡς τάχος
ἄχει.

Livius l. xxvi. diſpoſita in muris Campanorum imbellis multitudo tantum cum æris crepitu, qualis in defectu Lunæ ſilenti nocte cieri ſolet, edidit clamorem. Manil. l. 1. Aſtron.

Vltima ad Heſperios infectis volveris alis,
Seraque in externis quatiuntur gentibus æra.

Ovid. l. iv. Metam.

Cum fruſtra reſonant æra auxiliaria Lunæ.

Et l. VII.

Te quoque Luna trahe, quamvis temerata labores
Æra tuos minuant.

Idem:

Et quamvis aliquis Temeſæa removerit æra,
Nunquam Luna ſuis excutietur equis.

Seneca in Hippolyt.

At nos ſolliciti lumine turbido
Tractam Theſſalicis carminibus rati,
Tinnitus dedimus, tu fueras labor,
Et tu cauſa moræ.

Huc refer ex Tac. l. I. Ann. & Plutarch. in Paul. Æmylio ſuperius adducta verba. Conſule etiam Lucan. l. VI. Pharſ. Claudian. l. I. in Ruf. Apulej. Mil. II. Omnino autem ad rem divinam plæraque ænea * adhiberi ſolita, multa indicio ſunt, & in his maxi-

* In expiationibus nullius metalli æque ac æris uſus fuit frequens, quod vel Deorum iræ averruncandæ ſufficere, vel quibuscunque malis mederi, vulgus pro certo affirmaret. Antiquus *Theocriti* interpres ex *Apollodoro* in libro de Diis, obſervavit tantam æris priſcis ſeculis fuiſſe præſtantiam, ut πρὸς πᾶσαν ἀφοσίωσιν, καὶ ἀποκάθαρσιν ad omnem ſanctiorem luſtrationem adhiberetur. Huc ſpectant *Claudiani* de IV. Conſ. Hon. v. 150. verba: *Nec te progenitum Cybeleius ære ſonoro Luſtravit Corybas.* Rectiſſime inde conjicit *Lomeierus* in Epimenide C. 25. p. 307. æris tinnitu antiquitus & ſuſceptas fuiſſe luſtrationes & peractas. Eandem ob cauſam factum eſſe putat *Pignorius* in expoſit. menſæ Iſiacæ, ut pleraque vaſa ex ære conflata aut ad res divinas rite celebrandas, aut ad prælia feliciori quodam auſpicio committenda, ſufficere crederentur.

maxime ſacris, quibus delinire antiquos, aut devovere, aut denique morbos exigere volebant, Macrob. l. v. c. xix. Vide & Cœlium l. xix. c. xx. & l. xxix. c. vi. A. L. De Luna autem religioſiſſime apud Germanos culta authores paſſim teſtantur. Vnde nos, ritum hunc obſervantes in Franceide noſtra l. viii. his verſibus Harminium Deam precantem introduximus:

Dumque ea Bojorum proceres, & Dardana virtus
Molitur, vitreis tandem procedit ab oris
Luna novo radians cornu, ſpargitque bicorni
Lumine nigrantis taciturna ſilentia noctis.
Continuo major Druidum te, Cynthia, luſtrans
Extulit ardenteis ad roſcida cornua palmas,
Rite Deam venerans: rapidis hinc paſſibus ardens
Vertitur ad magni tentoria Saxonis alta.
Qui tum forte ſacra luci convalle ſedebat
Ad tumulum Manni, & Martem ſpirabat anhelum.
Quem tali affatur Dryidum ſermone ſacerdos:
Saxonii ductor populi, clariſſime bello,
Aurea jam ſurgit gracili Proſerpina cornu.
Tempus adeſt, quo ſigna trahas, atque agmine toto
Acceleres urbem Phrygiam, reprimaſque rebelles,
Antequam in auxilium coëant lecta undique ſigna
Bojorum procerum. Viden' ut Dea lumine dextro;
Quæ tibi ſigna dedit, cœlo confirmat ab alto,

Et

Et ſolito majore nitet fulgore per auras.
Harminius cognovit eum, palmasque trementeis
Suſtulit ad cœlum, & Divam ſic ore precatur:
Luna cavi Regina poli, quæ ſidere fauſto
Æthere jam ſummo radias, ingente favore
Harminium tutare tuum, magnæque coborteis
Saxoniæ, patriæ repetamus ut arva triumpho
Conſpicui, cæſis Phrygiæ ductoribus armis.
Omina tanta ſequar: tanto ſerar omine, Diva,
Ancipitem in Martem: nec enim fulgentia, credo,
Cornua Dyctinnæ juvenem ſeducere mentem
Teutoniæ, vanosque attollere luminis orbeis.
Talia verba ſonans, luco ſeſe extulit alto,
Et puros hauſit vitreo de gurgite roreis.
Aſpergitque manus, multis ſermonibus Heſum,
Dyctinnæque vocans ſurgenteis ſideris orbeis.
Iamque ferebantur campo numeroſa cohortum
Signa, metum vultu, manibus ſpirantia cædem.
Sigbertus primam frontem, extrema agmina ducit
Inclutus Odoacer, media dux Saxophalange
Fertur, ahena vibrans immani haſtilia dextra, &c.

Et hæc de πολυωνυμίᾳ Deæ adducere viſum fuit: cujus intricata enodatio, minus tunc temporis cognita, autores quandoque coëgit, ut minus certi ſacrorum, variis nominibus, & quidem ſibimet notioribus, Deam appellarent, & venerarentur. Hinc

Hinc hactenus Iſis, & Erthus, & Luna, a quibusdam Germanarum rerum ſcriptoribus diverſæ creditæ: quas tamen unum numen eſſe, noſtra diſſertatio probat. Venus ſiquidem, Vrania, Veſta, Minerva, Mater magna Deûm, Aſtarte, Erthus, Iſis, Luna, *Diana*, Juno, Lucina, Hecate, unum numen ſunt, pro diverſis virtutibus poſitum. Et hoc ita certum eſt, ut idcirco Iſis illa μυριώνυμος * dicta ſit. Præſertim cum & omnia numina gentilia maſculorum Deorum ad unum Solem referantur, ut Macrob. l. I. Saturn. vult. Optimo itaque jure fœminei ſexus numina ad unam Lunam, ut redigantur, conveniens eſt. Sic enim Ariſtotel. lib. περὶ κόσμου: εἷς δὲ ὢν, πολυώνυμός ἐστι, κατονομαζόμενος τοῖς πάθεσι πᾶσιν ἅπερ αὐτὸς νεοχμοῖ, id eſt, unus vero Deus exiſtens, multis nominibus dictus eſt; denominatus ab omnibus effectibus, quorum ſpecimen edere ipſe ſolet. Plura autem de Luna ſeu Cœleſti videantur apud Apul. Flor. IV. Ammian. Marcell. libro XXII. Capitolin. in Pertinace & Macrino, Trebell. Pollion. in Celſo. Salvian. cap. VIII. de Provident. Dei. D. Auguſtin. lib. II. de Civit. Dei cap. IX. Turneb. Adverſ. libro XXII. capite XXIV.

* Apud *Gruterum* hæc legitur Inſcriptio: TE TIBI UNA QVAE ES OMNIA DEA ISIS. &c. Vid. *Gisb. Cuperus* in Harpocrate p. 11. *Jo. Oliva* Exercitat. in Marmor Iſiacum, p. 28. ſeq. & *Petr. Zornius* Biblioth. Antiq. & exeget. T. I. p. 655.

CAP.

CAP. X.

Vera *de hactenus ſcriptis* opinio. *Analogia ex Hebræa lingua deducitur. Vnica primo lingua. Hebræa omnium prima. Theodoretus refellitur. Quam late olim patuerit. Quo pacto in varias dialectos migraverit. In ſola Abrahami gente incorrupta. Punica lingua ex Hebræa. Columnæ Punicæ Phœnicum Ioſuam fugientium. Diverſæ ſub captivitate in Cananæa dialecti. Syra lingua mixta. Characteres Chaldæorum & Hebræorum olim diverſi. Benjam. Tudelenſis error explosus de Samaritanis. Judæi Samaritanorum hoſtes. Aſima. Daniel literis & lingua Chaldæorum inſtruitur. Quæ ſcriptura uſus ſit angelus domini in convivio Belſazeris. Lingua ſacra ſpreta ab Ethnicis. Nomina punctorum Chaldaica. Teſtimonia Rabbinorum. Mutatio literarum nil detrahit autoritati ſcripturæ. Cauſa. Ex hac tanquam prima lingua, antiquiſſimorum numinum in Germania analogia deducenda. Non accurate interdum in Deorum nominibus indagandis ſervata.*

ORigine igitur & nominibus Celticorum Deorum perceptis, neceſſe eſt, ut & veram de his ſententiam aperiamus. Primus enim Sapientiæ gradus eſt, falſa cognoſcere, ut Lactant. refert. Priusquam igitur veri aliquid de his affirmemus, & ex Hebræa lingua originationem deducamus, viſum fuit, de Lingua omnium prima inquirere. Hoc enim ordo poſtulat, & neceſſitas jubet, ut videatur, quanam lingua priſci uſi fuerint, quo commodius noſtrum propoſitum attingamus. Ex hac ſiquidem antiquiſſima numina deducenda, quæ ab Heroibus priſcis poſteritati colenda propoſita fuerunt. Deinde etiam diviſio linguarum, Tuyſconiſque genealogia, hic enim Germanorum ſeu Celtarum primus pater,

pater, perquirenda erit; inde verum veri Dei cultum apud Celtas ſeu Germanos fuiſſe, deducemus. Et primo unica fuit lingua in toto orbe terrarum. Sic enim Moſes Gen. XI. verſ. 1. ויהי כל־הארץ שפה אחת ודברים אחדים *fuerat enim univerſa terra ſermone uno, & verbis iisdem.* Targum ad hunc locum ita habet: והוה כל ארעא לשן, חד וממלל חד *fuit univerſa terra Linguæ unius, & locutionis unius.* Verſio Seniorum: καὶ ἦν πᾶσα ἡ γῆ χεῖλος ἕν, καὶ φωνὴ μία πᾶσι. Ex his apparet, nondum varias dialectos fuiſſe, ſed ante confuſionem illam conveniſſe, non tantum in unitate verborum, ſed etiam in unitate labii, hoc eſt, modo proferendi. Philaſtrius igitur in Catalogo Hæreſium c. CVI. merito rejiciendus, qui verba Moyſis ſic intorquet: *Moſes dicit terram unius labii fuiſſe, quia etſi varia linguarum genera, omnes tamen ſe invicem intelligebant: eratque omnibus lingua una, & idem ſermo, non quidem eorundem vocabulorum uſu, ſed eadem omnium loquentium & audientium intelligentia.* Decepit ipſum figura, quæ Græcis ὕστερον πρώτερον dicitur, quæ ſæpiſſime in ſacris occurrit. Cum autem Moyſes nihil certi de hac definiverit, ſtandum eſt a parte ſeniorum. Et primo quidem Etymologia nominum perſonis & rebus indita aperte nos docet, hanc primam eſſe. Quia ex hac ab Adamo nomina animalibus juxta cujusque naturam, quod in aliis neutiquam linguis occurrit, impoſita ſunt. Primus etiam pater conjugem ſuam Chavam dixit: כי הוא היתה אם כל־חי, *quia ipſa ſit mater omnis viventis.* a radice nempe חיה vixit. alterum eſt

אשה

אשה, viraginem, ab איש viro Gen. II. verſ. 23. כי מאיש לקחה ואת *quia de viro ſumpta eſt.* Cain autem dictus eſt a matre Heva Gen. IV. verſ. 1. קניתי איש את־יהוה, *poſſedi virum Iehovam.* Sethum etiam mater vocavit Gen. IV. verſ. 25. כי שת לי אלהים זרע אחר תחת כל הכי, הרגו קין *quia repoſuit mihi Deus ſemen aliud* pro *Hebele, nam interfecit eum Kain.* Simile vide in Enos & Noæ nominibus. Teſtimonia etiam conveniunt. Targum Hieroſolymitanum: הוון כל דריא דארעא לישן חד וממלל חד ועיצה חדא אדום בלישן קודשא הוו ממללן דבה אתברי עלמא, מן שישויאי *& fuerunt omnes generationes terræ linguæ unius & loquelæ unius, & conſilii unius, quia lingua ſancta loquebantur, in qua conditus eſt mundus ab initio.* Targum Ionathanis ſic ait: והוא כל ארעא לישן חד וממלל חד ועיטא חדא בלישן קודשא הוו ממללין דאתבריא ביה פלמא מן שירויא, id eſt, *& fuit univerſa terra linguæ unius, & ſermonis unius & conſilii unius, in lingua ſancta loquebantur, &c.* D. Auguſtin. libri XVI. de Civitate Dei, capite XI. ait: *Linguam illam, quæ fuerat omnium hominum communis, fuiſſe Hebræam, ſic nominatam ab Heber, quod in ejus familia poſt diviſionem linguarum, manſerit. Ideo deinceps Hebræa eſt nuncupata, tunc enim opus erat diſtingui eam ab aliis linguis nomine proprio, ſicut aliæ quoque linguæ vocatæ ſunt nominibus propriis.* Item libri XVIII. capite XXXIX. *Quemadmodum etiam cum erat una omnium lingua, non ideo tamen filiæ peſtilentiæ defuerunt: nam & ante diluvium una erat lingua,*

lingua, & tamen omnes deleri, præter unam Noæ juſti domum, diluvio meruerunt: ita quando elatioris impietatis merito gentes linguarum diverſitate punitæ ſunt, & civitas impiorum confuſionis nomen accepit, ut appellaretur Babylon, non defuit domus Heber, ubi & prior lingua, & pietas conſervaretur. Nam quia de pœna venit multiplicatio mutatioque linguarum, utique præter hanc pœnam eſſe debuit populus Dei. Ergo ubi eadem lingua remanſit, ibi non fuit illa pœna, quæ facta eſt mutatione linguarum, ad iſtam non pervenit tale ſupplicium. Nec fruſtra lingua iſta, quam Patriarcharum & Prophetarum non ſolum in ſermonibus ſuis, verum etiam in literis ſacris cuſtodivit autoritas, non in omnes Abrahæ vel Heber poſteros transmiſſa eſt, ſed in eos tantum, quorum generatio recta ſerie perducitur ad Abraham; & hinc præterea in eos tantum, qui propagati per Iacob, & inſignius atque eminentius in Dei populum cohærentes, Dei teſtamenta & ſtirpem Chriſti habere potuerunt. Hieronymus capite III. Sophoniæ: *id quod diximus* nugas, *ſciamus in Hebræo ipſum Latinum eſſe ſermonem, & propterea a nobis ita, ut in Hebræo erat, eſſe poſitam, ut noſſe poſſimus linguam Hebraicam omnium linguarum eſſe matricem.* Sed Theodoretus quæſt. LIX. in Geneſ. Syriacam primam eſſe ſtatuit; Quænam ſit lingua omnium antiquiſſima, nomina ipſa indicant. Adam enim & Cain, Abel, & Noë, propria ſunt nomina linguæ Syriacæ. Syrorum enim mos eſt, terram rubram appellare Adam, Interpretatur vero Adam terrenus aut pulveroſus. Et Cain poſſeſſio: hoc enim Adam laudans Deum

dixit: poſſedi hominem per Deum. Et Abel idem eſt quod luctus: primus enim ille mortalium viſus eſt mortuus, primusque parentibus luctum attulit. Noë vero idem eſt, quod requies. Sed hanc Hebræam eſſe, nemo ſanus negat, & antea probatum. Nec obſtat, quod & vocabula hæc in Aramæa occurrant lingua. Et hoc olim aliis contigit linguis, ut in varias tranſirent dialectos. Aſpice Græcam. De hac Laur. Valla in præf. Elegant. *Vnius Græciæ, quod pudendum eſt, non una, ſed multæ, tanquam in Republica factiones: Græci inter ſe conſentire non poſſunt, nedum alios ad ſermonem ſuum ſe perducturos ſperent. Varie apud eos loquuntur autores, Attice, Æolice, Ionice, Dorice, κοινῶς: apud nos, id eſt, multas nationes, nemo niſi Romane.* Italorum etiam, verba ſunt Cl. V. Ioh. Seldeni c. 11. Prolegom. de DIIS Syris, Hiſpanorum, Francorum hodie id ipſum etiam evenit linguis, ut cum provinciales omes fuerint, & Romana primum natæ non paucis tamen Arabum, Tartarorum, Germanorum, aliorumque vocabulis Romam non omnino agnoſcentibus ſint refertæ. Quod tamen nihil facit, quo minus Latio, qua provinciales, acceptæ ferantur. Deinde etiam totius tractus illius incolæ, Babylonii, Aſſyrii, Chaldæi, Aramæi, Phœnices, Palæſtini, Cananæi, & finitimi, ut Arabes, Perſæ, Hebraico olim ſermone uſi. Hi enim, qui regiones has ante ædificationem turris Babylonicæ incolebant, unius labii erant, nempe Hebræam callebant linguam. Pars etiam horum ex Abrahami lumbis prodiit. Hæc autem poſtea diviſione linguarum aliquantulum in varias dialectos

abiit,

abiit; quæ tamen plerumque matrem ſuam Hebræam ſapiunt. Nec hanc ſententiam infringit, quod ſe partim non intelligere potuerint. Siquidem etiam hoc apud Germanos videre eſt. Si enim Inferioris Saxoniæ hominem ruſticum, cum Bavaro vel Suevo ad mutuum colloquium conducas, neuter alterum intelliget; cum tamen uterque Germanus ſit. Orientales vero linguæ, Ebraicæ dialecti, commerciis deinde, & bellorum copia novis inſtructæ vocabulis, quæ Hebræam minime ſapiunt, aliisque pronunciandi ſtridoribus corruptæ fuerunt. Tempus etiam non raro linguam depravat. Teſtis eſt S. Codex Gen. c. XXXI. v. 47. Aramæam linguam ab Hebræa deſciviſſe. Ducenti tantum plus minus anni pertranſierant ab egreſſu Abrahami ad Iacobum usque. Sed hæc Hebræa ſingulari Dei T. O. M. providentia usque ad captivitatem primam incorrupta manſit. Frequenti autem peregrinorum & advenarum commercio Dialecti hujus, utpote Babylonica, Aramæa, Chaldæa corruptæ, ſub Regibus minime fuerunt intellectæ a Iudæis. Chaldæam enim Ebræi pueri diſcunt, Dan. IV. Aramæam vero vulgus Iudæorum non intelligebat, uti ex hiſtoria Rabſaces II. Reg. c. XVIII & Ieſ. c. XXXVI. patet. Hanc enim linguam primus Patriarcharum puram putam ab omni contagione liberam ſervavit, inque Cananæam ad poſteros usque deduxit. Quam nec Ægyptiorum nec Cananæorum diverſum idioma corrupit. Hinc Eucherius Lugdunenſis ad Gen. XI. c. IX. ſcite ſcribit: *Vna Thare domus erat, de quo natus eſt Abraham, in qua verus veri Dei cultus,*

 & quan-

& quantum credibile eſt, in qua jam ſola Hebræa lingua remanſerat. Priorem autem linguam Hebræam perque totam Palæſtinam diffuſam fuiſſe, priusquam exterorum, ut ante dictum, commerciis confunderetur; patet ex Phœnicibus, qui ſub Ioſua Africam collecta manu invaſerunt. De quorum idiomate, Hebræo ſimillimo, vide V. Cl. Seldeni prolegom. de DIIS Syris, ubi plenius de Phœnicibus agit. Cæterum Priſcianus l. V. hæc ſcribit: *maxime cum lingua Pœnorum, quæ Chaldææ vel Ebrææ ſimilis eſt & Syræ, non habeat neutrum genus.* Procopius l. II. Vandal. de Phœnicibus hæc habet: *Vniverſa illa regio, quæ patet a Sidone in Ægyptum usque, Phœnicia olim dicebatur, & qui Phœnicum hiſtoriam ſcripſere, unum olim Regem imperitaſſe ei tradunt. Finitimi vero erant Gergeſii, & Iebuſii, qui cum numeroſum illum Ioſuæ exercitum recta ad ſe pergere viderent, in Ægyptum confugerunt: ſed quia regio tantæ multitudinis capax non erat, paulo poſt in Africam penetrarunt, ibique urbes multas extruxerunt, & ad usque Herculis columnas colonias deduxerunt, unde lingua ſemiphœnicia adhuc utuntur. Inter alias in Numidia urbem Tingit condiderunt, natura loci munitiſſimam, apud quam, prope magnum fontem, columnæ duæ ex candido marmore viſuntur, quibus Phœnicia lingua inſculpta leguntur verba:*

ΗΜΕΙΣ. ΕΣΜΕΝ. ΟΙ. ΦΥΓΟΝΤΕΣ.
ΑΠΟ. ΠΡΟΣΩΠΟΥ. ΙΗΣΟΥ.
ΤΟΥ. ΛΗΣΤΟΥ. ΥΙΟΥ. ΝΑΥΗ. *

Et

* Huic narrationi, quam non audent plane rejicere *Scaliger*

Et hæc eorum populorum origo, qui hodie Mauruſii vocantur. Vide & D. Auguſtin. l. XVI. c. VI. de C. D. & Arnob. in Pſ. CIV. Poſtea vero magis ac magis circa Aſſyriorum Imperium corrupta fuit conterminorum lingua, & quo longius remota fuit Iudæa ab exteris, eo diutius linguam puram retinuit. Donec tandem circa Perſarum monarchiæ primordia, hæc non parum a Palæſtinorum diſcrepavit. Nehemias c. XIII. v. 23. & 24. juxta Hebraicam veritatem ſic habet: *Vidi præterea in diebus illis Iudæos, qui acceperant uxores Asdodias, Ammonitidas, & Moabitidas. Et filii eorum pro media parte loquebantur Asdodice, nec ipſi noverant Iudaice, ſed juxta linguam populi & populi.* Seniores autem ſic tranſtulerunt:

liger ad *Euſeb. Bochartus* in Canaan. L. I. c. 24. *Bernardus Aldrete* in Antiq. Hiſpaniæ & Africæ III. 15. *Hottingerus* in Hiſt. Oriental. p. 68. *Th. Hyde* notis ad itinera Mundi, auctore Abrahamo Peritzol p. 45. *Auguſtinus Calmet*, Monachus Benedictinus in Diſſ. Comment. Gallice edit. in librum Joſuæ ſubjuncta Pariſ. 1711. 4. aliique laudati Cel. *Fabricio* cod. pſeudepigr. V.T. p. 892. fidem omnem detrahere conantur *Anton. van Dale* Epiſtola ad *Theodor. Janſon. ab Almeloveen*, quam vide ſis ad calcem Diſſ. de origine Idololatriæ & ſuperſtitionum p. 749. ſq. & *Georg. Henr. Sapphunius* in Comment. Philolog. ad Punica Plauti Lipſ. 1713. 8. p. 11. ſq. *Antonii van Dale* argumentis, minime permoveri ſe profeſſus eſt nuper vir eruditiſſ. *Ericus Bentzelius* in notitia literaria p. 5. neque ſe vel *Dalenii* vel *Sapphunii*, eruditi viri, permotum profitetur doctiſſimus *Fabricius* Cod. Pſeudepigr. Vet. Teſt. Voll. II. p. 137.

lerunt: *οἱ υἱοὶ αὐτῶν ἥμισυ λαλοῦσιν Ἀζωτιστὶ, καὶ οὐκ εἰσὶν ἐπιγινώσκοντες λαλεῖν Ἰουδαϊστί.* Matrimonia enim hæc, quæ Iudæis cum exteris intercedebant, linguam corrumpebant: liberi enim ex his prognati matrum potius, quam patrum linguas exprimebant, & ſic paulatim una cum altera miſcebatur. Sic R. Salomon Iarchi: הרבה מבניה היו מדברים לשון אשדודי כאמותם: *maxima pars ex filiis eorum loquuti fuerunt Asdodice, perinde ut matres eorum.* Franciſcus tamen Iunius l. II. Gramm. Hebr. c. VIII. p. 94. aliam Hebraicam á prima Chaldæa, vel Syra fuiſſe autumat. Multa, ſcribit, in ſacris leguntur, quæ pro eorum, qui loquuntur, aut de quibus agitur ratione peregrina, ac non Ebraica ſunt, quamobrem oportet ſcite ad ſuas Dialectos relegare, ut אברך genua flecte, Gen. XLI verſ. 43. ad Ægyptios, אזלת abiit, Deuter. XXXII. verſ. 35. ad Syros, & ſexcenta alia, quæ ſacris in locis interdum obſervavimus, & *μιμητικῶς* enunciari prudens Lector facile poteſt animadvertere. Hæc ille. R. autem Bereſchith ſect. LXXIV. aliam cauſam adducit: Ne ſit lingua Syriaca (vel Chaldaica) vilis in oculis tuis, quia in lege, in Prophetis, in Hagiographis invenimus, quod Deus Sanctus & benedictus impertiatur ei honorem; uti & R. Moſes Ben-Nachman. Sed uterque nihil ad rem facit. Dialecti enim hæ. Chærilus de Solymis ſub Xerxe militantibus canens, Phœnicas eos vocat:

Τῶν δ' ὄπιθεν διέβαινε γένος θαυμαστὸν ἰδέσθαι,
Γλῶσσαν μὲν Φοίνισσαν ἀπὸ στομάτων ἀφιέντες,

Ὤκουν

Ωἰκεῦν δ' ἐν Σολύμοις ὄρεσι.

Poſt hos apparuit genus mirandum viſu,
Linguam quidem Phœniciam ex ore mittebant,
Venerant tamen ex Solymorum montibus.

Et Franciſcus Iunius in præf. Gramm. ſcribit Indicam, Perſicam, Babylonicam, Armeniam, Syram, Arabicam Ebrææ eſſe conjunctiſſimas. Id quod tamen falſum eſt. Hæc de priſcis Orientalium Dialectis, quas omnes ex prima Hebræa fluxiſſe conſtat. Hæc ſola in domo Abrahæ permanſit, etiam illibata in captivitate Ægyptiaca; uti Elias in præfat. Methurgeman refert: Iſraëlitas in Ægypto tria hæc mutaſſe, nomina, veſtes, & linguam. Quamvis a primo ortu in alios atque alios idiotiſmos degenerarit. Vnde Daniel non intelligebat Chaldæam, nec Aramæam Iudæi. Et hoc optime D. Hieronymus in præfation. ad Dan. demonſtrat. *Ego adoleſcentulus poſt Quintiliani & Tullii lectionem & flores Rhetoricos, cum me in lingua Hebraicæ piſtrinum recluſiſſem, & multo ſudore, multoque tempore vix cœpiſſem anhelantia ſtridentiaque verba reſonare, & quaſi per cryptum ambulans, rarum deſuper lumen aſpicerem; impegi noviſſime in Danielem: & tanto tædio affectus ſum, ut deſperatione ſubita omnem laborem veterem voluerim contemnere. Verum adhortante me quodam Hebræo, & illud mihi crebrius in ſua lingua ingerente, labor improbus omnia vincit: qui mihi videbar ſciolus inter Hebræos, cœpi rurſus eſſe diſcipulus Chaldaicus. Et ut verum fatear, usque ad præſentem diem magis poſſum ſermonem Chaldaicum legere & intelligere, quam ſonare.* Nec hic

aliquis nimis ſe torqueat, genioque invito id fieri demonſtret, Chaldæam ab Hebræa deſcendere: & D. Hieronymi verba tom. V. Comment. in Dan. c. I. adducat; *Philo arbitratur linguam Ebræorum ipſam eſſe Chaldaicam, quia Abraham de Chaldais fuerit. Quod ſi recipimus, quærendum eſt, quomodo nunc Ebræi pueri, linguam quam noverant doceri jubeantur: niſi forte, juxta quorundam opinionem, duas Abraham linguas, & Ebræorum, & Chaldæorum ſciſſe dicamus.* Aſpiciat quis Gallorum idioma, quod primo illo ſeculo Romanum fuit, a Romanis devictis impoſitum, quam longe a Romana diſcrepat lingua, ut etiam peritiſſimus Romanæ linguæ Gallum perorantem, ne unico quidem verbo intelligat. Stridor enim & rotabilis volubilitas ipſorum quantum a gravi & excellenti Romanorum ſono diſtat? Ipſa Itala lingua quem rancidum edit ſtrepitum! Ita miſere detorquent voces, ne aliquid Romanæ commercii ſit cum ſua. Hiſpanicam prætereo; quas inquilinus Romanus ſermo conſtituit: ſed conſtitutas error, & tempus, & nativa barbaries deſtruxit. Sane recentior Syra lingua, non eſt vetuſta illa, ſed conflata ex Iudaica, Chaldaica, & Palæſtina. Et Thalmud Hieroſolymitanum circa annum Chriſti CCXXX. a R. Iochanan conſcriptum, ſtylo conſtat impuriſſimo, qui Iudæum ſermonem, & varias Aramææ linguæ Dialectos redolet: multa etiam Græca, Latina, Arabica, & Barbara vocabula habet. De cauſis autem corruptionis linguarum copioſius diſſerentem evolve I. Bodinum in Method. Hiſtor. c. IX. Characteres autem Ebræorum & Chaldæorum diver-

diverſos fuiſſe non repugno. Sic enim B. Hieronymus in prologo galeato, qui præmiſſus eſt libris Regum: *Viginti & duas literas eſſe apud Ebræos Syrorum quoque lingua & Chaldæorum teſtatur, quæ Ebrææ magna ex parte confinis eſt. Nam & ipſi viginti duo elementa habent eodem ſono, ſed diverſis characteribus. Samaritani etiam Pentateuchum Moyſis totidem literis ſcriptitant, figuris tantum & apicibus diſcrepantes. Certumque eſt Eſdram ſcribam, legisque doctorem poſt captam Hieroſolymam & Inſtaurationem templi ſub Zorobabel alias literas reperiſſe, quibus nunc utimur, cum ad illud usque tempus iidem Samaritanorum & Ebræorum fuerint.* Joſeph. Scaliger l. VII. de Emendat. Temp. ſcribit talia: *Pentateuchum legunt Samaritani literis non adulterinis, ut Judæi, ſed meris Moſaicis characteribus, ut plane a Poſtello proditum eſt, & res ipſa loquitur.* Faceſſat igitur Benjamini Tudelenſis ſententia, & omnium eorum, qui cum eo ſentiunt, qui ſcribit: Samaritani carent tribus literis החע, quaſi ex nominibus Patriarcharum Abraהam, Jitzחak, & Jaעcob * eliſis. Ergo Pentateuchus, aliique libri Scripturæ ante Esdram iſto charactere exarari non potuerunt. Hoc enim falſum eſſe teſtatur B. Hieronymus,

 qui

* Quæ temere Samaritanis paſſim objecta, viri docti certatim diluerunt, *Jo. Morinus* Exercit. I. in Pentateuch. Samarit. C. V. p. 71. ſeqq. *Hottingerus* in Exercit. Anti-Morin. §. XV. ſeqq. rurſusque §. XXIX. ſqq. *Basnagius* Hiſt. Jud. L. II. C. IV. p. 359. ſeqq. *Waltonus* Proleg. XI. §. 7. p. 367.

qui longe ante hunc floruit, uti & Poſtellus, qui integrum Alphabethum Samaritanum edidit. Ioſephus etiam Scaliger Samaritanos manu ſua totum Alphabethum deſcripſiſſe, & nomina Patriarcharum iisdem literis ad ſe miſſiſſe teſtatur. Vide & in Crincſ. in Babel, qui ex Oriente in folio membraneo exaratum, èque Oriente allatum ſe vidiſſe refert. Cæterum ab inveterato in Samaritanos odio hoc profectum eſſe patet. Quàm acriter enim Iudæi inſectati fuerint Samaritanos, poſtquam ex Babylonia redierunt, patet ex hoc, quod Judæo non liceret cum Cuthæo ſeu Samaritano panem comedere, juxta illud: *Qui comedit panem Samariticum, æque eſt, ac ſi comedat carnem ſuillam.* Nulla inſuper ſpes fuit Cuthæo ad Eccleſiam Judaicam redeundi, ut illud teſtatur: אל יתבייר כותי בישראל, ut I. Druſius l. III. c. XI. de tribus ſectis Iudæorum refert, ubi ex Tanchana recenſet, ſolemnem excommunicationem Samaritanorum factam ab Esdra & Nehemia. Et R. Abenezra in præfatione ad Eſther refert, Pentateuchum Samaritanos ab his verbis auſpicari: *In principio creavit Aſima.* Aſima autem hircum interpretatur, ſed falſum hoc. Cæterum characteres diverſos fuiſſe teſtatur locus ille Dan. c. I. quod pueri ſelecti fuerint, ut diſcerent: בשרים ספר ולשון literas atque linguam Chaldæorum Si enim Characteres idem fuiſſent, non habuiſſent opus, ut Chaldaicas addiſcerent. Quamvis quidam ſub ספר Sapientiam intelligi volunt. Sic enim Franc. Iun. in lect. c. I. Dan. Literas accipe non tantum ſcripturam

ram (ut exponit vulgus Hebræorum) verum etiam omnem ſcientiam, in qua a Chaldæis fuerunt hi juvenes informati. Symmachus ita reddit c. 1, verſ. 17. Deum dediſſe eis σύνεσιν καὶ Φρόνησιν ἐν πάσῃ γραμματικῇ καὶ σοφίᾳ. Vide & R. Saadian, & Abenezram ad hunc locum, qui ספר reddit per כתב ſcripturam. Et nobis maxime opitulatur R. Joſes Ben-Gorion, qui l. 1. c. 1. miraculum illud, quod in convivio Belſaris contigit, ſic depingit: ויבא המלאך ויכתב לו על הקיר בששר נוכח מנורת המלך ואלה אשר כתב חשב שכר והפריש אבל האותיות היו לשון קדש והמכתב לשון ארמית: iſt eſt, *& venit Angelus, & ſcripſit ei in pariete colore rubeo e regione regii candelabri hujuſmodi ſcripturam:* ſupputavit, ponderavit, & diviſit. *Et literæ quidem erant Ebraicæ, verba autem Syriaca.* Chaldæa autem ſeu Aramæa Regi, ut & Magis vernacula erat: cujus literas non tenuiſſe abſurdum eſt, ſi conveniſſent cum Ebraicis, ut noſtro conveniunt ſeculo. Sed illi characteres Ebræi erant priſci illi Samaritani, quorum notitiam Chaldæi ſibi non contraxerant. Scriptura ſiquidem Sacra affirmat ipſos neque ſcripturam legere, neque interpretationem Regi oſtendere potuiſſe. In quo Pererius l. VI. Comment. in Daniel. aperte contra textum hallucinatur, qui Chaldæos ſcripturam illam facile legere potuiſſe, ſed certam elicere mentem non valuiſſe affirmat. Sed hoc invita Minerva. Scriptio enim hæc Hebraica erat, ut R. Saadias in comment. ad v. 24. c. V. Dan. teſtatur: בכתב הקדש ולא יכלו חכמנו לקרותו

לקרותו ולא פרשו וכו׳: ſcriptura erat ſancta, nec eam ſapientes Regis legere, nec exponere poterant. Et recte quidem. Quia diverſis characteribus conſtabat Hebræa & Chaldæa. Non enim probabile eſt, ſuperbos illos & tumidos Magos Hebræorum captivorum linguam addiſcere voluiſſe. Et ipſi in convivio illo Deum T. O. M. imprecationibus ſuis ad iram provocabant. Et Joſephus ipſe, clariſſimus Judæorum Hiſtoricus diverſos characteres fuiſſe teſtatur. Videatur & R. Moſes Ben-Nachman, & Ioſ. Alboſorienſis, de quibus I. Druſius Comment. ad diff. l. Exod. c. XXXVII. ſic ait: *Quæſtio movetur de tabulis Legis, ſcriptanæ fuerint charactere Aſſyrio, qui nunc obtinet, an alio? Et credibile eſt ſcriptas fuiſſe charactere Sarmatico, qui antiquus character Ebræorum, quem poſtea Esdras in deportatione Babylonica, vel poſtquam Judæi e Chaldæa in terram patriam poſtliminio reverſi fuiſſent, mutavit in Aſſyrium. Quod ſi probavero, non puto fore, qui de hac re dubitaturus ſit, niſi forte alter Carneades, qui de rebus omnibus dubitare ſolebat. Igitur Hieronymus pro hac ſententia primus teſtimonium dicet, quod ſubterfugere non poteſt, cum in prologo galeato ita ſcripſerit:* Certum eſt Esdram &c. *Scio Picum Mirandulam & Mithridatem Judæum in alia ſententia fuiſſe: ſed profecto doctiores Iudæi ab Hieronymo ſtant, in queis Joſeph Albo Sorienſis; & Moſes Gerundenſis, ambo Hiſpani: quorum ille in libro articulorum fidei, fol. 81. p. 2.* Vocatur, *inquit*, ſcriptura Aſſyria, quoniam aſcendit cum eis ex Aſſiria. Veteres enim characteres

Ebrai-

Ebraicos reliquerunt idiotis, hoc eſt, Samaritanis. *Errat igitur ex malo intellectu horum verborum Abraham de Balmes, qui aliud ſibi ſomniat:* המשוחף לכל הוא צורת האותיות שקוראים אשורית שהיא מיושרת באותיות ויצאה עמנו מאשור: hoc eſt, omnibus communis eſt forma literarum, quam vocant Aſſyriam, qui eſt recta in ſuis literis, & exivit nobiſcum ex Aſſyria. Schindlerus etiam in Grammatica ſua nomina illa punctorum, ut Zere, Sægol, Cholem, Mappik, Dageſch, Targa, Thebir eſſe Chaldaica, non Hebraica tradit. Si enim iſtæ appellationes & figuræ punctorum, literarum, & accentuum eſſent ipſi linguæ coævæ, quam in monte Sinai exaratam ſtatuunt: unde Chaldæi eam ſcripturam extra Sinain acceperunt? Ea quidem puncta fuiſſe non nego, ſed nomina punctorum eſſe Chaldaica. Sine punctis enim Ebræa lingua neutiquam ſubſiſtere poteſt. Semper quidem conſonatibus addita fuerunt puncta, ſed literæ & puncta non ſemper eodem nomine appellata fuerunt. Et cum hac nummi ſententia conſentiunt. Rambam in extremo Comment. ſui in Pentateuchum ſic ſcribit: *Veni Acem*, hoc eſt, Ptolemaida, *& inveni in manu ſenum terræ illius monetam argenteam, quam oſtenderunt Samaritanis, qui ſtatim legerunt eam. Nam ſcriptura erat Ebraica, quæ relicta fuit Samaritanis, quemadmodum proditum eſt in tractatu Sanhedrin.* Et hoc teſtimonium ab antiquiſſimis Judæis ſeu Thalmudiſtis. Andreas Maſius Comment. in Ioſ. c. VII. f. 135. ſic ſcribit: *Ioſeph*, l. III. Antiq.

c. X. *ſcribit, ſiclum eſſe Drachmas Atticas quatuor, hoc eſt, ſtaterem unum, ſive ſemunciam, unde & Symmachus h. l. pro ſiclis dixit* ϛατῆρας, *ut ſolet plerumque, Aquilas quoque. Et hoc verum ſicli argentei pondus eſſe oſtendunt vetuſtiſſimi ſicli juſtiſſima trutina appenſi. Quorum unum mihi amicitiæ gratia olim dono dedit vir, ob Ebraicam Typographiam, & ejus linguæ non ſolum ſtudium, ſed egregiam ſcientiam, atque inprimis ob ſingularem animi probitatem & candorem æterna memoria digniſſimus, Daniel Bombergus. Eorum lemma utrinque literis priſcis, ſive, ut Thalmudici appellant, Libanicis, vel, ut alii Samaritanis, ſcriptum, in ea facie, quæ virgam Aaronis oſtendit, tale eſt :* ירושלים הקדשה, hoc eſt Ieruſalem ſancta: *in altera vero facie, qua vaſculum illud, quo manna ſervabatur, in arca, ſpectatur tale,* שקל ישראל, Siclus Iſrael. *Supra autem illum mannæ calicem duæ viſuntur literæ* ש *&* מ, *quarum ego enodationem eſſe reor quidem* שלמה מלך, *Salomon Rex.* Talem etiam nummum, charactere Samaritano * ab ipſis Judæis uti & Maſii, cuſum Theodor. Beza in Annotat. M. ad N. T. Part. I. ad c. XVII. Matth. V. 23. adducit hiſce verbis *Hujus nummi, id eſt, dimidii ſtateris argentei, qui integer quatuor drachmarum erat, quales ipſi Iudæi olim ſignarunt, veram imaginem hic excu-*

* Confer omnino huc Cl. *Steph. Soucietum* S. I. in Collectione Differt. Critic. gall. edita Pariſ. 1715. 4. Diſſ. I. de Numis Hebraicis, ubi fuſe oſtendit, illas, quas Samaritanas vocamus, literas, re vera genuinas Hebræorum eſſe.

excudendam curavi. expreſſam ex vero ac puri puti argenti nummo, mihi a fide illo Chriſti ſervo, & beatæ memoriæ viro, Domino Ambroſio Blaurero, donato. Habet autem hic numus Samaritanis literis inſignis una ex parte urnam illam ſacram, in qua recondita fuit Manna, ſuperpoſita litera Aleph, qua declaratur ſimplex hic fuiſſe Siclus, duarum videlicet drachmarum quum duplus eſſet drachmarum quatuor, cum inſcriptione שקל ישראל, hoc eſt, Siclus Iſrael: *ex altera vero virgam illam Aaronis florentem; cum inſcriptione* ירושלים קדשה hoc eſt, Jeruſalem ſancta. Hæc-ille. Non autem credibile eſt, Samaritanos hos cudiſſe, ſed Iudæos. Samaritani execrabantur Hieroſolymam: nec tam auguſto titulo decoraſſent inimiciſſimam urbem. Luce jam ſolari clarius eſt, Hebræorum priſcorum characterem alium a moderno fuiſſe; non tamen inde putandum, Scripturam ſacram ab Eſra & ſcribis illis, qui V. Inſtrumentum Chaldaicis typis tranſcripſerunt, corruptam vel depravatam fuiſſe. Erant enim ἅγιοι θεοῦ ἄνθρωποι, & divina ἀναμαρτησίᾳ ac privilegio donati. Hinc ab omni in doctrina errore plane immunes fuerunt. Et fuit Esdra c. VII. v. 6. ספר מהיר בתורת משה *ſcriba expeditus in Lege Moſis*. Sed noſtri inſtituti non eſt pluribus hanc quæſtionem tractare. Nos, cum ſatisq; ſuperque conſtet Hebræam linguam eſſe primam, & in hac primos parentes locutos, verumque Dei verbum annunciaſſe, Germanorum Deorum nomina, & totam religionem ex hac depromemus & oſtendemus multa Deorum nomina, quibus ipſi

uſi ſunt, Hebraica eſſe, & plurimos ritus ſacros inde petitos. Namque & Græci Deorum ſuorum nomenclaturam ex Grammatica petunt. Sic Ἀφροδίτη ab ἀφρῷ deſcendit, ἑρμῆς ab ἑρμηνεύειν, ᾍδη ab Ἀϊδὴς, Κρόνος ab Χρόνῳ, ζεὺς, παρὰ τὸ ζῆν, vel ζεῖν. * Latini Solem a ſolo, Pomonam a pomis, Cluacinam a cluere, Venerem a veniendo, Triviam a Triviis, Cinxiam a cingulo deducunt. Sed nec omnia ſecundum analogiam procedunt. *Et habet hoc quaque lingua proprium*, (concedat hoc mihi de ſuo Cl. Taubmannus in Aul. act. 1. ſc. 1.) *ut iſtorum magiſtrorum, Grammaticorum nempe), canones perrumpat, & liberiore campo excurrat: quod qui indigne fuerunt exotici homines, male ſane de bonis ſcriptoribus merentur*. Sed ut omnem Cenſuræ de hac originatione ex Hebræo deducta animadverſionem ſubterfugiamus, de Tuyſcone primum ſermo erit: quem verum Dei cultum habuiſſe, inque vera religione ab avo Noa inſtitutum Hebraicaque primum lingua uſum fuiſſe; poſtmodum etiam in confuſione linguarum nomina illa veri Dei retinuiſſe, cultumque ad poſteros usque transmiſiſſe jam deducemus.

---

* Jupiter ἀπὸ τοῦ ζῆν, ζεὺς dici viſus eſt Gentilibus: παρ' ὅσοι τοῦ ζῆν αἴτιος ἐστι. Vide *Menagium* ad Diogenem La-rtium VII. 147. *Gatakerum* ad Antonin. IV. §. 23. & V. §. 27. & *Elsnerum* in Obſ. Saer. p. 451.

CAP.

Cap. XI.

Primum ſeculum *caruit hæreſibus. Adam ſciebat myſterium S. S. Triados. Chriſtianiſmi charakterem exhibuit. Angeli ſeductores. Ex his Gigantes geniti. Quos inter juſtiſſimus Noa. Sibyllæ teſtimonium. Abydeno Siſithrus dictus. Diluvium. Noë filios in vera religione inſtituit. Tuyſcon ex hujus lumbis prodiit. Germanorum pater. Quando linguarum corruptio exſtiterit. Non omnes homines ad ædificationem turris confluxerunt. Noa tunc temporis adhuc vivus. Nec Phaleg aut Eber participes fuerunt. Nimbrothus autor. Mutata lingua apud Celtas nomina propria Dei integra manſerunt. Jehova nomen Dei Noæ cognitum. Voces Heſus, Belenus, Tharamis Deorum nomina. In Germanica lingua plurimæ voces Hebrææ. Confuſio linguarum in feſto Pentecoſtes ſanctificata. Samothes idem cum Tuyſcone. Aſcenaz in ſacris Tuyſcon. Sub Serug cœpit idololatria. Thara ſtatuarius. Haran primus ante patrem mortuus. Tuyſcon ſacra patrum retinuit. Cauſa longævitatis. Celebratur a Germanis ejus memoria.*

Epiphanius egregie de primorum Parentum religione ſcribens, ſic ait: "Ab Adam usque ad „Noa & liberos ejus hæreſis omnis, & idololatria „ignota fuit. Nondum erat alia opinio, non gens „ulla religione varians, non nomen hæreſis, neque „ſimulacrorum cultus. Vnusquisque proprio „ſenſu ambulabat; nondum enim lex lata erat: ſed „quilibet ſibi ipſi erat lex, & ſua ſibi ſententia vive„bat. Non erat in terris hæreſis, non alia & alia „ſententia; ſed homines tantum communiter „omnes vocabantur unius labii & linguæ. Et „pietas, & impietas erat illis naturæ lex; nec non

„vernaculum uniuscujusque voluntatis arbitrium, „& delectus, ac nedum erat vel ex doctrina, vel ex „monumentis ſcriptorum error & ſeductio. Non „erat Judaiſmus aut ſecta quæpiam alia; ſed ut ita „dicam, ea, quæ nunc in præſenti ſancta Dei Catho- „lica Eccleſia obtinet, fides erat, quæ cum ab initio „extiterit, poſtea rurſum eſt manifeſtata. Si quis „namque veritatis amore rem inſpicere velit, exce- „pto ſcopo principium omnium inveniet eſſe Ca- „tholicam & ſanctam Eccleſiam. Sane quidem „Adam protoplaſtus non circumciſus formatus eſt, „ſed præputiatus carne; & minime idololatra erat, „& ſciebat Deum patrem, & Filium, & Spiritum „Sanctum. Propheta enim erat; & circumciſio- „nem non habens, non erat Judæus: & ſtatuas non „adorans, aut aliud quicquam; non erat idolo- „rum cultor, ſed propheta erat Adam, & non „ignorabat, quod Pater dixerat Filio, faciamus ho- „minem. Quid ergo erat, cum neque Judæus eſſet, „neque ſimulacra coleret? Chriſtianiſmi ille cha- „racterem exhibuit. Ad eundem modum & de „Abel, & de Seth, & de Enos, & de Enoch, & de „Mathuſalem, & de Noë, & de Eber, usque ad „Abraham ſentiendum. Operabatur autum tum „pietas, & impietas, fides & infidelitas: ac fides „quidem Chriſtianiſmi obtinens imaginem, infide- „litas autem impietatis habens characterem, & ini- „quitatis, quæ naturæ legi ſunt contrariæ“ Hæc ille. Namque ob impietatem primus orbis deletus eſt; hominibus ſiquidem ſeſe multiplicantibus cum filiæ naſcerentur, earum pulchritudine capti homi-

hominum potentiſſimi eligebant ex omni numero, quas ducerent uxores. Tum Jova dixit, non perpetuo contendam animo cum hominibus, qui quidem caro ſint, itaque erit eorum ætas CXX. annorum. Erant autem ea tempeſtate in terris Gigantes: accedebant eo ex illis potentum connubiis nati Heroës, homines ab omni memoria celebres. Athenagoras in Apolog. "Angeli namque ad con„cupiſcentiam adverſus virgines delapſi, & carne „minores, ut qui ab ea victi eſſent, reperti ſunt. „Iſte autem negligens, ſecurus & improbus in com„miſſa ſibi creditæ gubernationis provincia. Por„ro ex iis qui animum ad virgines adjecerunt, Gi„gantes qui vocantur prognati ſunt. Angeli ergo „hi, qui de cœlo exciderunt, circa aërem & terram „manentes, inſuper cœleſtia ſuſpicere nequeunt: „& Gigantum animæ circa mundum pererrantes „ſunt dæmones. Ac dæmones quidem hi, quas „acceperunt, conſtitutionibus; Angeli autem quas „habuerunt, concupiſcentiis ſimiles motus effi„ciunt. *Macar. Hom.* 11. Regni tenebrarum „princeps ille maximus, cum ab initio in captivita„tem hominem redegiſſet, animam tanquam homi„nes circumdedit, & veſtivit poteſtate tenebrarum. „Et curat illam egentem, & induit eam veſtimentis „regiis, ut a capite ad ungues geſtet regia inſignia: „induit animam & totam ejus ſubſtantiam peccato „princeps ille improbus, totamque inquinavit: „non reliquit ullum ipſius membrum a ſe liberum, „non cogitationes, non mentem, non denique cor„pus: ſed induit eam purpura tenebrarum. Inter

depravatos autem illos homines, unus fuit juſtiſſimus Noa, Gen. VI. v. 9. integer in ætatibus ſuis, ſecundum Deum indeſinenter ambulans, qui invenit gratiam in oculis Jehovæ. Hic enim a Deo in arca ſervatus cum filiis Cham, Iaphet, Sem, eorumque uxoribus, poſtmodum in univerſum amplificavit genus humanum. Quod & Sibylla tangit his carminibus, quæ Latine vertit Caſtalion.

Poſtremo longe pejorem condidit, atque
Plane illaudatam ſtirpem Deus, atque malorum
Artificem, multo illis intolerabiliorem:
Scilicet horrendos, fantes infanda, Gigantes.
Inter eos omnes unus juſtiſſimus, atque
Verax Noë fuit, fidusque & rebus honeſtis
Addictus; cœlo cui ſic Deus infit ab alto:
Collige Noë tuas vires, populoſque moneto
Omnes, ut mutent mores, ſerventur ut omnes,
Quod ſi non curant, ut mens eſt læva malorum,
Omne genus perdam, illuviem molitus aquarum.
Tu propere fabricare domum, durabile cujus
Non bibat humorem lignum, dabo mentis acumen,
Artem, menſuram, ſpacium, mihi cura ſalutis
Summa tuæ fuerit, fuerit mihi cura tuorum. –
Sic ait: aſt illi vulgo ridere monentem,
Dicereque inſanum, dementatumque furore.
Sed poſtquam fruſtra ſceleratos commonefecit,
Noë pater, conjuxque dehinc, natique, nuruſque,
Lignea tecta domus ſubierunt: cætera deinde
Adſunt omnia, quæ Deus aſſervare volebat.

Sed poſtquam pluviis totum Deus eluit orbem,
Tunc exiſtere humum cognovit Noë propinquam.
Hinc ubi divine trabs huc, illucque natavit
Murmure cum rauco ponti jactata fluentis.
Appulit exiguæ terræ, tandemque quievit.
Aſſurgit Phrygiæ mons quidam in finibus atræ
Arduus, alta petens, Ararat quem nomine dicunt,
Quod fatale fuit illic evadere cunctis.

Et ulterius:

- - Siquidem cum dilueretur -
Mundus aquis, cum vir ſolus probus exſuperavit
Quidam, quem per aquas vexit domus eruta ſylvis.
Et pecudes & aves, rurſum impleretur ut orbis.

Hunc tamen Noam Abydenus Siſſithrim * vocat; *Siſſithris*, inquit, *principatum deinde accepit, cui Saturnus magnam vim aquarum futuram ſignificavit. Quare ſalvare ſe cupiens, Ad Armeniam navigio confugiebat, ſed aquæ ipſum in via oppreſſerunt. Tertio autem die, poſtquam aquæ ceſſarunt, aves emiſit, ut per eas ſciret, ſicubi terra exſtaret, quæ cum omnia pelagi facie tegerentur, ad Siſſithrum, nullibi enim conſiſtere poterant, reverſæ ſunt. Poſt aliquot dies ſimiliter factum fuit. Tertio emiſſæ, reverſæ ad eum fuerunt, limo pedes refertæ, & tunc Dii ab homi-*

* Siſithri nomine Noachum venire exiſtimat quoque *Grotius* L. 1. de verit relig. Chriſt. §. 16. p. 51. ſeq. De origine nominis Niſuthri, vide *Dickinſonium* Delph. Phœniciz. p. 165. & *Braunium* in Comment. in Epiſt. ad Hebr. p. 706.

hominibus Siſithrum rapuerunt. Navis autem adhuc invenitur in Armenia, cujus ligna remedium hominibus adverſus multos mirabiliter morbos afferunt. Cujus etiam ſententiæ Mnaſeas Phœnix eſt, ſic ſcribens: *Eſt & ſuper Miniadam excelſus mons in Armenia, qui Baris appellatur: in quo multos confugientes ſermo eſt diluvii tempore ſervatos, & quendam ſimul in arca devectum in montis veniſſe ſummitatem, lignorumque reliquias multo tempore ſervatas. Fuit autem iſte, quem etiam Moſes legislator Judæorum ſcripſit.* Egreſſus autem arca Noë cum filiis, gratias egit domino, & holocauſtum incendit, cujus ſuavitate delectatus Iehova fœdus init, nunquam amplius orbem terrarum diluvio aquarum ita corruptum iri, ut animalia cuncta perdantur, pignorique ponit arcum ſuum in nubibus. Benedictione itaque a Deo facta, genus humanum in immenſum auctum eſt. Noë autem ut vir juſtus filios, nepotesque ſuos ſine omni dubio in vera religione, a patribus accepta inſtruxit: Salvatorisque venturi expectatione implevit: quæ etiam in poſteris Semi incorrupta permanſit. Tuyſcon autem filius ejus. Siquidem ab hoc, ejusque filiis tota hominum proſapia deſcendit. Tac. in lib. de mor. Germ. Tuyſconem Deum terra editum eſſe ſcribit. De confuſione autem linguarum teſtes præter S. Codicem ſunt Alexand. Polyhiſtor, & Abydenus, qui ſic ſcribunt: *Communis opinio & fama eſt, homines terra prognatos, robore ſuo fretos, invitis Diis turrim ad Solem usque attollere voluiſſe, quo loco Babylon ſita eſt: ubi vero ea ad magnam jam altitudinem pro-*

producta fuiſſet, a Diis vi ventorum dejectam, & peſſumdatam fuiſſe. Et quia plurium linguarum initium inde cepiſſet, Hebræos locum illum Babel, id eſt, confuſionem vocitaſſe. Nec hic quisquam putet omnes omnino homines ad ædificationem turris operam dediſſe: & nullas ante confuſionem exiviſſe colonias in totum orbem terrarum, uti Myricæus vult, qui ſic ſcribit: Nunquam demonſtrari poteſt, nec demonſtrabũnt Heberum non conſpiraſſe cum reliquis in ædificanda turri, cum potius contrarium habeatur Gen. XI. verſ. 3. ubi: ויאמרו איש אל־רעהו & dixerunt vir ad proximum ſuum: ubi Chaldæus noſter habet: גבר לגבריה viri viro, hoc eſt, unusquisque, quod etiam ex ſequentibus colligitur. Sic ille. Sane ſi omnes ibi homines intelliguntur, ad ædificandam turrim conſpiraſſe, utique & Noa, qui tunc temporis in vivis adhuc erat, demumque anno mundi cIↄ cIↄ VI. mortuus fuit, conſpiravit, & ſic a Deo O. M. defecit, delectatusque fuit impio Chamitarum propoſito. Sed hoc abſonum, & a veritate tantum abeſt, quantum cœlum a terra. Hic enim Gen. cap. VI. vocatur איש צדיק תמים vir juſtus & perfectus, ſcilicet בעובדין טבין *in operibus bonis*, ut Targum Jonathanis habet. Et Eber juſtiſſimus vir nomen filio ſuo פלג. hoc eſt, diviſio, indidit; quoniam in diebus ejus diviſa fuit terra, Gen. cap. X. verſ. 25. Pelegi enim huius anno LXXXV. facta fuit diviſio linguarum. Non quidem eo nato, quod cum ſupputatione Chronologorum minime conſentit. Hujus enim tempore habitatores terræ cœperunt uti

variis linguis, ideoque in diverſas orbis regiones diffuſi ſunt. Eber ſiquidem Spiritu Prophetiæ clarus, cernens linguarum diviſionem ſub Pelegi ætate futuram, filio nato nomen impoſuit a futuro eventu, ut notat R. Salomon Iarchi. Hinc nullum dubium eſt, quin ſuperbiam & faſtum Nimrodicæ factionis odio pluſquam Vatiniano proſequutus fuerit, minimeque cum iis conſenſerit. Illi enim, qui ſoli Nimbrotho adhærebant, neutiquam piis adjunctis in hoc factum conſpirarunt, ut Lyranus ad Gen. cap. XI. verſ. 3. commemorat: inducente Nemroth conſenſerunt in hoc facto. Et ipſe fuit Tyrannus; qui primus vi imperium ſibi cepit. Vſque ad turrim Babylonicam fuit vera religio in uſu, & in Hebræa lingua tradita. Poſt diviſionem vero linguarum, unusquisque populus in regione ſua generali voluntate, & ordinatione Dei T. O. M. Ebræam linguam depoſuit, alioque ſono ſermonem ſuum protulerunt: nihilominus tamen principalia nomina Heroum, uti & myſtica Dei T. O. M. apud plerasque gentes permanſerunt integra. Iehova enim ineffabile nomen, quo Noha Gen. IX. v. 26. (nam huic cognitum fuiſſe, verba ejus affirmant & Exod. c. III. v. 15. 16. & c. IV. v. 5. ubi Tremellico-Juniana annotata commemorant: *Iehova autem ſubjungitur præcedenti, quia uſitatius, & magis notum eſt,*) utitur, apud Græcos in voce Ι'αὼ, apud Mauros Iuba, apud Latinos Iovis occurrit. Heſus autem, Belenus & Tharamus ipſiſſima Hebraica vocabula ſunt. Ipſa noſtra lingua plurimas voces habet, quæ originem Hebraicam ſapiant.

Fran-

Franciſc. Iun. in præf. Gramm. ſcribit, non tantum Indicam, Perſicam, Babylonicam, Armeniam, Syram, Arabicam Ebrææ eſſe conjunctiſſimas, ſed & Gothicam linguam, ac hujus rei multa extare apud Procopium, Agathiam, & Iornandem documenta. Diſperſio autem hæc linguarum, demum miraculoſa Spiritus Sancti effuſione in feſto Pentecoſtes, quæ pœna fuit ſuperbiæ & temeritatis in ædificanda turri Babylonica, fuit ſublata, jamque diſperſæ illæ gentes per diverſitatem linguarum in unitatem fidei, Spiritus Sancti munere congregatæ ſunt. Hunc vero Tuyſconem puto etiam dictum Samothen, vel per Aphæreſin Romanis Ditem. Sin vero hunc אשכנז Aſcenaz dictum fuiſſe in ſacris quis putet, ab אש igni, & נזרק aſpergit, quaſi ignem aſperſum, ut B. Arias Montanus in progen. Noë vult, non repugno. Nam & concordat cum tempore, ut ſi Gomer anno 2. natus fuerit poſt diluvium, & genuerit anno CIↃ DCCLX. Aſcanium, omnia coincidunt. Sin vero quis Noæ filium dicat in tanta diſcordia, & tanta ſcriptorum Germanicorum raritate, per me liberum eſto. Sane religio pura fuit de vero Deo, usque ad diviſionem linguarum ſub Serug & Phaleg, cujus Serugi anno XXIII. facta fuit linguarum diviſio. Inde poſt Serug inter homines, ut Epiphanius ſcribit, primum cœpit eſſe idololatria,*

 & Græ-

* Idololatriæ origo refertur ad Seruchum ab *Euſebio* in Chron. p. 13. *Epiphanio.* T. I. p. 7. *Joanne Antiocheno* in excerptis *Peireſcianis* p. 778. *Cedreno.* p. 37. *Suida* in Σερὺχ. Confer *Petavium* ad *Epiphan.* p. 9. & *Scaligerum* ad Græca *Euſebii* p. 411.

& Græciſmus: ſicut ea quæ ad nos pervenit agnitio (ſeu traditio) per poteſtatis & arbitrii libertatem, per rationem & mentem, pro probitate iniquitas adinventa. Serug fuit filius Nachor, Nachor autem genuit Thare. Exinde exſtitit ſtatuarum fictio, a limi elaboratione, & figlina ſcientia per Thare hujus artem. Ac nondum unquam ante patrem filius apud priſcos homines mortuus erat; ſed patres ante liberos vita defungentes, filios reliquebant ſucceſſores. Ne quis autem de Abele hic inferat mentionem. Non enim is propria deceſſit morte. Ex quo autem Thare antizelum, id eſt, adverſam æmulationem Deo conſtituit, documenta propriæ limi fingendi artis exhibuit, paria eis, quæ operatus fuerat, a juſta vindicta accepit, & ipſe per filium proprium ſub introducta æmulatione expertus fuit. Quapropter id per admirationem divina Scriptura deſignavit, dicens: & mortuus eſt Haran ante Thare patrem ſuum (ſive in conſpectu Thare) in terra nativitatis ſuæ. A Tuyſcone Tuyſcones apellamur. (Itala enim & inferioris Saxoniæ lingua Tedeſci, & Duytſchken* appellamur.)

* Germanis nomen factum eſt *Theotiſci*, die Teutſchen, Deutſchen, Tydèkar ꝛc. a Thiod, Gens, Populus; unde *Svithiod*, Jornandi *Svethidi*, Gens Svethica, & hinc Italis *Suediotto*, Snedus, Thiod, varie ſcribitur & pronunciatur: Thiot, Thiod, Thiat, Thied, Diet, Theot, Deod, Tind Diyd, ꝛc. Camoris *Tud* Terra, Armorice Gens. *Tyi* & *Tyaid*, Domus, Familia ſervis conſtans & ancillis. Vlfilæ *Tiud*, Gens, ad quam vocem vide *Fr. Junium* in Gloſſario p. 349. ubi dicit: ab hoc etiam

mur.) Intelligens denique atque conſiderans pater ipſe Germanorum & Sarmatarum Tuyſcon ſine juſtitia atque religionis metu neque rempublicam coaleſcere, neque licentiam hominum contineri poſſe, jura & leges dedit; carminibuſque complexus eſt: quæ publice & privatim cantarentur, ne aut oblivio obliteraret, aut ignorantia excuſaret. Et quoniam ob merita ſuarum virtutum & munera charus fuit omnibus, quibus imperitaverat, magnum ſui deſiderium mortuus reliquit. Longævum fuiſſe, vix dubium eſt. Id enim eo tempore adhuc obtinebat. Cauſam Ioſephus reddit lib. 1. cap. 8. Antiq. *Nullus autem ad vitam modernam & annorum brevitatem, quibus nunc vivimus, vitam comparans antiquorum, putet falſa, quæ de illis ſunt dicta: & eo quod nunc vita tanto non ducatur tempore, credat nequaquam illos ad vitæ illius longitudinem perveniſſe. Illi namque cum eſſent religioſi, & ab ipſo Deo facti, cumque*

etiam Thiod, factum eſt *Theotiſc*, gentilis. Unde Francis, Alemannis, omnes gentis ſuæ homines *Theotiſci* dicebantur, & lingua Francica ſive Alemannica nuncupatur iis *Theotiſca*, quaſi dicas gentilis ſive vernacula. Sed unde Thiod? a thienna, tionu, Anglo-Sax. *theorian*. ſervire, hinc *Theow* Servus, *Theowa* & *Thiwa*, *Tio*, ancilla. Vlfilæ *Thiumagus* puer ſervilis, *Thiwe* famulus, *Thiwi* ancilla. Et abhac notione eſt *Theod* multitudo hominum, in unius Domini ſervitia & obſequia conſentiens. *Thiot* gens, multitudo ſervientium, ſeu parentium ſubditorum, plebs ſervilis & in genere populus univerſus Hinc ortus nominis *Theotiſci*, Teutſch. Brunſuicenſibus *Thüdde* pro plebe hodienum ſupereſſe obſervat *Godofr. Guil. Leibnitius* Script. Brunſuic. T. I. p. 8.

que eis pabula opportuniora ad majus tempus exiſterent præparata, tantorum annorum curriculis rite vivebant. Deinde propter virtutes & glorioſas utilitates, quas jugiter perſcrutabantur, id eſt, Aſtrologiam & Geometriam, Deus eis ampliora vivendi ſpatia condonavit: quæ non ediſcere potuiſſent, niſi ſexcentis viverent annis, per tot enim annorum curricula magnus annus impletur. Teſtes autem mei dicti ſunt omnes, qui antiquitatem apud Græcos & barbaros conſcribere maluerunt. Nam & Manethon, qui deſcriptionem fecit Ægyptiorum, & Beroſus, qui Chaldaica deflоravit, & Mochus, & Eſtius, adhæc & Hieronymus Ægyptius, qui Phœniciam diſpoſuerunt, concordant cum meis dictis, Iſidorus quoque, & Hecateus, & Hellanicus, & Acuſilaus, & inter hos Ephorus, & Nicolaus in hiſtoriis ſuis memoriam faciunt, antiquorum mille annis viventium. Valer. Maxim. l. VIII. c. XIV. *Alexunder illo volumine, quod de Illyrico tractu compoſuit, affirmat Dandonem quendam ad* CL. *usque annum nulla ex parte ſeneſcentem proceſſiſſe.* Sed multo liberalius Xenophon, cujus περὶ γήρως legitur: Is enim Latinorum Regem LXXX. vitæ annis donavit; at ne pater ejus parum benigne acceptus videretur, ei quoque cIↄ c. aſſignavit annos. At Germani, ut Tac. l. de mor. Germ. habet, celebrant *carminibus antiquis Tuyſconem Deum, terra editum, & filium Mannum, originem Gentis conditoresque. Manno tres filios aſſignant, e quorum nominibus proximi Oceano Ingævones, medii Herminones, cæteri Iſtævones vocentur.* <u>*Quidam*</u> *vero licentia vetuſtatis*

plures

plures Deo ortos, pluresque gentis appellationes, Marſos, Gambrivios, Suevos, Vandalios affirmant, eaque vera & antiqua nomina.

CAP. XII.

Nomina Dei *ex efficientia.* Τετραγράμματον *præſtantiſſimum. Origo. Sanctum apud priſcos habitum. Alia nomina ſubſtituerunt. Schembamphoraſch. Rabbinorum ſententiæ. Pipi Græcorum. Quæ ratio. Loco* τοῦ יהוה *ſubſtituit. Deus priſcis Celtis Thau dictus. Inde Thauta. Thautes, Theutates. Vnus Deus a* Germanis *creditus. Saniores etiam gentium Theologi, Poëtæ, & Philoſophi unicum Deum myſtice denotarunt omnium rerum moderatorem. Omnia numina ad unum referuntur. Latini etiam Poëtæ ejusdem ſententiæ. Sententia de pluribus Diis. Oracula S. S. Trinitatis myſterium.* Gentibus *etiam cognitum. Obſcure quidem. Teſtimonia. Iudæos etiam non latuit. Nomen 12. literarum. Et 42. liter. Sententia Rabbinorum enarrantur. Quoties vox* יהוה *variEtur.* Τετραγράμματον *Gentibus notum. Pythagoræ* τετράκτυς. *Pythagoras circumciſus. Iudæus origine. Nomen Dei apud Gentes myſticum. Rabſace notum. Vti & Sibylla. Ab hoc Maurorum Iuba.* Græcorum Ἰαοὺ, Ἰαὼ, Ἰευώ. *Arati locus a D. Paulo citatus. Pater numen Divum commune. Iovis, Sabazius a Sabaoth. De ſacrorum ad verum veri Dei cultum inſtitutione recondita quadam.* Κωμαστήρια *Aegyptiorum. Variæ formæ numinum. Anaſtaſia Dea. Romani ſaniorum Druydarum Doctrinam ſecundum ſuam religionem metiebantur. Tempus multa immutavit. Et Seductor Spiritus.*

PLuribus Dei nominibus, vel cognominibus potius ſcriptores ſacri, ut Ben. Arias Montanus in tract. de Deo refert, utuntur, ex illius efficientia ma-

gis,

gis, quam ex naturæ cognitione inventis: in quibus ſi quod ad nominis rationem accedere dicendum ſit, id maxime dici poſſe videtur, quod ab eodem ipſo ſingulariter appellatum frequentiſſime in ſacris literis auditur, quod ſeſe a cæteris naturis rerum, vel quæ pro DIIS falſo colerentur, vel quæ ab ipſo conditæ ſunt, ſeparat. Namque alia cognomina ipſe cum Angelis, hominibusque communicat: Vnum vero præſtantiſſimum ſibi vendicat quatuor elementis ſeu literis conſtans, cujus hactenus ex librorum lectione pronunciatio ignota * fuit, quod propriis vocalibus ſeu punctis, quibus proferendum ſit, ſcriptum non exſtet. Eſt autem illud יהוה ſublime ac ſanctiſſimum nomen, magna hominibus religione obſervandum, pro quo ſæpe אדני, interdum אלהים dicimus. Deſcendit autem hæc vox ab הוה fuit, quia ut R. Bechai in Exod. fol. 65. col. 4. *Deus benedictus imperat tribus temporibus, præterito, præſenti, & futuro, & nomen* אהיה *ſolum, complectitur tria iſta tempora.* Et mox: *etiam* בשם המיוחד *nomine appropriato* (יהוה) *comprehenduntur tria iſta tempora, ut notum eſt omnibus.* Idcirco apud priſcos Hebræos longe ſanctius eſt habitum, quam cætera Dei nomina, quæ partim ab effectis, partim ab attributis facta ſunt: hinc pio quo-

* Jehovah recte pronunciari contendunt *Nic. Fullerus*, *Th. Gatakerus* & *Jo. Leusdenius*, quorum Diſſertationes una cum contrariis *Jo. Druſii*, *Sixtini Amana*, *Lud. Capelli*, *Jo. Buxtorfii* & *Jac. Altingii*, in quibus diverſa ſententia propugnatur, junctim recudi curavit Cl. *Hadr. Relandus* Trajecti. 1707. 8.

quodam zelo ab ejus pronunciatione abſtinuerunt,* ne quotidianus uſus in vanum deduceret. Fuit autem appellatum שם בן ארבע אותיות *nomen filius quatuor literarum.* Conſtat enim ex quatuor literis יהוה, unde & Græcis τετραγράμματον dictum. Vocatur autem etiam השם nomen illud. Quod probant ex illo Levitici: ויקוב בן־האשה הישראלים אתהשם, *& exſecratus eſt filius mulieris iſtius Iſraëlitidis nomen.* Quod Ionathan reddit שמא רבא ויקירא *nomen magnum & glorioſum.* Targum Hieroſolymitanum: שמא מפרשא *nomen expoſitum.* Abſtinuerunt ergo ab hujus pronuntiatione & legerunt pro illo אדני, cujus puncta vocalia יהוה adjecta fuere, pro catephpathach poſito ſcheva ſimplici. Cum vero Adonai præcedit, ſubjicitur אלהים, alias enim bis legendum eſſet Adonai, Adonai. Et hoc verum eſſe patet ex Senioribus, qui hanc vocem ante Chriſtum natum יהוה expoſuerunt per κύριος, ut Hebræi per אדני. Sic & Paraphraſtæ Latini tranſtulerunt per Dominum. Prima autem hujus nominis reverentia apud Iudæos mox, ut omnia fere, in ſuperſtitionem abiit. Plebi ſub pœna mortis ejus pronunciatio vetita fuit: ſummi ſacerdotes illud in templo Hieroſolymitano, non alibi & ſemel duntaxat in anno, in ſolenni illa benedictione populi, Num. VI, verſ 24.25. in feſto propitiationis pronunciarunt. Superſtitio autem ut facile ſe dilatat, ita hic quoque mox excrevit.

* Vide *Andr. Chriſtoph. Zelleri* Commentarium ad Maimonidem de vacca rufa. p. 193.

vit. Dum nomen per ſe & juxta literas ſuas pronunciari illicitum eſſet, effectæ ſunt ejus per certas literas, & numeratas voces myſticæ expoſitiones quædam, in quarum ſcientia magnæ latuerunt virtutes, magna incluſa miracula. Cujus nominis virtute Moſen & Chriſtum dicunt miracula feciſſe. De Moſe videatur Caphthorim fol. 56. his verbis: ומשה לא נשתמש אלא בשמו הגדל׳ וכל נפלאות ין אשר עשה היו בשם המפורש שהוא שם יהוה ואהיה אשר אהיה: *Moſes non eſt uſus niſi nomine iſto maximo, & omnia miracula ſua, quæ fecit, fuerunt per Schembamphoraſch, id eſt, nomen expoſitum, quod eſt ipſum nomen* יהוה *& Ejheh aſcher Ejheh*. Nugas, quæ de Chriſto τὸ Schemhamphoraſch proferendo, miracula edente, Iudæi perditum genus hominum evomunt, ejus ſcurrilitatis ſunt, ut pudeat hæc referre, ne quid blaſphemiæ proferamus. Minime autem proferendum fuiſſe extra templum patet ex Codice Sanhedrin c. IV. fol. 55. Blaſphemans non fit reus, niſi cum expreſſe protulerit, nomen tetragrammaton. Ibid. c. VII. fol. 66. *Qui maledicit patri ſuo & matri ſuæ, non fit reus niſi cum maledixerit ipſis per nomen tetragrammaton. Si maledicat per cognomen (Schaddai, Tzebaoth, Rachum, Channun) Rabbi Meir ipſum condemnat, at ſapientes abſolvunt*. Ibid. c. XI. fol. 90. *Quicunque profert nomen tetragrammaton, per literas ſuas, vel ſecundum ſcripturam ſuam, non eſt ipſi pars in futuro ſeculo*. Scholiaſtes ad hunc locum notat f. 101. *Quicunque profert, ſcilicet extra Sanctuarium, non autem in Sanctuario. Nam ſacerdotes benedicebant po-*

pulo

pulo per nomen iſtud. In Codice Abhoda Sarah. c. I. f. 18. Edit. Venet. *Adduxerunt R. Chaninan filium Teradjon, dicentes ipſi:* qua ratione ſic egiſti in lege: Reſpondit ipſis: *ſicut præcepit mihi* יהוה *Deus meus, egi. Quo audito protinus ipſum ad combuſtionem damnarunt, uxorem ejus ad necem, filiam ad lupanar. Ipſum ad combuſtionem propterea quod protulerat Nomen Tetragrammaton per literas ſuas, ex vi decreti per Abba Schaul lati:* Quicunque protulerit nomen tetragrammaton per literas ſuas, non habebit partem in futuro ſeculo. In Emvia fol. 18. 2. ex quo vaſtatum eſt templum ſanctum ſufficit hominem, ut uſurpet in laudibus & benedictionibus nomen duarum literarum יה. Gloſſ. quia nomen Schemhamphoraſch non eſt datum omni homini; ſed tantum ſacerdotibus. In libro Ialkut in ✠. XCI. fol. 119. col. 1. *Quare Iſraëlitæ orant in ſeculo hoc, & non exaudiuntur? Propterea quia non norunt Schemhamphoraſch. In ſeculo futuro Meſſiæ, Deus notum illis faciet, & tunc exaudientur.* In Codice Peſachim c. 3. fol. 50. dixit R. Nachman filius Iitzckak: *Non ſicut mundus hic, ita mundus futurus erit. In mundo hoc ſcribitur nomen ejus per Ioth He, nempe* יהוה, *& legitur per Aleph Daleth, nempe* ארני *in mundo futuro erit unum, idemque pronunciatum & ſcriptum* יהוה. Vide & R. Salom. Iarchi, Thren. I. c. III. Abenezr. in præfat in Leg. circa finem, Libr. More. part. I. c. LXI. Aked. Iitzkach. fol. 96. Et fol. 109. Libr. Ikkarim Orat. 2. c. XXVIII. D. Hieronymus in prologo ſuo Galeato: *Et nomen tetragrammaton in quibusdam Græcis*

voluminibus usque hodie antiquis expreſſam literis inveniri. Hinc Græcanicæ ſcripturæ ductu Hebræum nomen transverſim legerunt per ΠΙΠΙ pipi, * quod I. Druſ. l. I. obſerv. c. I. Hieron. Epiſt. CXXXVI. teſtantur. Recte itaque Forſterus: „Iudæis ineffabile eſt, quod ut R. Moſes Ægyptius „indicat, gradus ipſius nominis ſit ſublimis, eo quod „eſſentiam Dei notet. Ideo etiam cura loquendi de„beat eſſe gravis, & plena reverentia. Et ego arbi„tror dictum eſſe ineffabile, non quod non poſſit, aut „debeat edici, ſed quia ſacroſanctum eſt: ideo vel „hominum ore, vel ſcriptura aſſumi in rebus profa„nis non debeat, ſive quod apud Iudæos, perinde & „apud nos Chriſtianos nomen Ieſu Chriſti alicui ho„mini imponi nefas æſtimandum ſit, ſive quod ob „reverentiam Dei abſtinuerint, ne illa crebra hujus „nominis appellatione profaneſceret. Hæc ille. Hinc videtur etiam vocem תו pro יהוה ſubſtitutam. In ſignum enim veri Dei poſitum erat, mortalibusque revelatum. Quippe pro Iehova vocula etiam hæc in ſacris ſumitur Iob. XXXI. verſ. 35. הן תוי שדי, ecce ſignum meum omnipotens. Ezech. IX. v. 4. והתוית תו על־מצחות האנשים *& inſignito ſignum ſuper frontes illorum hominum.* Quodnam vero ſignum illud? explicatur hoc in Cod. Schabbath c. VI. f. 63. ציץ *bractea erat quaſi lamina quædam aurea, lata duos digitos, pertingens ab una aure ad alteram: in ea ſcriptura duabus lineis*

* Conf. *Steph. Le Moyne* Diſſ. ad Jer. XXIII. 6. de Jehovah Juſtitia noſtra p. 109. & *Jo. Braunius* Sel. Sacr. L. V. p. 666.

neis Ioth He Vau He יהוה, *& paulo inferius* קרשל Dixit R. Elieſer filius Ioſi: *Ego vidi bracteam illam in urbe quadam, & inſcriptum ei linea una* קרש ליהוה. Idem extat in Codice Succa, c. I. fol. 5. vide Exod. XXVIII. verſ. 36. ועשית ציץ זהב טהור ופתחת עליו פתוחי חתם קדש ליהוה: & *facies bracteam ex auro puro, & inſculpes eis ſcripturis ſigilli ſanctitas Iehovæ.* Namque & Deus priſcis Celtis Thau dictus fuit; poſtmodum errore & ſtupiditate populi τὸ Thau tranſiit in Thauta, hinc in Thautes, & ultimo in Theutates. Vnicus autem Deus a Celtis colebatur, qui poſteris Theutates, cum primum Thau diceretur, dictus fuit. Plures enim, niſi unum Deum, non ſtatuebant. Et ſi acutius reſpiciamus cæteras inveniemus etiam gentes unum Deum ſtatuiſſe. Orpheus ſane, quem Iuſtinus Martyr in Orat. contra Gentes plurimæ divinitatis primum autorem ſtatuit, quam egregie in ſua Palinodia ſcribit de Deo:

Εἷς δ' ἐςʼ αὐτογενὴς, ἑνὸς ἔκγονα πάντα τέτυκται,
Ἐν δ' αὐτοῖς αὐτὸς περιγίγνεται, ἐδέτις αὐτὸν
Εἰσοράει θνητῶν, αὐτὸς δέ γε πάντας ὁρᾶται.
Vnus utique eſt ex ſe natus, exque uno genita omnia,
Intereſt autem ipſis, nec ullus ipſum
Intuetur mortalium, ipſe autem omnes videt.

Et alibi:

Ζεὺς πρῶτος γένετο, Ζεὺς ὕςατος ἀρχικέραυνος,
Ζεὺς κεφαλὴ, Ζεὺς μέσσα, διὸς δ' ἐκ πάντα τέτυκται,
Ζεὺς πυθμὴν γαίης τε, καὶ ἐρανῦ ἀςερόεντος,

Ζεὺς βασιλεὺς, Ζεὺς αὐτὸς ἁπάντων ἀρχιγένεθλος.
Ἓν κράτος, εἷς Δαίμων γένετο, μέγας, ἀρχὸς ἁπάντων,
Ἓν δὲ δέμας βασίλειον.
Iupiter primus fuit, Iupiter ultimus fulminipotens,
Iupiter caput, Iupiter medium, Ioveque ab uno omnia,
Iupiter fundamen terræ, & cæli ſtellati,
Iupiter Rex, Iupiter idem omnium pater.
Vna poteſtas, unus Deus erat, magnus, Dominus omnium,
Vnum vero regale corpus.

Zoroaſtres de Deo ſic ſcribit: Θεός ἐστιν ὁ πρῶτος ἄφθαρτος, ἀΐδιος, ἀγέννητος, ἀμερὴς, ἀνομοιότατος, ἡνίοχος παντὸς καλοῦ, ἀδωροδόκητος, ἀγαθῶν ἀγαθώτατος, φρονίμων φρονιμώτατος, ἐστι δὲ καὶ πατὴρ εὐνομίας καὶ δικαιοσύνης, αὐτοτίδακτος, φυσικὸς καὶ τέλειος, καὶ σοφὸς, καὶ ἱεροῦ φυσικοῦ μόνος εὑρετὴς, id eſt, *Deus incorruptibilium primus eſt, ſempiternus, ingenitus, expers partium, ſibi ipſi ſimillimus, bonorum omnium auriga, munera non expectans, optimus, prudentiſſimus, pater juris, ſine doctrina juſtitiam perdoctus, natura perfectus, ſapiens, ſacræ naturæ unicus inventor.* Mercurius Triſmegiſtus: ὁ δὲ θεὸς τὸ ἀγαθὸν οὐ κατὰ τιμὴν, ἀλλὰ κατὰ φύσιν· μία γὰρ ἡ φύσις τοῦ θεοῦ, τὸ ἀγαθὸν, id eſt, *Deus autem eſt bonum, non ſecundum honorem, ſed ſecundum naturam. Vna enim eſt natura Dei, ipſa bonitas.* In Pimandro: *Quamobrem omnibus animi viribus Patri Deo gratias ago, San-*

Sanctus Deus pater omnia: Sanctus Deus pater omnia: Sanctus Deus, cujus voluntas a propriis poteſtatibus adimpletur: Sanctus Deus, qui ſuis familiaribus innoteſcit: Sanctus es, qui verbo cuncta confeciſti: Sanctus es, cujus imago eſt omnis natura: Sanctus es quem nunquam natura creavit: Sanctus es omni laude melior, Ineffabilis, ſolo ſilentio prædicandus ab eo, qui fallacias veræ cognitioni contrarias declinavit. Evehmerus Tegeates vanos illos ethnicorum Deos deridet, & illos homines nuncupat, ſentiens unum Deum adorandum. Diagorus autem Melius, cum Herculis ſtatuam foco apponeret, dixit: *in hoc decimo tertio agone, ut quondam Euryſtheo mihi ſervias oportet.* Sic in ligneum jocabatur Deum. Thales: τί τὸ θεῖον; τὸ μήτε ἀρχὴν ἔχων, μήτε τελευτὴν, id eſt, *Quid Deus? quod initio & fine caret.* Charondas: οὐδενὸς ἀδίκου θεὸς κοινωνεῖ, id eſt, *cum nullo injuſto Deus commercium habet.* Anacharſis: ψυχῆς ὄργανον τὸ σῶμα, θεοῦ δὲ ἡ ψυχὴ, id eſt, *corpus animæ inſtrumentum eſt, Dei vere anima.* Socrates: ὑμᾶς, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, ἀσπάζομαι, καὶ φιλῶ· πείσομαι δὲ μᾶλλον τῷ θεῷ, ἢ ὑμῖν, id eſt, *o viri Athenienſes, diligo vos equidem atque amo: Deo tamen parere malo quam vobis.* Plato l. IV. de Legibus: ὁ μὲν δὴ θεὸς, ὥσπερ καὶ ὁ παλαιὸς λόγος, ἀρχήν τε καὶ τελευτὴν καὶ μέσα τῶν ὄντων ἁπάντων ἔχει, id eſt, *Deus, ſicut antiquus quoque ſermo teſtatur, principium, finem, & media rerum omnium continet.* Idem in Ep. XLIII. ad Dionyſium: *Hinc diſces tu, ſcribam ego ſerio nec ne. Cum ſerio ordior epiſtolam ab uno, cum ſecus a pluri-*

 bus.

bus. Vocat etiam in Timæo Deum ἀσώματον opificem, ædificatoremque mundi, partem hujus mundi, nominari non poſſe, quid ſit Deus, inquirendum non eſſe, caſta Deo dona conſecranda. Chryſippus ſtatuit homine meliorem, quod res cœleſtes, omnesque quarum eſt ordo ſempiternus, confecerit, quæ ab homine confici non poſſunt. Cleanthes apud Simplicium: O Deus, *inquit*, rege me per eam cauſſam; qua omnia moderaris & temperas. Et ipſe omnipotentiam Dei hiſce declarat:

Ἄγου δή με ὦ Ζεῦ, καὶ σὺ ἡ πεπρωμένη,
Ὅποι ποθ᾽ ἡμῖν, εἰμὶ διατεταγμένος,
Ὡς ἕψομαί γ᾽ ἄοκνος, ἢν δέ γε μὴ θέλω
Οὐδὲν ἧττον ἕψομαι.

Quos verſus Seneca Epiſt. CVI. ſic tranſtulit:

Duc me parens, celſique dominator poli,
Quocunque placuit, nulla parendi mora eſt,
Aſſum impiger, fac nolle, comitabor gemens,
Malusque patiar, quod pati licuit bono.

Xenophon autem Socraticus Deum hanc mundi pulcritudinem regere & tueri. Poſidonius autem omnem vim divinandi, rationemque primum repetendam a Deo tradit. Damaſcius ait: unus producit omnia, unus colitur ſilentio, unus ut Sol, eminus videtur obſcure, & quo propius eo obſcurius: proxime vero omnem omnino apprehenſionem tollit. Theodor. Platon. ſcribit omnes precari præter unum illum, qui ex ſe eſt, ab eo omnia haurire, alioqui in nihilum in continenti redactum iri. Plotinus: Θεῷ καὶ ὁ καλὸς οὗτος κόσμος σκιά, καὶ εἰκών, id eſt,

id eſt, *Dei & iſte pulcer mundus eſt umbra, & imago.* Iamblichus in Myſt. c. I. "Eſſentialis cognitio di-" "vinorum, quæ anima eſt perpetua, ac re vera non" "eſt cognitio hæc, quia Deo fruimur. In cognitione" "enim eſt alteritas, ſed contactus quidam eſſentialis" "& ſimplex. Non enim poſſumus attingere unitatem" "ipſam, niſi unitiſſimo quodam, & unitate mentis," "quæ ſuper animæ, mentisque proprietatem exſtat." "Vnitas ipſa Deorum unit ſibi animas ab æterno per" "unitates earum ſecundum contiguitatem, tam pro-" "priam & efficacem, ut eſſe continuitas videatur. In-" "tellectus divinus dat eſſe animæ per intelligere ſuum" "eſſentiale. Ergo eſſe animæ eſt quoddam intellige-" "re, ſcilicet Deum unde dependet. Eſſe noſtrum eſt" "Deum cognoſcere, quia præcipuum eſſe animæ, eſt" "intellectus ſuus, in quo idem eſt eſſe, quod intelli-" "gere divina actu perpetuo. *Porphyrius in l. de Occaſ. c. XXI.* Deus eſt ubique, quia nunquam intellectus" "eſt: ubique etiam, quia nusquam anima: denique" "ubique eſt, quoniam eſt & nusquam: ſed Deus qui-" "dem ubique & nusquam eſt eorum omnium, quæ" "ſunt poſt ipſum. Sui vero ipſius eſt ſolum, ſicut" "eſt, atque vult. *Proclus in Theolog. Platon.* Quis" "ille Rex omnium, Deus unicus, qui & ab omnibus" "ſeparatus eſt, & omnia nihilominus ex ſe producit?" "Qui omnes fines ad ſe convertit, Finis finium, cau-" "ſa prima operationum, Auctor omnis boni & pul-" "cri, cujus luce irradiantur omnia & collucent? Si" "Platoni credis, nec explicari, nec percipi poteſt." "*Item:* Itaque hæc ſimplicitas prima, Rex ipſe eſt" "princeps & exſuperantia omnium rerum, incom-"

„prehenſibilis, incomparabilis, uniformis, qui „omnes longe ſupereminet cauſas, quique eam Deo„rum ſubſtantiam creavit, cui aliqua boni ſpecies in„eſſe videtur. Hunc omnia a tergo, & longo qui„dem intervallo ſequuntur, & nihilo ſecius ei adhæ„rent: denique hic eſt cauſa illa ineffabilis, quam „Plato in Rep. duobus nominibus explicare conatus „eſt, ubi Bonum ipſum, & Veritatis fontem appellat, „cujus ope intellectus rebus intellectualibus conjun„gitur. In Parmenide vero unum & unitatem, cu„jus vi omnes divinæ unitates ſubſiſtunt, princi„pium omnium & quæ jam ſunt, & quæ nondum „ſunt. *Simplicius in Arriani Epictet.* Omne pul„crum a prima & præcipua divina Pulcritudine; „omne verum a divina veritate, omnia principia ab „uno Principio. Id autem non, ut cætera, particu„lare aliquod principium eſt, ſed Principium omnia „principia ſupereminens, ſupergrediens, in ſe col„ligens, adeo ut omnibus dignitatem Principii lar„giatur, ſingulisque prout naturæ ſuæ convenit. „*Item:* Bonorum omnium ſcaturigo & Principium „eſt, omniaque ex ſeſe producit, prima, media, ulti„ma. Vna bonitas producit multas bonitates, una „Vnitas multas unitates, unum Principium multa „principia. Vnitas autem, Principium, Bonum, „Deus unum & idem ſonant. Eſt enim Deus uni„verſorum cauſa prima, in eoque cætera particula„ria principia fundantur. Is ipſe, cauſa cauſarum „eſt, Deus Deorum, Bonitas bonitatum. *Tyrius Maximus Serm. XXXVIII.* ὁ μὲν γὰρ θεὸς ὁ τῶν ὄντων πατὴρ καὶ δημιουργὸς, ὁ πρεσβύτερος μὲν ἡλίου, πρεσβύτε-

βύτερος δὲ οὐρανοῦ, κρείττων δὲ χρόνου, καὶ αἰῶνος, καὶ πά-
σης ῥεούσης φύσεως, ἀνώνυμος νομοθέτης, ἄῤῥητος καὶ
φωνῇ, καὶ ἀόρατος ὀφθαλμοῖς. Ariſtoteles in Philoſ.
compendio, ſeu libro de mundo, ſic de Deo ſcribit:
Mundus hic & hic omnium ordo a Deo conſerva-“
tur. Quod autem in mundo ſummum, Dei ſedes:“
nihil porro in rerum natura ſibi ad ſalutem ſuffi-“
cit, ejusque ope carere poteſt. Ipſe eſt Pater Deo-“
rum & hominum, Genitor & ſervator eorum“
omnium e quibus mundus conflatur. Nec ta-“
men penetrat illa, aut ingreditur. Verum vis &“
providentia illa quæ in cœlis ſedet, ad omnia per-“
tingit, Cœlum & Solem & Lunam movet, terreſtria“
hæc librat & ſuſtinet: Denique ut omnia ſingula-“
que, quod ſuæ naturæ eſt, faciant, curat & providet.“
Alexander Aphrodiſ. de Provid. ad Anton. memo-
riæ reliquit: *Deum unum omnibus providere; quæ-
cunque vult poſſe:* quod integro libro tractat Theo-
phraſt. in l. de Saporib. Eſt certe divinum princi-
pium unum, quo & exiſtunt omnia & conſiſtunt.
Item in Metaph. Quod primum eſt & diviniſſi-
mum, vult omnia quoque optima eſſe; ſed haud
dubie nec ſciri, nec inveſtigari poteſt. Crates The-
banus: ἀσκεῖτε ὀλίγων δεηθῆναι. τοῦτο γὰρ ἐγγυ-
τάτω θεοῦ. τὸ γὰρ ἐναντίον μακροτάτω, id eſt, *aſſue-
facite vos ut paucis indigeatis: id enim* Deo *proxi-
mum. Pluribus vero indigere contra.* Epictetus:
ἀνανεούσθω ὁ περὶ θεοῦ λόγος καθ᾽ ἡμέραν μᾶλλον,
ἢ τὰ σιτία, *Magis eſt de* Deo *ſermo renovandus
quotidie, quam ipſi cibi.* Arrianus: ὅπου ἡ οὐσία τοῦ
θεοῦ, ἐκεῖ καὶ ἡ τοῦ ἀγαθοῦ, id eſt, *ubi eſt Deus, illic*

boni eſt ſubſtantia. Item l. 11. πόλιν μὲν ἢ οἶκον μὴ δύνασθαι διαμένειν, μηδ᾽ ὀλιγοςὸν χρόνον, δίχα τοῦ διοικοῦντος καὶ ἐπιμελουμένου. τὸ δ᾽ οὕτω μέγα καὶ καλὸν κατασκεύασμα, εἰκῇ καὶ ὡς ἔτυχεν οὕτως ἀτάκτως οἰκονομεῖσθαι, ἐςὶν οὐν ὁ διοικῶν, id eſt, *Civitas autem domusve ne momento quidem, aut puncto temporis conſiſtere ſine procuratione & gubernatore poteſt: & hic tanta amplitudine & magnitudine præditus mundus, temere ac fortuito, nulloque ordine adminiſtrari poterit? Eſt ergo aliquis ipſius gubernator,* Pythagoras autem ſic apud Cyrillum ait: *Deus eſt unus, non ut plurimi cenſent extra adminiſtrationem mundi, ſed totus in toto. Ipſe eſt temperamentum omnium ſeculorum, lux omnium poteſtatum, principium omnium rerum, ipſe fax cœli, pater & mens, animatio & motus univerſi.* Philolaus Pythagoræ diſcipulus: *Vnus eſt* Deus, *princeps univerſi, qui ſemper eſt, Singularis, immobilis, ſui ſimilis.* Archytas: ὁ θεὸς ἀρχή τε καὶ τέλος καὶ μέσον ἐςὶ τῶν κατὰ δίκαν τέ καὶ τὸν ὀρθὸν λόγον περαινομένων, id eſt, *Deus eſt principium & finis & medium omnium quæ ſecundum jus rectamque rationem peraguntur.* Hierocles Ζῆνα & Δία appellatum eſſe ſcribit, quia per eum omnia ſunt & vivunt. Alcyphron: οὐ μακρὸν δίδωσιν ὁ δαίμων χρόνον τοῦ ζῆν, μὴ λάθῃς τοῦτον εἰς αἰνίγματα καὶ λήρους ἀναλώσας, id eſt, *non longum tempus vitæ tribuit tibi Deus. Ne itaque temere hoc inſumas in ænigmata & nugas.* Syneſius l. de Somn. ἀγαθὸς ἐςὶ φύλαξ, ὅταν κατὰ θεόντι πιςεύεται, *fides in Deum, optima cuſtodia.* Hippocrates in morbo ſacro: τὰ μέγιςα τῶν

ἁμαρ-

ἁμαρτημάτων καὶ ἀνοσιώτατα τὸ θεῖόν ἐστι τὸ καθαῖρον καὶ ἁγνίζον, καὶ ἔρυμα γενόμενον ἡμῖν, id eſt, *Deus eſt qui maxima & ſceleratiſſima peccata purgat ac purificat, & liberatio noſtra exiſtit.* Galenus in Orat. adhort. ad artes: οὐ γὰρ ἀξιώμασι πολιτικοῖς, οὐδὲ γένους ὑπεροχαῖς, οὐδὲ πλούτῳ τοὺς ἀρίστους ὁ θεὸς οὗτος εἴθισται κρίνειν, id eſt, *non ex dignitatibus civilibus, neque ex generis claritate, neque ex divitiis conſuevit* Deus *hic præſtantiſſimos judicare.* Herodotus l. V. τὰ τοῦ θεοῦ πρεσβύτερα, ἢ τὰ τῶν ἀνδρῶν, id eſt, *antiquiora enim quæ ad Deum, quam quæ ad homines pertinent.* Ibid. τὸ πειρηθῆναι τοῦ θεοῦ, καὶ τὸ ποιῆσαι, ἴσον δύναται, *cogitare & facere malu, idem apud Deum valet.* L. VIII. οὐ γὰρ ἐᾷ φρονεῖν ἄλλον μέγα ὁ θεὸς, ἢ ἑωυτὸν, id eſt, *Deus neminem alium, quam ſe ipſum, ſinit magnifice de ſe ſentire.* Dionyſius Halicarnaſſ. l. IV. χωρὶς θεοῦ οὐδὲν ἂν γένοιτο τῆς ἀνθρωπίνης σπουδῆς καὶ προνοίας ὄφελος, id eſt, *ſine Deo nihil humana conſilia proficiunt.* Plutarch. de Ariſtide: καίτοι τὸ θεῖον τρισὶ δοκεῖ διαφέρειν, ἀφθαρσίᾳ, καὶ δυνάμει, καὶ ἀρετῇ· ὧν σεμνότατον ἡ ἀρετὴ, καὶ θειότατόν ἐστι, id eſt, *Deus his tribus maxime præſtare cæteris omnibus videtur immortalitate ſcilicet, poteſtate atque virtute: e quibus nihil virtute pulcrius, nihil honeſtius, nihil divinius eſt.* In l. de Iſ. & Oſirid. *Ne adoremus elementa, cælum, Solem Lunam, ſpecula ſunt hæc in quibus artem illius ſingularem intueamur, qui mundum condidit & adornavit. Nec eſt aliud mundus, quam templum ejus.* Idem: τῷ γε θεῷ πᾶν ἀνθρώπινον

πίνου βίου διάστημα τὸ μηδέν ἐστι, καὶ τὸ νῦν. ἀλλὰ μὴ πρὸ ἐτῶν τριάκοντα, τοιοῦτόν ἐστι, οἷον τὸ δείλης, ἀλλὰ μὴ πρωΐ, id eſt, *apud Deum enim univerſæ humanæ ſpacium vitæ, atque adeo præſens momentum nihil eſt: cum anni triginta, in illius conſpectu veluti crepuſculum, ne dicam hora ſint matutina.* Item: ὁ θεὸς οὔτε ἀγνοεῖ δήπου, τὴν ἑκάστου διάθεσιν καὶ φύσιν, ὅ, τε δὴ ψυχῆς μᾶλλον ἢ σώματος αἰσθάνεσθαι πεφυκώς, id eſt. *Deus uniuscujusque affectum ac naturam haud ignorat, utpote qui magis animæ, quam corporis, ſcrutator exiſtit,* in l. ad Princip. indoct. δίκη μὲν νόμου τέλος ἐστὶν, νόμος δὲ ἄρχοντος ἔργον, ἄρχων καὶ εἰκὼν θεοῦ τοῦ πάντα κοσμοῦντος, id eſt, *Iuſtitia quidem legis eſt finis, lex autem principis opus, princeps vero Dei ſimulacrum, adminiſtrantis univerſa.* in l. de fuga: εἷς καὶ βασιλεὺς καὶ ἄρχων θεὸς, ἀρχήν τε καὶ μέσα καὶ τελευτὴν ἔχων τοῦ παντὸς, id eſt, *unus autem Rex, & princeps Deus eſt, principium, medium ac finem univerſi tenens.* l. 1. de placitis Philoſophor. νοῦς ὁ θεὸς, χωριστὸν εἶδος, τουτέστι τὸ ἀμιγὲς πάσης ὕλης, μηδενὶ παθητῷ συμπεπλεγμένον, id eſt, *Deus mens eſt, abjuncta quædam forma, id eſt, nulli omnino materiæ mixta, nulli patibili rei coalita.* Philoſtratus in Scopeliano: οἱ ἄνθρωποι μὴ θεοῦ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἀλλήλων παίγνια, id eſt, *homines non Dei ſolum, ſed etiam ſibi invicem alter alteri ſunt in ludibrium.* Lucianus de Philopatride: ἄνθρωπον ἐκ μὴ ὄντων θεὸς ἐς τὸ εἶναι παρήγαγε, καὶ ἐστὶν ἐν οὐρανῷ βλέπων δικαίους τε κ᾽ ἀδίκους, καὶ ἐν βίβλοις τὰς πράξεις ἀπογραφόμενος ἀν-

ταπο-

ταποδώσ{ δὲ πᾶσιν, ἣν ἡμέραν αὐτὸς ἐνετείλατο, id eſt, *Hominem ex nihilo ad eſſentiam produxit Deus, eſtque in cœlo aſpiciens juſtos pariter, atque injuſtos, & in libris deſcribens cujusque res & actiones. Rependet autem omnibus eo die, quem ipſe præfinivit.* Ariſtides Adrianæus in Orat. in Iovem: Ζεὺς πάντων πατὴρ καὶ ποταμῶν, καὶ ὐρανῦ, καὶ γῆς, καὶ θεῶν, καὶ ἀνθρώπων, καὶ φυτῶν. καὶ διὰ τῦτον ὁρῶμεν ἢ ἔχομεν, ὁπόσα ἔχομεν. ὗτος ἁπάντων εὐεργέτης, καὶ ἔφορος, καὶ πρόςάτης. ὗτος πρύτανις καὶ ἡγεμὼν, καὶ ταμίας ὄντων, καὶ γιγνομένων ἁπάντων ὗτος δοτὴρ ἁπάντων, ὗτος ποιητὴς, ὗτος ἐν μὲν ἐκκλησίαις καὶ δίκαις νίκην διδῦς; id eſt, *Deus omnium pater, & fluminum; & cœli, & terræ, Deorum, & hominum & plantarum; ac per hunc videmus ac habemus quæcunque habemus; ipſe omnium bonorum autor, & inſpector & præſes: ipſe diſpenſator & gubernator & Oeconomus exiſtentium, & quæ fiunt omnium. Ipſe dator omnium eſt; ipſe creator, ipſe in ſynodis & judiciis victoriam largitur.* Liban. Orat. III. Θεῦ, παύειν κακὰ, *Dei eſt ſedare mala.* Cic. in Catilin. *Siquidem Deus eſt, qui viget, qui ſentit, qui meminit, qui prævidet, qui tam regit & moderatur, & movet id corpus, cui eſt propoſitus, quam hunc mundum, princeps ille Deus, & ut mundum ex quadam parte mortalem ipſe Deus æternus: ſic fragile corpus animus ſempiternus movet.* Idem l. III. de Nat. Deor. *In mundo Deus eſt aliquis; qui regit, qui gubernat, qui curſum aſtrorum, qui mutationes temporum, rerum viciſſitudines conſervat: terra*

& ma-

& maria contemplatur; hominum commoda, vitaſque tuetur. Quid poteſt eſſe tam apertum tamque perſpicuum, cum cœlum ſuſpeximus, cœleſtiaque contemplati ſumus, quam eſſe aliquod numen præſtantiſſimæ mentis, quo hæc regantur. Idem: *commoda quibus utimur, lucem qua fruimur, ſpiritum quem ducimus, a* Deo *nobis dari & impartiri videmus.* Idem: *nihil eſt, quod* Deus *efficere non poſſit, & quidem ſine ullo labore.* l. II. de Nat. Dei. *Non eſt natura* Deorum *præpotens, neque excellens, ſiquidem ea ſubjecta eſt ei, vel neceſſitati, vel Naturæ, qua cœlum, maria, terraque regantur. Nihil autem præſtantius* Deo, *ab eo igitur neceſſe eſt mundum regi. Nulli igitur eſt naturæ obediens, aut ſubjectus* Deus, *omnium origo, regit ipſam Naturam.* Apulej. de Deo Socrat. *Summus* Deus *infinitus eſt, non ſolum loci excluſione, ſed etiam naturæ dignitate.* Idem: *nihil* Deo *eſt perfectius & potentius.* Senec. l. de benef. *Quid enim aliud natura, quam* Deus, *& divina ratio toti mundo, partibusque ejus inſerta. Ergo nihil agis ingratiſſime mortalium, qui te negas* Deo *debere ſed naturæ, quia nihil natura ſine* Deo *eſt, nec* Deus *ſine natura, ſed idem eſt uterque, nec diſtat officio.* Idem: *Ipſis* Deus *conſulit, quos eſſe quam honeſtiſſimos cupit, quoties illis materiam præbet, aliquid animoſe, fortiterque faciendi.* Idem epiſt. CVI *Optimum eſt pati, quod emendare non poſſis, &* Deum, *quo auctore cuncta eveniunt, ſine murmuratione comitari.* Ibid. *hic eſt magnus animus, qui ſe* Deo *tradidit.* Et centies paſſim in aliis locis. Recte itaque Varro apud Auguſtin. l. IV. c. IX. de C. D. Do-

D. Doctores gentilium etſi Deos, Deaſque plures nominabant, omnes in uno Jove comprehenſos voluiſſe, quorum illi, illæque facultates & munera eſſent; Jovem autem eos proprie coluiſſe, qui unum Deum absque ſtatuis, & ſimulacris venerarentur, qui verus veri Dei cultus haberi debet. Vide & Irenæum l. III. c. XLI. & Lactant. l. VII. c. XXII. Poëta quamvis veritatis arcana in parte corruperint, tamen ipſa res eo verior invenitur, quod cum Prophetis conſentiunt; quod nobis ad probationem rei ſatis eſt. Sibyllarum maxima hæc carmina protulit:

Ὁ μόνος ἐστὶ θεὸς κτιστὴς, ἀκράτητος ὑπάρχων,
Αὐτὸς δ᾽ ἐστήριξε τύπων μορφῆς μερόπων τε,
Αὐτὸς ἔμιξε φύσιν πάντων γενετῆς βιότοιο.
Unus eſt Deus creator, inexplebilis exiſtens,
Ipſe firmavit formas hominum,
Ipſe miſcuit naturam omnium nativæ vitæ.

Ut & hoſce verſus:

Ἀλλὰ θεὸς μόνος εἷς πανυπέρτατος, ὃς πεποίηκεν
Οὐρανὸν, ἠέλιόν τε, καὶ ἀστέρας, ἠδὲ σελήνην
Καρποφόρον, γαῖάν τε καὶ ὕδατος οἴδματα πόντου.
Sed Deus unus eſt longe præſtantiſſimus, qui fecit
Cælum, Solemque, & Stellas, & Lunam
Frugiferam, terramque & fluvitialis ponti tumores.

Cum

Cum hiſce:

Εἷς θεὸς, ὃς μόνος ἐςὶν ὑπερμεγέθης, ἀγένητος,
Παντοκράτωρ, ἀόρατος, ὁρώμενος αὐτὸς ἅπαντα,
Αὐτὸς δ' ἐ βλέπεται θνητῆς ὑπὸς σαρκὸς ἁπάσης.
Vnus Deus, qui ſolus eſt immenſus, non genitus,
Omnipotens, inviſibilis, ipſe omnia videns,
Ipſe vero non cernitur a quoquam mortalis carnis:

Nec minus & hos protuliſſe dicitur:

Αὐτὸν τὸν μόνον ὄντα σέβεσθ' ἡγήτορα κόσμου,
Ὃς μόνος εἰς αἰῶνα καὶ ἐξ αἰῶνος ἔτυχεν,
Ipſum ſolum exiſtentem bonora rectorem mundi,
Qui ſolus in æternum, & ex æterno eſt.

Vti & hunc,

Εἷς μόνος εἰμὶ θεὸς, καὶ οὐκ ἔςιν θεὸς ἄλλος,
Vnus ſolus ſum Deus, & non eſt Deus alius.

Phæmonoë ſic de Deo canit:

Ζεὺς ἦν, ζεύς ἐςιν, ζεὺς ἔσσεται, ὦ μέγαλε ζεῦ.
Jupiter erat, Jupiter eſt, Jupiter erit; o magne Jupiter.

Linus apud Stobæum Orat. III.

Ῥάδια πάντα θεῷ τελέσαι, καὶ ἀνήνυτον οὐδέν.
Facilia omnia Deo perficiuntur, & nihil impoſſibile eſt:

Or-

Orpheus:

Ἓν κράτος, εἷς δαίμων γένετο, μέγας ἀρχὸς ἁπάντων,
Εἷς ἔστ', αὐτοτελής, ἑνὸς ἔκγονα πάντα τέτυκται.
Αὐτὸς ἐπουράνιος καὶ ἐπὶ χθονὶ πάντα τελευτᾷ,
Ἀρχὴν αὐτὸς ἔχων, καὶ μέσσον, ἠδὲ τελευτήν.

Vnum robur, unus Deus fuit, magnus princeps omnium,
Vnus eſt, perfectus, unius opera omnia ſunt.
Ipſe cæleſtis, & in terra omnia perficit,
Principium ipſe habens, & medium, & finem.

Pamphus de Jove loquens, per media gubernante & ſervante omnia, fæcundante agros, & producente vermes, & animalia ex fimo, dicit Jovem fimo involutum eſſe, id eſt, eum mediis, & per media operari:

Ζεῦ κύδιστε, μέγιστε θεῶν, εἰλυμένε κόπρῳ
Μηλείῃ τε καὶ ἱππείῃ καὶ ἡμιονείῃ.
Jupiter inclyte, Deorum maxime, fimo involute
Ovino, equino & mulino.

Et Homer. Iliad. I.

- - Οὐδ' εἴ κεν μοι ὑποσταίη θεὸς αὐτὸς
Γῆρας ἀποξύσας, θήσειν νέον ἡβώοντα.
- - Neque ſi mihi aſtaret Deus ipſe
Senectutem minuens, addens vero floridam juventam.

Pronomen autem Ipſus, ut Juſtinus in Orat. ad Gentil. vult, *ipſiſſimum verum Deum ſignificat.* In Batrachomyomach.

- - Ἔχει θεὸς ἔκδικον ὄμμα.

- - *Habet Deus vindicem oculum.*

Phocylides:

Πρῶτα θεὸν τίμα, μετέπειτα δὲ σεῖο γονῆας.

Primo Deum venerare, deinde parentes.

Idem:

Εἷς θεός ἐστι σοφὸς, δυνατός γ᾽ ἅμα καὶ πολύολβος.

Vnus eſt Deus ſapiens, potens atque beatus.

Et:

Πάντες ἴσοι νέκυες, ψυχῶν δὲ θεὸς βασιλεύει.

Omnes mortales ſunt, animis vero Deus imperat.

Ab hac unitate divina ſunt, ut Empedocles canit:

Πάντα μὲν ὅσσα τε ἦν, ὅσα τ᾽ ἔστ᾽, ὅσα τ᾽ ἔσται ὀπίσσω,
Δένδρεα δὲ βεβλάστηκε, καὶ ἀνέρες ἠδὲ γυναῖκες,
Θῆρες τ᾽, οἰωνοί τε, καὶ ὑδατοθρέμμονες ἰχθῦς,
Καί τε θεοὶ δολιχαίωνες, τιμῇσι φέριστοι.

Omnia quidem quæ fuerunt, quæ ſunt, quæ erunt poſtea,
Arboreſque germinarunt, & viri fœminæque,
Feræque, volucreſque, & qui aquis aluntur piſces,
Et Dii longævi, honoribus eximii.

Hermeſianax:

Πλούτων, Περσεφόνη, Δημήτηρ, Κύπρις, ἔρωτες,
Τρίτωνες, Νηρεὺς, Τηθὺς, καὶ Κυανοχαίτης,

Ἑρμῆς

Ἑρμῆς θ', Ἥφαιστός τε κλυτὸς, Πὰν, Ζεύς τε καὶ Ἥρη,
Ἄρτεμις, ἠδ' ἑκάεργος Ἀπόλλων, εἷς θεός ἐστι.

Pluto, Proſerpina, Ceres, Venus, Amores,
Tritones, Nereus, Thethys, & Neptunus,
Mercuriusque, Vulcanusque inclytus, Pan,
Jupiter & Juno,
Minerva, & procul jaculans Apollo, unus
Deus eſt.

XenophanesColophonius:

Εἷς θεὸς ἔν τε θεοῖσι καὶ ἀνθρώποισι μέγιστος,
Οὔτι δέμας θνητοῖσιν ὁμοίιος, οὐδὲ νόημα.

Maximus inter Deos, hominesque eſt Deus
unus,
Neque corpore hominibus ſimilis, neque
mente.

Parmenides:

Μοῦνον, μουνογενές τε, καὶ ἀτρεμὲς, ἠδ' ἀγένητον,
Οὐδέ ποτ' ἦν, οὐδ' ἔσται, ἐπεὶ νῦν ἐστιν ὁμοῦ πᾶν,
Ταυτό τ' ὄν, ἐν ταὐτῷ τε μένον, καθ' ἑαυτό τε κεῖται.

Solum, ſoligenum, intrepidum, ingenera-
tum,
Neque fuit unquam, nec erit, quia nunc ſi-
mul omne eſt,
Idem exiſtens, in hoc manens, & ſecundum
idem jacens.

Aratus in Phænomenis:

Ἐκ Διὸς ἀρχώμεσθα, τὸν οὐδέ ποτ' ἄνδρες ἐῶμεν
Ἄῤῥητον, μεσταὶ δὲ Διὸς πᾶσαι μὲν ἀγυιαί,
Πᾶσαι δ' ἀνθρώπων ἀγοραί· μεστὴ δὲ θάλασσα,

Καὶ λιμένες. πάντη δὲ διὸς κεχρήμεθα πάντες.
Τοῦ γὰρ καὶ γένος ἐσμέν.

A Jove principium, quem nunquam homi-
nes mittimus
Infatum. plena vero Jovis omnia quidem
compita.
Omnes vero hominum cœtus: plenum vero
mare,
Et portus. Vtique autem Jove indigemus
omnes
Hujus etenim genus ſumus.

Bion Smyrnæus:

- - Κρίνειν οὐκ ἐπέοικε θνήϊα ἔργα βροτοῖσι
Πάντα γὰρ ἱερὰ ταῦτα καὶ ἀδέα.

- - Judicare non decet mortales divi-
na opera:
Omnia enim hæc ſacra ſunt, & jucunda.

Solon:

Ἀλλὰ ζεὺς πάντων ἐφορᾷ τέλος.

Sed Jupiter finem omnium inſpicit.

Idem:

Τῷ δὲ κακῶς ἔρδοντι θεὸς περὶ πάντα δίδωσι.

Alteri opera ſua malo inſtituenti, Deus in
omnibus largitur.

Rhianus:

Ὃς δέ κεν εὐοχθῇσι, θεὸς δ' ἐπὶ ὄλβον ὀπάζῃ.

At qui feliciter agit, cuique Deus opes tri-
buit.

Op-

Oppianus l. v. de Piſcat.

Ἀλλά τις ἀτρεκέως ἰκέλην μακάρεσσι γενέθλην
Ἀνθρώποις ἀνέφυσε, χερείονα δ᾽ ὤπασεν ἀλκήν.

Verum aliquis Deus vere Diis ſimilem naturam
Hominibus inſevit: imbecillius vero robur ipſis præbuit.

Et ipſa Oracula Delphica Pythii Apollinis:

Δαίμονες οἱ φοιτῶσι περὶ χθόνα καὶ περὶ πόντον
Ἀκάματοι, δάμνανται ὑπὲρ μάστιγι θεοῖο.

Dæmones qui verſantur circa terram & mare
Indefeſſi, domantur ſub flagro Dei.

Item:

Ὃν τρέμεται καὶ γαῖα, καὶ οὐρανὸς, ἠδὲ θάλασσα,
Ταρτάρεοί τε μυχοὶ, καὶ δαίμονες ἐκφρίττουσιν.

Quem tremit terra, & cœlum, & mare,
Tartarique ſpecus, & dæmones exhorreſcunt.

Vt & hoc:

Ὡρῶν καὶ καιρῶν ταμίης, ἀνέμων τε καὶ ὄμβρων
Ἠοῦς καὶ νυκτὸς πολυάστερος ἡνία νωμῶν,
Σαφληγέων ἄστρων βασιλεὺς, ἠδ᾽ ἀθάνατον πῦρ.

Horarum & temporum diſpenſator, ventorumque ſimul & pluviarum,
Auroræ & noctis ſtillatæ gubernacula verſans,
Fulgentium ſiderum Rex, & ignis immortalis.

Theognis ſic canit:

Εἰ τὲ θεὸς κακῷ ἀνδρὶ βίον καὶ πλοῦτον ὀπάσσῃ,
Ἀφραίνων κακίην οὐ δύναται κατέχειν.

Si vero Deus malo viro facultates & divitias dabit,
Inſipiens malitiam non poteſt continere.

Idem:

Τῷ δὲ καλῶς ποιοῦντι θεὸς περὶ πάντα τίθησι
Συντυχίην ἀγαθὴν, ἔκλυσιν ἀφροσύνης.

Sed Benefacienti Deus in omnibus ponit
Succeſſum bonum, liberationem ſtultitiæ.

Mimnermus:

Οὕτως ἀργαλέον γῆρας ἔθηκε θεὸς

Adeo miſeram Deus ſenectam fecit.

Æſchylus in ſeptem apud Thebas:

Θεοῦ δὲ δῶρόν ἐστιν, εὐτυχεῖν βροτούς.

Dei vero donum eſt, mortales felices eſſe.

Euphorion:

Ζεύς ἐστιν αἰθὴρ, ζεὺς δὲ γῆ, ζεὺς δ᾽ οὐρανὸς,
Ζεύς τοι τὰ πάντα χ᾽ ὅ τι τῶν δέ τοι ὑπέρτερον.

Jupiter eſt æther, Jupiter eſt terra, Jupiter eſt cælum,
Jupiter eſt omnia, hoc nihil uſquam eſt antiquius.

Sophocles:

Εἷς ταῖς ἀληθείαισιν εἷς ἐστὶν θεὸς,
Ὃς οὐρανόν τέτευχε, καὶ γαῖαν μακρὰν,
Πόντου τε χάροπον οἶδμα, καὶ ἀνέμων βίας,
Θνητοὶ δὲ πολλοὶ, καρδίᾳ πλανώμενοι
Ἱδρυσάμεθα, πημάτων περὶ ψυχῆς

Θεῶν ἀγάλματ' ἐκ λίθων τε καὶ ξύλων
Ἢ χρυσοτεύκτων, ἢ ἐλεφαντίνων,
Θυσίας τε τούτων, καὶ καλὰς πανηγύρεις
Τεύχοντες, οὕτως εὐσεβεῖν νομίζομεν.

Vnus revera unus eſt Deus,
Qui cœlum fabricavit & terram longam,
Mariſque truces tumores, & ventorum impetus,
Mortales vero multi, corde devii
Statuimus, animæ damna
Deorum ſimulacra ex lapidibus & lignis
Ex auro, eboreve facta,
His ſacrificia, ſolemniaque pulcra
Facientes, pietatem retinere putamus.

Philæmon:

Ὁ γὰρ θεὸς βλέπει σε, πλησίον παρών,
Ὃς ἔργοις δικαίοις ἥδεται, οὐκ ἀδίκοις.

Te namque cernit Deus, qui tibi adſtat,
Qui juſtis operibus delectatur, non malis.

Timocles:

\- - Τεθνεῶσιν ἔλεος ἐπιεικὴς θεός.
\- - *Mortuis impertitur miſericordiam æquus Deus.*

Diagoras:

Κατὰ δαίμονα καὶ τύχην πάντα τελεῖται.

Per Deum & fortunam omnia perficiuntur.

Pandarus:

Θεοῦ θέλοντος, κἂν ἐπὶ ῥιπὸς πλέοις.

Deo volente etiam in vimine navigabis.

Pindarus Olymp. Od. 11.

Ἐσθλῶν γὰρ ὑπὸ χαρμάτων
Πῆμα θνάσκει παλίγκοτον δαμασθέν,
Ὅταν θεοῦ μοῖρα πέμπῃ
Ἀνεκὰς ὄλβον ὑψηλόν.

Bonis enim a gaudiis
Malum perit odioſum domitum.
Quando Dei numen mittit
Tandem opes altas.

Od XI.

Ἐκ θεοῦ δ' ἀνὴρ σοφαῖς ἀνθεῖ ἐς ἀεὶ πραπίδεσσιν.

Dei providentia ſapientibus aliquis cogita-
tionibus perpetuo floret.

Simonides:

Χωρὶς γυναικὸς θεὸς ἐποίησεν νόον
Τὰ πρῶτα.
Τὴν δ' ἐξ ἀλιτρῆς θεὸς ἔθηκ' ἀλώπεκος.
Ὦ παῖ, τέλος μὲν Ζεὺς ἔχει βαρύκτυπος
Πάντων, ὅσ' ἐστί, καὶ τίθησ', ὅπῃ θέλει.

Seorſim mulieris Deus fecit mentem
Primum.
Aliam e ſceleſta Deus formavit vulpe.
O fili, finem quidem Iupiter habet grave to-
nans
Omnium, quæ ſunt, & ponit, uti vult.

Archilochus:

Τοῖς θεοῖς τίθει γε πάντα, πολλάκις μὲν ἐκ κακῶν
Ἄνδρας ὀρθοῦσι, μελαίνῃ κειμένους ἐπὶ χθονί,
Πολλάκις δ' ἀνατρέπουσι, καὶ μάλ' εὖ βεβηκότας
Ὑπτίους κλίνουσι.

Omnia

Omnia Diis fer accepta, ſæpe ex malis
Homines erigunt, in atra jacentes terra,
Sæpe etiam ſupplantant, qui & firmiter
ſtantes
Supinos ſternunt.

Menalippides autem ſic Deum precatur:

Κλῦθί μευ, ὦ πάτερ, θαῦμα βροτῶν,
Τᾶς ἀειζώυ ψυχᾶς μεδέων.

Audi me, pater, miraculum mortalium,
In ſempiternam animam imperium obti-
nens.

Bacchylides:

Ὄλβιος, ᾧ τινι θεὸς μοῖράν τε καλῶν ἔπορεν,
Σύν τ' ἐπιζήλῳ τύχᾳ ἀφνειὸν βιοτὰν διάγειν.

Beatus, cui Deus portionem bonorum dedit,
Cumque fortuna optabili vitam opulentam
tranſigere.

Et Simmias Rhodius in Alis de Deo loquens ſic canit:

Λευσσέ με, τὸν γᾶς τε βαθυστέρνε ἄνακτ', ἀκμονίδαν τὰν
ἄλα θ' ἱδράσαντα,
Μηδὲ τρέσῃς, εἰ, τόσος ὤν, δάσκια καὶ λαχνὰ φέρω
γένεια,
Τᾶμος ἐγὼ γὰρ γένομαν, ἀνίκ' ἔκριν' ἀνάγκα.

Intuere me, qui ſum Terræ vaſtithoracis Rex,
cælumque & mare qui condidi,
Nec horreas, ſi, cum tantus ſim, denſum &
hirſutum fero mentum,

Tunc enim ego natus ſum, quando viſum eſt neceſſitati.

Græcos Poëtas jam vidimus, quos unum Deum ſtatuiſſe adducta carmina teſtantur. Operæ jam precium erit, & Latinorum Poëtas adhibere, & diſpicere, an & hi unanimi conſenſu de uno Deo conſpirent, quorum carmina noſtram de Germanorum Religione ſententiam probabunt. Lucretius varios ſimulacrorum cultus hiſce deridet verſibus:

Terricolas Lamias, Fanni quas, Pompiliique
Inſtituere, Numa tremit has, his omnia ponit,
Vt pueri infantes credunt ſigna omnia ahena
Vivere & eſſe homines, & ſic iſti omnia ficta
Vera putant, credant ſignis cor ineſſe ahenis.
Pergula Pictorum, veri nihil, omnia ficta.

Plautus in Capt.

Eſt profecto Deus, qui quæ nos gerimus, auditque & videt.

Valerii Sorani verſus hi ſunt:

Jupiter omnipotens regum Rex, ipſe Deusque,
Progenitor genitrixque Deûm, Deus unus & omnes.

Manilius l. I. Aſtronomικῶν ſic canit:

- - *Deus eſt, qui non mutatur in ævo.*

Maro l. IV. Georg.

- - *Deum namque ire per omnes*

Ter-

Terraſque tractuſque maris, cœlumque profundum.
Hinc pecudes, armenta, viros, genus omne ferarum,
Quemque ſibi tenues naſcentem arceſſere vitas.

Et l. VI. Æn.

Principio cælum ac terras, campoſque liquentes,
Lucentemque globum Lunæ, Titaniaque aſtra
Spiritus intus alit, totamque infuſa per artus
Mens agitat molem, & magno ſe corpore miſcet.
Inde hominum, pecudumque genus, vitæque volantum,
Et quæ marmoreo fert monſtra ſub æquore pontus
Igneus eſt ollis vigor, & cœleſtis origo.

Horat. l. I. Carm.

- - qui res hominum ac Deorum,
Qui mare & terras variiſque mundum
Temperat horis.

Item l. III. Carm.

Qui terram inertem, qui mare temperat
Ventoſum & urbes, regnaque triſtia,
Divoſque, mortaleſque turmas
Imperio regit unus æquo.

Item l. I. Carm.

- - Valet ima ſummis
Mutare, & inſignem attenuat Deus,
Obſcura promens.

Ovid. l I. Art.

Nec ſecura quies illos, ſimiliſque ſopori
Detinet, *innocui vivite, Numen adeſt.*
Reddite depoſitum, pietas ſua fædera ſervet,

Fraus

Fraus abſit, vacuas cædis habete manus.

L. I. Metam.

Hanc Deus & melior litem natura diremit.

Ibid.

Sic onus incluſum numero diſtinxit eodem
Cura Dei.

Item:

- - ſive hunc divino ſemine fecit
Ille opifex rerum mundi melioris origo.

Seneca in Herc. Fur.

Dominare cupidus, ſpiritus altos gere,
Sequitur ſuperbos victor a tergo Deus.

In Thyeſte:

Res Deus noſtras celeri citatus
Turbine verſat.

In Hippol.

O magna parens, natura Deum,
Tuque ignifere Rector Olympi,
Qui ſparſa cito ſidera mundo,
Curſusque vagos rapis aſtrorum,
Celerique polos ordine verſas.

Lucan. l. IX. Pharſ.

Eſtque Dei *ſedes, ubi terra, & pontus, & aër,*
Et cælum, & virtus. Superos quid quærimus ultra?
Juppiter eſt, quodcunque vides, quodcunque movetur.

Statius in Theb.

Nulla autem effigies, nulli commiſſa metallo
Forma Dei: mentes habitare & pectora gaudet.

Martial. l. II. epigr.

Ipſe jubet mortis te meminiſſe Deus.

Silius

Silius Ital. l. VI. de Bel. Pun.

Juſtitiæ rectiquæ dator, qui cuncta gubernas.

Perſius Sat. III.

Magne Pater Divûm, ſævos punire tyrannos
Haud alia ratione velis, cum dira libido
Moverit ingenium ferventi tincta veneno
Virtutem videant, intabeſcantque relicta.

Sed quid de pluribus eorum DIs erit ſtatuendum? nihil aliud ſane, quam quod Auguſt. l. IV. de C. D. c. XXIV. *Quid? usque adeone majores noſtros inſipientes & cæcos fuiſſe credendum eſt, ut Bacchum, Cererem, Deos putarint? imo unum* Deum *credebant, cujus illa munera, illæ functiones eſſent. Igitur in juramentis poſt enumeratos Deos tranſibant ad generalem invocationem, & omnes Deos, Deasque invocabant, ſignificantes hos omnes in unum contrahendos eſſe.* Sic Agamemnon Iliad. γ.

Ζεῦ πάτερ Ἴδηθεν μεδέων, κύδιςε, μέγιςε,
Ἠέλιός θ᾽ ὃς πάντ᾽ ἐφορᾷς, καὶ πάντ᾽ ἐπακέεις,
Καὶ ποταμοὶ, καὶ γαῖα, καὶ οἱ ὑπένερθε καμόντας
Ἀνθρώπους τίνυσθον, ὅ, τις κ᾽ ἐπίορκον ὀμόσσῃ.
Iupiter pater, qui Idæ præes, inclute, maxume,
Solque qui omnia aſpicis, & omnia audis,
Et fluvii, & terra, & qui ſubter mortuos
Homines punitis, quicunque perjurium juraverit.

Ad quem locum ſic Euſtathius ſcribit: πάντας ἐπικαλεῖται θεοὺς, καὶ οὐ μόνον Δία, καὶ γῆν, καὶ ἥλιον, οἷς οἱ ἄρνες ἐνταῦθα θύονται, id eſt, *omnes invocat* Deos, *& non ſolum Iovem, Terram & Solem, quibus agni hic immolantur.* Et ad hoc probandum mul-

multum juvat templa eorum viſere, quæ communia erant omnibus Dis: * ſic celeberrimum illud Romæ Pantheum: & in Iovis cella, in Capitolio, ſtatua Iovis, Iunonis & Minervæ. ** Et Pauſanias refert apud Eleos, Arcades, Athenienſes, Lacedæmonios, Corinthios βωμὺς fuiſſe, θεοῖς πᾶσιν ἐν κοινῷ. Hinc D. Paulus in act. Apoſt. c. XVII. verſ. 23. aræ cujusdam meminit, quæ Athenis Ignoto Deo *** fuit erecta. Cujus & Pauſanias in Atticis mentionem facit. Vti & Laërtius in Epimenide me-

* Hinc & Dii plures junctim colebantur, eam ob cauſam dicti σύνθρονοι, πάρεδροι, σύνεδροι, σύνναοι, σύμβωμοι, de quibus *Steph. Le Moyne* notis ad Varia ſacra p. 382. *Salmaſius* ad aram Herodis Attici, *Gisb. Cuperus* in Obſervat. IV. 3. & libro de Harpocrate p. 149. 152. Hinc & imagines *panthea* & numi *panthei*, in quibus conjuncta Symbola pluribus Diis communia, de quibus *Claudius Nicaſius*, in diſſ. de Numo Pantheo Hadriani, Lugd. 1689. 4. *Petr. Seguinus* numiſm. p. 3. *Jacob. Wildius* p. 208. 209. aliique. Hæc Cl. *Fabricius* Bibliogr. Antiq. p. 240.

** Romæ tria Panthea fuiſſe feruntur, unum Jovis ultoris, alterum Minervæ Medicæ, tertium itidem Jovis, a M. Agrippa reſtauratum, de quibus vide poſt alios, *Guil. Fleetwoodi* notas ad veteres Inſcriptiones, ſtatim ab initio, & *Lipſium* L. III. de Magnit. Rom. c. 6.

*** De Ara hac lege, quos diligenter afferunt Cel. *Fabricius* in Bibliogr. Antiq. p. 295. ſq. & Rev. *Wolfius* in Cur. Philolog. p. 1261. ſqq. Iis adde *Tobiam Pfannerum* Syſtem. Theol. purior. gentil. Cap. XI. §. XIV. p 310. *Tobiam Eckardum* in Teſtimoniis non Chriſtianor. de Chriſto Cap. II. §. XIX. p. 51. & Vener. *Jo. Laur. Moshemium* in Cogit. in N. T. L. I. C. IV. p. 77. ſqq.

meminit aræ, nullo inſcripto nomine. Hæc autem talis erat:

ΘΕΟΙΣ ΑΣΙΑΣ ΚΑΙ ΣΤΡΟΠΗΣ
ΚΑΙ ΛΙΒΥΗΣ
ΘΕΩ ΑΓΝΩΣΤΩ *
ΚΑΙ
ΞΕΝΩ.

Hinc aræ paſſim apud Latinos DIS DEABVSQVE OMNIBVS, & DIBVS DEABVSQVE OMNIBVS erectæ. Vnde & in Iurejurando Hippocratis idem mos ſervatur: ὄμνυμι Ἀπόλλωνα ἰατρὸν, καὶ Ἀσκληπιὸν, καὶ Ὑγείην, καὶ Πανάκειαν, καὶ θεοὺς πάντας τε καὶ πάσας ἵστορας ποιούμενος, ἐπιτελὲς ποιήσειν κατὰ δύναμιν καὶ κρίσιν ἐμὴν ὅρκον τόνδε καὶ κρίσιν ἐμὸν ὅρκον τόνδε καὶ ξυγγραφὴν τήνδε, id eſt, *teſtor Apollinem Medicum, & Æſculapium, Hygiamque* ** *& Panacæam Æſculapii filias, &*

* *Steph. Le Moyne* in Diſſert. ad Jerem. XXIII. 6. ſtatuit, Inſcriptionem illam, literis Græcorum majuſculis ita formatam fuiſſe ΑΓΝΩΣΤΩ ΘΕΩ i. e. Ἀγνώστῳ θεῷ, more ſcilicet veterum, qui paſſim o pro ΟΥ & Ω in Manuſcriptis & numis exhibeant. Res ipſa quidem negari non poteſt, cujus idonea exempla afferunt *Spanhemius* de Uſu & præſtantia Numiſmatum p. 73. edit. in 4. *Montfauconius* item in Palæographia p. 131. & Cl. *Mich. Roſſal* in Tentamento Critico p. 15. Huc tamen ea obſervatio non pertinet, vel ideo, quod inſcriptio ejusmodi Ararum non in gignendi, ſed dandi caſu, ex teſtimonio veterum, facta eſt.

** De cultu, quo Hygieam Valetudinis Deam proſecuti ſunt veteres, Conf. Cl. *Groſii de Boſe* Diſſertatio, quæ Gallice prodiit Pariſ. 1705. 8. Latine recuſa in *Chri-ſtoph.*

& Deos ac Deas omnes, me, quantum in me erit, & quantum ingenium meum valebit, hæc omnia obſervaturum, quæ hoc jurejurando atque iis tabellis continentur. Cicer. ep. VII. l. XIV. *ſtatim ita ſum levatus, ut mihi* Deus *aliquis medicinam feciſſe videatur, cui quidem tu Deo, quemadmodum ſoles, pie & caſte ſatisfacias velim.* Et Serv. lib. I. Georg. ad hunc Vergilii verſum:

Dîque, Deæque omnes, ſtudium quibus arva tueri. *Poſt ſpecialem,* * inquit, *invocationem tranſit ad generalitatem, ne quod numen prætereat; more pontificum, per quos, ritu veteri, in omnibus ſacris poſt ſpeciales* Deos, *quos ad ipſum ſacrum quod fiebat, neceſſe erat invocari, generaliter omnia numina invocabant.* Hinc & communes DI. l. XII. Æn. Sane ſciendum, ut Servius l. IV. Æn. habet, Stoicos dicere unum eſſe Deum, cui nomina variantur pro actibus & officiis. Vnde etiamnum duplicis ſexus numina eſſe dicuntur: ut cum in actu ſunt, mares ſint: fœminæ cum pariendi habent naturam. Hinc eſt Iovis oratio: *Cælicolæ mea membra Dei quos noſtra poteſtas Officiis diviſa facit.* Et Ægyptii, qui tamen ſimulacrorum cultores acerrimi habebantur, ſecreto unum Deum primitus colebant, ut ex Mercurio Tris-

---

*ſtoph. VVolterecki*i, Elect. Rei Numar. p. 23. ſqq. *Guil. Musgravii* Exercit. de Dea Salute Lond. 1717. 4. & Cel. *Chriſt. Gottl. Schwartzii* Expoſitio Veteris Inſcriptionis de Æſculapio & Hygea Diis φιλανθρώποις Altorf. 1725. 4.

* Hinc etiam apud *Homerum* ſæpe occurrit formula τὶς θεὸς, de qua ſatis copioſe *Zacharias Boganus* p. 363.

Triſmegiſto patet. Non autem deſunt argumenta, ex quibus probari poſſe videtur, gentilium aliquibus aliquid de Sancta Trinitate innotuiſſe. *Et ſic unicum Deum Thau Celtæ priſci colebant; & tres Perſonas S. S. Trinitatis, Heſum Deum patrem, Belenum Deum Filium, & Tharamin Deum Spiritum Sanctum in uno Thau, id eſt, Deo venerabantur.* * *Non enim tres ſunt Dii, ſed unus Deus. Anima enim,* ut Tertullianus in Apologet. habet, *licet falſis Diis exancillata, cum tamen reſpicit, ut ex crapula & ſomno, Deum nominat, & quod Deus dederit, omnium vox eſt. Iudicem quoque conteſtatur illum, Deus videt, & , Deo commendo, & Deus mihi reddet. O teſtimonium animæ naturaliter Chriſtianæ! Denique pronuncians hæc, non ad Capitolium, ſed cælum reſpicit. Novit enim ſedem Dei vivi. Ab illo & inde deſcendit.* Inter primos autem Zoroaſtres occurrit, qui ſic in Oraculis ait:

> Πάντα γὰρ ἐξετέλεσε πατὴρ, καὶ νῷ παρέδωκε Δευτέρῳ.
>
> *Omnia enim perfecit pater, & menti tradidit Secundæ.*

Orpheus vero, ut Iuſtinus in Orat. ad Gentiles vult, ita in juramentis loquitur:

> Οὐρανὸν ὁρκίζω σε θεοῦ μεγάλου σοφὸν ἔργον,
> Αὐδὴν ὁρκίζω σε πατρὸς, ἣν φθέγξατο πρώτην.
> *Cælum te adjuro ſapiens opus Dei magni,*

* Merum hoc commentum eſſe, oſtendit *Jac. Thomaſius* programmate L. II. p. 596. ſqq.

Vocem adjuro te Patris, quam protulit primam.

Quid ſibi vult, cum dicit, *Vocem juro Patris, primam, quam prodidit ore.* Αὐδὴν, id eſt, *vocem*, hic λόγον, id eſt, verbum Dei nominat, per quod cœlum & terra, & univerſa condita eſt creatura, prout nos divinæ ſanctorum virorum prophetiæ docent, quibus & ipſe aliqua ex parte in Ægypto operam navans intellexit; Verbo Dei omnem factam eſſe creaturam. Proinde ubi dicit:

Vocem juro Patris primam quam prodidit ore.

Verbis hiſce illa adjungit:

Conſilio ipſe mundum cum conderet omnem.

Vbi verbum, *vocem*, dicit propter Poëticam carminis menſuram; quod vero hoc ſic habeat, ex eo quod paulo ante dixit ſatis conſtat; nam carminis menſura permittente verbum nominavit: inquit enim:

Εἰς δὲ λόγον θεῖον βλέψας, τούτω προσέδρευε
Ἰθύνων κραδίης νοερὸν κύτος, εὖ δ' ἐπίβαινε
Ἀτραπιτοῦ, μοῦνον δ' ἐσόρα κόσμοιο τυπώτην
Ἀθάνατον, παλαιὸς δὲ λόγος περὶ τοῦ δὲ φαείνει
Ὡς ἔστ' αὐτοτελής, &c.

In Dei verbum aſpiciens, huic adſis ſemper
Defigens cordis intellectuale vas, recteque inſiſte
Tramitem, ſolum autem intuere Mundi Formatorem
Immortalem, quem ſermo antiquus declarat.
Quod perfectus eſt.

Epi-

Epicharmus Comicus:

- - ἐςὶ καὶ θεῖος λόγος.
Ὁ λόγος ἀνθρώπῳ πέφυκε περὶ βίου καταςροφάν.
Ὁ δέ γε τὰς τέχνας ἅπασι συνέπεται θεῖος λόγος,
Διδάσκων αὐτοὺς, ὅτι ποιεῖν δεῖ συμφέρον.

- - Eſt etiam divinum verbum.
Divinum hoc verbum adeſt homini usque ad vitæ exitum.
Hoc omnibus divinum verbum artes ſuppetit,
Docens ipſos, quid conducibile facere opus ſit

Parmenides autem ſic ſcribit:

Νοῦς πατρὸς ἐῤῥοίζησε νοήσας ἀκμάδι βουλῇ
Παμμόρφους ἰδέας. πηγῆς δὲ μιᾶς ἀποπ]ᾶσαι
Ἐξέθορον, πατρόθεν γὰρ ἔην βουλή τε τέλος τε,
Ἀλλ᾽ ἐμερίσθησαν νοερῷ πυρὶ μοιρηθεῖσαι
Εἰς ἄλλας νοερὰς, κόσμῳ γὰρ ἄναξ πολυμόρφῳ
Προὔθηκεν νοερὸν τύπον ἄφθιτον, οὗ κατὰ κόσμον
Ἴχνος ἐπειγόμενος, μορφῆς μετὰ κόσμος ἐφάνθη
Παντοίοις ἰδέαις κεχαρισμένος, ὧν μία πηγή.

Patris effudit deliberato & firmo conſilio
Multiformes Ideas, ab uno autem fonte avolantes
Exilierunt, quia a Patre conſilium & finis,
Sed diviſæ ſunt intellectuali igni deſtinatæ
In alias intellectuales. Mundo enim Rex multiformi

Produxerat intellectualem typum incorruptum, ad cujus
Veſtigium exiens mundum, mundus apparuit
Omnigenis Ideis dotatus, quarum unus fons.

Item:

- - Ὃς ἐκ νόου ἔκθορε πρῶτος
Ἑσσάμενος πυρὶ, πῦρ συνδέσμιον, ὄφρα κεράσῃ
Πηγαίους κρατῆρας, ἑοῦ πυρὸς ἄνθος ὑπίσχων.

-- *Amor divinus primus exiliit ex intellectu*
Indutus igni, ut igneum vinculum eſt, ut temperaret
Canales fontium, expanſo deſuper calore ſuo.

Pletho autem Gemiſtus ait: *Verum Pater creavit formas intellectuales, quas huic menti tradidit diſponendas.* Et Proclus l. 11. in Parmenid. *Hic intellectus quia ſolus decerpſit florem mentis ex virtute Patris, poſſidet vim intelligendi, & virtutem diſtribuendi mentem ſeu intellectum paternum, omnibus rerum fontibus & principiis.* Mercurius Triſmegiſtus in Pimandro c. 1. *Ego ſum lux & mens, Deus tuus, natura illa humida antiquior, quæ ex umbra prodiit. Splendidus vero hic* λόγος *qui ex mente procedit, Dei filius Quod in te videt, auditque Domini* λόγος: *Mens autem, Deus pater. Non differunt hi inter ſe; & amborum unio, unio vitæ eſt, &c.* Item: *Opifex hic Dei univerſorum Domini* λόγος, *primam, ſecundum illum, poteſtatem habet, non creatus, infinitus, ab eo procedens, imperat omnibus, quæ Deus fecit; & perfectiſſimi perfectus Primogenitus, & genuinus Filius eſt.* De Spiritu autem Sancto hæc ſcribit; cap. III.

III. in Aſclep. „ Omnis in hoc mundo ſpecies uno Spiritu vivificatur. Vnus Spiritus implet omnia." Mundus alit corpora, Spiritus animas. Spiritus" vero Dei voluntati ſubjectus eſt, tanquam ejus ma-" china ſeu organum. Omnia hoc Spiritu indigent," ſingula fovet, vegetat, vivificat, pro ſuo quæque" modulo, & a ſancto fonte procedit, & omnium vi-" ventium, omnium ſpirituum ſubſidium & præſi-" dium eſt." *Item in Pimandr. c. III.* Erat in Abyſſo umbra infinita: aqua vero deſuper, & tenuis Spiritus, intellectualis, per Dei virtutem in illa indigeſta mole verſabatur. Inde effloruit ſanctus ſplendor, qui ex arena & natura humida, elementa emergere juſſit. Dii vero ipſi, qui aſtra inſident, locum capiebant, quem divinus ille Spiritus ſtatuebat. *Deinde tres hypoſtaſes ſubjungit c. penult.* O vita, o lux, a vobis in nos benedictio currit. Gratias tibi ago ô pater, actus omnium poteſtatum. Gratias ago tibi, Deus omnium poteſtas actuum. Verbum tuum per me te laudet, per me mundus verborum recipit ſacrificium hoc, meæ vires clamant, totum cantant, voluntatem tuam perficiunt. Tua voluntas abs te in totum, ſacrificium verborum, ab omnibus excipe. O vita, totum, quod eſt in me ſalva. O lux totum illumina, Spiritus Deus. Verbum tuum me regit ſpiritifer opifex. Tu ſolus es Deus. *Plato in Epinomide:* Vnaquæque ſtella peragit curſum ſuum, ſecundum ordinem, quem conſtituit, ὁ τῶν πάντων θειότατος λόγος, diviniſſimum verbum. *Idem in Epiſt. ad Dionyſ.* De natura Primi ænigmatice loquendum eſt, ut ſi forte terra, marive periclitentur

literæ, legantur quidem, ſed non intelligantur. Omnia ſunt, circa Regem Vniverſi, & per eum & propter eum omnia, & is omnium quæ pulcra videntur cauſa. Circa autem Secundum Secunda ſunt, & circa Tertium Tertia, &c. *Numenius in l. de Bono*: Qui primum & ſecundum Deum cognoſcere adfectat, recte diſtinguat oportet, & ante omnia mentem ſuam tranquillet; demum vero, invocato Dei nomine Theſaurum cogitationum ſuarum expromat. Exordiamur itaque hoc modo: Deus, Primum dico, qui eſt in ſemetipſo, ſimplex eſt, ſibi undiquaque cohæret, in ſe unum nusquam dividuus; Deus etiam Secundus & Tertius unum eſt. Exiſtimandum autem eſt, Patrem eſſe primum ejus, qui omnium opifex appellatur. *Plotin. Enn. V. l. I.* Sunt tres primariæ hypoſtaſes: Vnus ſeu Bonum, Mens ſeu intellectus, & Anima Mundi: nec de his, niſi implorato Dei auxilio, & ſedata mente loquendum. Si rogas, qua ratione gignat una aliam; de rebus ſempiternis agimus. Itaque non eſt, quod quisquam temporalem hic generationem ſibi fingat. Cum enim generationem dicimus, cauſam & ordinem tantum reſpicimus. *Enn. V. l. VIII. c. V.* Quid profecerit, qui Deum contemplatus fuerit? Sane quod viderit Deum gignentem Filium, & in Filio omnia: Filiumque illum conceptum, absque labore tenentem, licet mundus hic qui tantopere placet, ejus imago ſit tantum. *Enn. VI. l. XIII. c. XXVII.* Deus amabilis idem & Amor eſt. Amor autem hic, amor ſui. Eſt enim in ſe, & a ſe Pulcher. Quod vero totus ſibi coexiſtere dicitur, locum habere nequit, niſi

niſi id quod exiſtit, & qui coexiſtit, unum & idem omnino ſit. Si autem is, qui coexiſtit, & id cui coexiſtit, unum eſt, itemque quod appetit, & quod appetitur, unum: certe Appetitus & Eſſentia unum & idem erit. *Iamblichus in l. de Myſter. c. XXXIX. ſic ſcribit:* Primus Deus ante ens, & ſolus, pater eſt primi Dei, quem gignit manens in unitate ſua ſolitaria, atque id eſt ſuperintelligibile. Eſtque exemplar ipſius, quod dicitur, ſui pater, ſui filius, unus pater & Deus vere bonus. Ille enim major, & primus, & fons omnium, & radix eorum, quæ prima intelliguntur, & intelligunt, ſcilicet idearum. Ab hoc utique uno Deus per ſe ſufficiens ſe ipſum explicavit. Ideoque dicitur per ſe ſufficiens ſui, pater, per ſe princeps. *Porphyrius explicans Epiſt. Platonis ad Dionyſ. citante Cyrillo l. I. contra Iulian. ait:* Eſſentia Dei ad tres Hypoſtaſes ſive ſubſiſtentias porrigitur. Eſt enim Deus ſupremus, qui proprie Bonus: poſt eum ſecundus, qui Opifex Vniverſi; & Tertius demum Anima mundi: ad animam enim usque extenditur divinitas. Id autem ſibi voluit Plato, ubi ſtatuit tres Reges: Etſi enim pendent omnia ab his tribus, pendent tamen ita, ut primum a Primo, deinde ab eo, qui a Primo eſt, tertio a tertio qui a ſecundo procedit, ordine pendeant. *Proclus in l. de Patriarch.* Docet enim Intellectum æternum quidem eſſe, ſed προαιώνιον quendam eſſe, cui ille adhæret, quia Prææternus ille ultra omnia. In æterna enim Eſſentia eſſe Secundum, & Tertium, interque Prææternum & æternum, Æternitatem mediam ſedere. *Amelius acerrimus Chriſtiani nominis hoſtis:*

Certe hic eſt, ille λόγος qui ab æterno eſt, ſecundum quem factum fuit quicquid eſt, ut Heraclitus cenſuit. Et per Iovem idem ille λόγος, quem Barbarus ille apud Deum in principio fuiſſe ait, in confuſione & diſpoſitione rerum, & Deum eſſe, per quem omnia abſolute facta ſunt, & in quo vivunt, vitaque & eſſentia exiſtunt. Hunc porro λόγον carne, humana indutum, hominem apparuiſſe, nec eo minus tamen majeſtatem naturæ ſuæ exercuiſſe, quin & hac vita ſolutum revixiſſe, & Deitatem reſumpſiſſe, & Deum omnino fuiſſe, ſicut erat antequam in corpus, carnem & hominem deſcenderet. *Theodoro vero Platonico dicitur Secundus ille νοῦς οὐσιώδης, νοερὰ οὐσία, ψυχῶν πηγὴ, id eſt, intellectus ſubſtantialis, Subſtantia intellectualis, & Animarum fons. Et Apollo ipſe Pythius ſeu dæmon neceſſitate coactus Trinitatem docuit:*

Μὴ ὄφελες πυματόν με καὶ ὕστατον αὐτὸς ἐρέσθαι
Δύστηνε προπόλων περὶ θεσπεσίου γενετῆρος
Ἄμφιτε τηλυγέτοιο πανομφαίου βασιλῆος,
Καὶ πνοιῆς, ἡ πάντα πέριξ βοτρυδὸν ἐείχει,
Οὔρεα, γῆν, ποταμοὺς, ἅλα, τάρταρον, ἠέρα, πῦρ τε,
Οἵ με καὶ οὐκ ἐθέλοντα δόμων ἀπὸ τῶνδε διώξει,
Αὐτίκ' ἐρημαῖον δὲ λελείψεται οὖδος ἀφήτωρ.

Ne me extremum & ultimum ipſe velis interrogare
Infelix ſacerdos de divino Genitore
Deque charo & unico Filio celeberrimi Regis,

Et

Et Spiritu, qui omnia circum affatim continet,
Montes, terram, fluvios, mare, tartara, aërem, ignem,
Heu me, etiam nolentem Spiritus ille bis adibus expellit,
Actutumque deſertum linquetur limen hoc fatidicum.

Serapis conſulenti Thali Ægypt. Regi talibus reſpondit:

Πρῶτα θεὸς, μετέπειτα λόγος, καὶ πνεῦμα σὺν αὐτοῖς,
Πάντα δὲ σύμφυτα ταῦτα καὶ εἰς ἓν ἔοντα τέτυκται,
Οὗ κράτος αἰώνιον· ποσὶν ὤκεσι θνητὲ βάδιζε,
Τὸν βίον ἄδηλον διανύων, σοῦ πολὺ κρείσσων.

Primum Deus, dein Verbum, & Spiritus cum ipſis,
Omnia vero cognata illa, & in unum compacta,
Cujus poteſtas æterna: citis pedibus mortalis abi,
Vitam qui ignotam tranſegit, te potior eſt multo.

Sambethe:

Πάντα τρόφον κτίστην, ὅστις γλυκὺ πνεῦμα ἅπασι
Κάτθετο χ᾽ ἡγητῆρα θεῶν πάντων ἐποίησεν.

Omnia nutrientem Creatorem, qui dulcem ſpiritum omnibus

Rectorem Deorum omnium fecit.

Eadem:

Αὐτὸν σὸν γίγνωσκε θεὸν θεȣ̃ υἱὸν ἔοντα.

Ipſum tuum cognoſce Deum Dei filium exiſtentem.

Chalcidius in Platon. Timæum ſic ſcribit: *Origo rerum, ex qua cæteris omnibus quæ ſunt, ſubſtantia miniſtratur, Deus ſummus & ineffabilis eſt. Poſt hunc Providentia ejus, ſecundus Deus, lator legis & utriusque vitæ tam æternæ quam temporariæ, Tertia porro eſt ſubſtantia, quæ ſecunda Mens, Intellectusque dicitur, quaſi quædam legis æternæ cuſtos, &c. Porro ſummus Deus jubet, Secundus ordinat, Tertius intimat, Animæ legem agunt, Lex vero ipſum fatum eſt.* Huc forſitan Sacra Triplicis Mithræ apud Perſas referenda, quorum Dionyſius Areopag. Epiſt. VII. ad Polycarp. meminit: τȣ̃το ταῖς Περσῶν ἱερατικαῖς ἐμφέρεται φήμαις, καὶ εἰσέτι Μάγοι τὰ Μνημόσυνα τȣ̃ Τριπλασίȣ Μίθρȣ τελȣ̃σιν, id eſt, *hoc in ſacrarum apud Perſas ceremoniarum oſtentis circumfertur; & deinceps Magi Mnemoſyna Triplaſii ſeu Triplicis Mithræ perficiunt.* Ad quem locum Georgius Pachymerius, *Perſæ*, inquit, τὸ παρέκταμα τῆς ἡμέρας ἐκείνης διὰ τῆς τελετῆς τῶν Μνημοσύνων, τȣ̃ Τριπλασίȣ σημαίνȣσιν, hoc eſt, *extenſionem illius diei in ſacris, quæ Mnemoſyna, ſeu Memoria Triplaſii, id eſt, Triplicis Mithræ appellatur, denotant.* Ecce unanimem etiam Ethnicorum conſenſum de S. S. Trinitate: *quæ Trinitas eſt eſſentia, Deitate, bonitate ſuperior* (verba ſunt Dionyſ. Areopag.

pag. in l. de Trinit.) *divinæ Chriſtianorum ſapientiæ dux, dirigit nos in ipſum ſuper ignotum & præfulgens, excelſum myſteriorum eloquiorum culmen, ubi ſimplicia & abſoluta, immutabiliaque Thelogiæ myſteria latent, ad operta præfulgente quadam ſilentii clam ſacram docentis caligine, quæ ubi maxime videtur obſcura, ibi ſupra modum lucem profert exuberantem: illic quod tangi & videri non poteſt; ſplendoribus plusquam pulcris ad exuberantiam implet omnes quaſi captos oculos intellectus.* Et hæc etiam, ut Sacrum Cod. utpote in quo luculentiſſima de hac S. S. Triade teſtimonia exſtant, ſilentio transgrediar, fuit Priſcorum Iudæorum ſententia & fides; de quibus etiam Apollo Pythius hoc confirmat:

Πολλὰς καὶ Φοίνικες ὁδὲς μακάρων ἐδάησαν
Ἀσσύριοι, λυδοί τε, καὶ ἑβραίων γένος ἀνδρῶν.
Multas etiam vias Deorum Phœnices monſtrarunt,
Aſſyrii, Lydique, ac genus virorum Hebræorum.

Quos etiam in hiſce ſolos Sapientes vocat:

Μοῦνοι χαλδαῖοι σοφίαν λάχον, ἠδ' ἄρ ἑβραῖοι
Αὐτογένεθλον ἄνακτα σεβαζόμενοι θεὸν ἁγνῶς.
Soli Chaldæi ſapientiam acceperunt, uti & Hebræi
Ex ſeipſo natum regem venerantes Deum pure.

Moderni autem Iudæi adducta ex Veteri Inſtrumento teſtimonia in alienum detorquent ſenſum. Rab. Iudas Nagid, qui a Iudæis Propheta dicitur; cum rogatus eſſet, quodnam eſſet nomen illud duodecim literarum, reſpondit: אב בן רוח הקדוש *Pater filius & Spiritus Sanctus.* Idem, quod eſſet nomen XLII. literarum: אב אלהים בן אלהים רוח אלהים הקדוש שלשה באחד ואחד בשלשה:

בשלשה: *Pater eſt Deus, Filius Deus, Spiritus Sanctus eſt Deus, tres in uno, & unus in tribus.* Eſt & aliud nomen XLII. literarum, ut Petrus Galatinus in l. de arcanis Cathol. rel. tradit, c. XI. & XII. אב אל בן אל ורוח הקדש אל אלא לא שמשה אלהים כי אם אלה אחד: *Pater Deus, Filius Deus, S. S. Deus: at non tres Dii, ſed Deus unus.* R. autem Bechai in principio Geneſ. fol. V. col. 2. ſcribit: nomen quadraginta duarum literarum deſumi ex primo & ſecundo verſu principii Geneſ. a litera ב vocis בראשית usque ad ב vocis ובהו, quæ ſunt XLII. literæ, ex quarum varia & multiplici combinatione Cabaliſtis nota, fit nomen expoſitum per XLII. literas. Ex metatheſi autem literarum ſeu תמורה quo decies transponitur nomen יהוה, eliciunt יוהה, הוהי, היהו, ההיו, ההוי, היוה, והוי, והיה, ויהה, יההו, atque hæc omnia unum nomen Dei eſſe vere Cabaliſtici ſentiunt. Si autem Acroſtichon ſumas, ex qualibet litera vox deſcendet: ישוע האב ורוח הקדוש, Ieſus, Pater, & Spiritus Sanctus. Si autem numerum elicis juxta tenorem Iudaicum, ut י x per x multipliciter, ה per v. ו vero per VI. & ה per v. exſurgit numerus CLXXXVI. quem etiam referet tibi vox המקום locum ſignificans, modo ה præfixum duplicetur, quod Rabinis infinitum ſeu illocalem Deum notat, qui nullo loco capitur, ſed omnibus rebus locum dat. R. Hanani in tractatu העיוב de ſpeculatione ſcribit: *Iſti tres qui unum ſunt, eam inter ſe analogiam habent, quam Vnus, Vniens, Vnitum, & Vnum omnino punctum ſunt, nempe*

nempe Dominus univerſi. Et R. Iſhac in ספר היצירה tres notat numerationes ſupremas in Ein-ſoph, id eſt, infinito: חכמה בינה כתר intelle-ctum, ſapientiam, Coronam, quæ (addit Rab. Aſſe in l. שער אורה ſeu porta lucis) tribus jod, * ſub-notato Camets ייי deſignare mos erat. Is autem יהוה, is qui eſt, Deus æternus. R. Azariel in Tra-ctatu de Sanctitate: ספר היצירה *Spiritus producit Verbum & vocem, non labiorum hiatu, aut linguæ ſermone, aut hominis ſufflamine, ſed hi tres unus Spi-ritus ſunt, nimirum Deus unus; hoc autem juxta illud, quod in libro de hominis creatione legitur: Vnus Spiritus bene vivens, benedictum nomen ejus, qui unus in ſecula ſeculorum, Spiritus, Verbum, Vox, id eſt, unus Sanctus Spiritus & ab uno Spiritu Spiritus duo.* Hinc & priſci illi Thalmudiſtæ conſtituerunt, ut unusquisque bis hunc verſiculum, qui in ♆ L. repe-ritur אל אלהים יהוה דבר Dominus, Domino-rum Iehova, loquutus eſt, pronunciaret. Scholiaſtes ad hunc locum, repetitione Prophetæ, tres מדות ſeu proprietates innuere ſcribit, per quas Deus crea-vit mundum. Hinc R. Moſes Hadarſan ſcribit Deum verbo ſuo, & R. Simeon, Spiritu oris ſui creaſſe mundum. Recte itaque R. ille Simeon, Ben-

Iohai

* Ex hac ſcriptione nominis יהוה per *tria Jodhin* non præter rem quidam argumentum SS. Trinitatis a ve-teribus Judæis creditæ repetunt: vide B. *Chriſtoph. Helvicum* in Elenchis Judaicis p. 178. ed. Cl. *Crenii*, *Petr. Haberkornium* præf. ad Syntagma II. p. 13. & *Athanaſium Kircherum* in Oedipo Ægyptiaco. Tomo II. p. 114. ſq.

Iohai in Zohar, profert locum R. Ibba in Deuter. ubi hæc verba: Audi Iſraël יהוה אלהינו יהוה אחד *Iehova Dominus noſter, Iehovah unus. Per primum* יהוה inquit R. Ibba, *quod Dei incommunicabile nomen eſt, intelligit Patrem Omnium Principem. Per* אלהינו, *Deum noſtrum, Filium omnium ſcientiarum fontem. Per ſecundum* יהוה *Spiritum Sanctum ex ambobus procedentem, qui quidem Vocis menſura eſt.* Vocat *vero Vnum, quia individuus eſt; nec revelabitur hoc Arcanum ante adventum Meſſiæ.* Idem R. Simeon in c. VI. Eſai. Sanctus, Sanctus Sanctus Dominus Deus Sabaoth, *Sanctus*, ait, *Pater, & Sanctus Filius, & Sanctus Spiritus Sanctus.* Hinc R. Ioſeph Caſtellanus: *Lux animæ Meſſiæ, Deus vivens, Deus vivens, Fons aquarum viventium, & anima Meſſiæ rivus vitæ.* Et rurſum: *Solus Meſſias* Deum *plene cognoſcit, quia Meſſias Lux* Dei, *& Lux gentium; & propterea novit* Deum *& noſcitur a* Deo. Philo Iudæus: *Deus*; inquit, *ſumma generandi facultate præditus eſt, & ſecundum eum, ὁ τοῦ θεοῦ λόγος, Verbum Dei.* Item: *duo ſunt primi, unus eſt λόγος divinus; alter Deus ipſe, qui ante hunc λόγον, hic autem λόγος principium & finis τῆς ἀρεσκείας, id eſt, beneplaciti ſeu voluntatis divinæ.* Et hæc erat doctrina in ſcholis Iudæorum recepta, ut Phil. Mornæus cap. VI. de Ver. Chr. Rel. loquitur & vera Cabala: nec vero antiqui Rabbini illi tres in una eſſentia hypoſtaſes rejiciebant, ſed incarnationem Verbi, id eſt, Secundæ Perſonæ ab ea fide derivatam oppugnabant, quam Majeſtati divinæ minime convenire arbitrabantur. Solenne eſt Pythagoræorum juramen-

ramentum, quod in Pythagoræ aureis carminibus refertur:

Οὔ μὰ τὸν ἁμετέρα ψυχᾷ παραδόντα τετρακ-
τὺν
Παγὰν ἀενάου φύσεως.
Ita certo per eum, qui animæ noſtræ tribuit qua-
ternum
Fontem perennis naturæ.

Quid per τετρακτὺν * ſibi velit, neſcio ſane. Macrobius quidem l. I. Somn. Scip. c. VI. dicit, Pythagoricos quaternarium numerum (τετρακτὺς eum ſignificat) quaſi ad perfectionem animæ pertinentem, inter arcana adeo venerari, ut ex eo & jurisjurandi religionem ſibi fecerint. Cauſam eius rei non explicat: Suidas vero hanc profert, quod elementa rerum hoc numero conſtent. Vid. & Plutarch. l. 1. de placitis Philoſ. Forſitan τετρακτὺν voluit eſſe τετραγράμματον, quod ne temere profanaret propalando τετρακτὺν nominavit. *Pythagoras enim hic*, ut Juſtin. in Orat. contra Gentiles habet, *Philoſophiæ ſuæ præcepta per ſymbola arcana tradidit, digna & ipſe Ægyptia peregrinatione de uno & ſingulari Deo ſenſiſſe videtur*. Conſ. de hoc Epiphan. in comp. Cathol. fid. Clemens inſuper Alexandrinus Stromat. l. 2. circumciſum tradit: *Pytha-*

* *Godefridus VVendelinus* Pythagoræ τετρακτὺν nihil aliud ſignificare, conjectat, quam nomen Dei τετραγράμματον, idque a Daniele, magorum principe, eum accepiſſe, in diſſert. de Pythagoræ tetracty; quam ejus ſententiam itidem calculo ſuo adprobat *Petr. Dan. Huetius* in Demonſtrat. Evang. p. 414.

Pythagoras cum Ægyptiorum Prophetis congreſſus eſt, propter quos etiam fuit circumciſus, ut adyta ingrediens Ægyptiorum myſticam diſceret Philoſophiam, & cum Chaldæorum & Magorum verſatus eſt præſtantiſſimis. Et eam quæ nunc vocatur Eccleſiam ſignificat id, quod apud ipſum eſt ὁμακοεῖον. Et in l. V. Strom. *Omnino Pythagoras, & Socrates, & Plato dicentes ſe Dei vocem audire, rerum univerſarum conditionem contemplati ſunt, accurate a Deo factam, quam etiam indeſinenter contineat, Audiverunt enim Moſem dicentem:* dixit & facta ſunt; mundum Dei opus eſſe deſcribentem. D. Ambroſius l. I. Epiſt. VI. *Nam cum ex populo Iudæorum, ut plerique arbitrantur, genus duxerit Pythagoras, ex ejus diſciplina derivavit etiam magiſterii præcepta.* Vide Numenium apud Originem l. I. Adverſus Celſum. Cæterum quatuor Literarum nomen myſticum eſt, quo illi circumdabantur, qui ſoli adytum ingrediebantur. Quaternarii numeri poteſtas admiranda ut ſit, illud potiſſimum facit, quod conſenſu tacito gentes fere omnes præcipuum Dei nomen quatuor modo literis enunciant: quæ res citra diviniorem afflatum non videtur potuiſſe contingere. Nam quem nos Deum nuncupamus Ægyptii Theut, Perſæ dicunt Sire, Magorum diſciplina Orſi, unde profluxit Oromaſis. Iam apud Hebræorum gentem celebre eſt quatuor literarum Dei ſacrum nomen, quod inde Tetragrammaton dicunt; & alia voce exprimitur, quæ Adonai eſt, quæ apud eos tamen Adni ſcribitur, ſignificat autem Dominum noſtrum. Græcis vero Θεὸς appellatur;

Pri-

Priſcis Germanis Diet, junioribus Woto, Arabibus Alla; Jeſu autem ſalutare numen ab Angelo accepimus. Huc adde Sclavorum Buch, Polonorum Buog, Pannonum Iſtu. Ne vero quis ineffabile nomen Tetragrammaton objiciat, quod nulli ex gentibus * cognitum fuerit: ſane Rabſace Sannacheribis Regis dux Eſaiæ c. XXXVI. verſ. 15. ſæpiſſime nomen יהוה repetit: neque confidere vos faciat Hizkyahu in יהוה dicens, eruendo eruet nos יהוה. Nomen etiam illud ſuum, & nomen ſuum magnum appellat D. O. M. Exod. VI. verſ. 3. Quid? quod & ſæpiſſime a Jeremia profertur in magna plebis congregatione, Jer. c. XIV. verſ. 22. Nec Sibyllam latuit cognitio Tetragrammati. Sic enim illa:

> Αὐτὸς δὴ Θεὸς ἐσθ' ὁ πλάσας τετραγράμματον Ἀδάμ,
> Ἀντολίην τε, δύσιν τε, μεσυμβρίαν τε, καὶ ἄρκτον.
>
> *Ipſe enim Deus eſt, Tetragrammaton fingens Adamum,*
> *Ortus, occaſus, meridiem, Boreamque.*

Tertullianus in Apologet. *Vnicuique etiam provinciæ & civitati ſuus Deus eſt, ut Syriæ Aſtarte, ut Arabiæ Duſares, ut Norici Belenus, ut Africæ Cæleſtis, ut Mauritaniæ ſui Reges. Multi autem Reges Maurorum Iubæ dicti ſunt, ut Ægypti Ptolemæi, vel Pharaones.* Vide Lactant l. I. c. V. Minutius Felix:

* De veſtigiis nominis Jehovah apud Ethnicos confer *Steph. le Moyne* Differt. ad Jerem. XXIII. 6. p. 50. ſeqq.

Juba Mauris volentibus Deus eſt. Sane ſi pauxillum contrahas elementa ex יהוה Juba reſultabit. Namque Phœnicum ſeu Maurorum idioma erat ex Hebræa conflatum lingua. Cujus veſtigia luculentiſſime in Plauti Pœnulo apparent. *Avo* enim illud Hannonis ex Hebræo חור deſcendit, & *Donni* illius ex Hebræo ארני eſt per Aphæreſin, & *Souffe-thes* eorum Iudices ex Hebræo שופטים, & *Elſa* ab עשר & אל, & Ditho a דוד. Sed & Græcorum Ἰαοὺ & Ἰαὼ & Ἰευὼ ab hoc deſcendit, ut ex Diod. Sicul. l. I. Clement. Alexand. Strom. v. Euſeb. Apodix. IV. Theodoret. quæſt. XV. in Exod. patet. Videatur & Philo Byblius referens Sanchoniathonem Troicis temporibus res Judaicas conſcripſiſſe: *εἰληφότα ὑπομνήματα παρὰ Ἱερομβάλου τοῦ ἱερέως θεοῦ τοῦ Ἰευώ*, id eſt, accepiſſe eas a Ierombalo ſacerdote Dei Ievo. Si enim contrahis hanc vocem, Latinamque terminationem adhibes, Iovis * erit. Hinc D. Paulus Actor. c. XVII. verſ. 28. dicit: *ὡς καί τινες τῶν καθ' ὑμᾶς ποιητῶν εἰρήκασι, τοῦ γὰρ καὶ γένος ἐσμὲν*, id eſt, *uti & quidam apud vos Poëtæ dixerunt, ejus enim & genus ſumus.* Quod ** Arati eſt, in Phænomenis hunc ver-

* In voce *Jovis* veſtigia vocis *Jehovah* deprehendi contendit *Edmundus Dukinſonus* in Delphis Phœnicizantibus, Cap. IX. p. 83.

** *Arati* hic verſus eſt in limine Phænomenon ejus, ad quem proinde D. Paulum reſpexiſſe, præter veteres Patres, recentiorum plerique exiſtimarunt. Vide inprimis *Grotium* de Veritate Relig. Chriſt. L. I. T. III. Opp. p. 15. *Dilherrum*, in Diſpp. Philolog. T. I. p. 274.

verſum habet. Ex quo Apoſtolus citavit; ille tamen: *Jovis genus ſumus*, *hic Jovæ*. Namque ut Leontius ad Aratum refert: Ἄρατος κατὰ τὴν κοινὴν δόξαν εἴρηκε τοῦ Διὸς τ᾽ ὄνομα ὡς ἂν τῶν ὄντων βάσιν, id eſt, *Aratus ſecundum vulgi opinionem, Iovis nonem expreſſit, uti entium fundamentum.* Hinc Chryſoſtomus Homil. III. in Epiſt. ad Tit. de Arati hiſce verbis: οὐ τὰ τοῦ Διὸς εἰρημένα εἵλκυσεν εἰς τὸν Θεὸν, ἀλλὰ τὰ προσήκοντα τῷ Θεῷ, ἐπεὶ καὶ τὸ Θεὸς ὄνομα αὐτοῦ μόνου ἐστὶ, καὶ παρανόμως ἐπικεῖται τοῖς εἰδώλοις, id eſt, *Haut ea quæ de Iove dicuntur trahit ad Deum, verum quæ Deo conveniunt atque improprie Iovi ſunt tributa, ea Deo reddit, cum nimirum illius ſit tantummodo nomen Deus, & non ſine injuria Idolis imponatur.* Minutius Felix: *qui IovemPrincipem volunt, falluntur in nomine, ſed de una poteſtate conſentiunt.* Quamvis Origenes l. IV. contra Celſum nolit Deum verum Iovem vocari

 ob

p. 274. *Rudolph. Cudworthum* in Syſtem. Intellect. hujus univerſi p. 475. *Frider. Struntzium* in Diſſ. Philolog. III. de hoc dicto Witteb. 1719. habitis, & Cl. *Fabricium* in Biblioth. Græc. lib. III. p. 397. ita ſcribentem: *Neque forte erraverit, qui dixerit, S. Paulum Apoſtolum, cum verſiculum hunc commendavit Athenienſibus, non reſpexiſſe ad ſolum popularem ſuum Aratum, Cilicem, ſed etiam ad Cleanthem, qui Athenis vixerat, & in cujus hymno jam laudato verſu ſtatim quarto diſerte legitur:* ἐκ τοῦ γὰρ γένος ἐσμέν. *Euthalius a Viro Clariſſ. Laur. Zacagnio non ita pridem editus* p. 420. *notat, dictum a Paulo allegatum eſſe* Ἀράτου Λεγομένου καὶ Ὁμήρου ποιητοῦ *Sane Homero quoque audis Jupiter* πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε.

ob ſpurcitiem, quæ de Iove fictitio circumferuntur: ſed tamen multa a Sanctis Viris, Eccleſiæque luminibus, quæ ab Idololatris uſurpabantur, deducta leguntur, Sic D. Petrus in Act. τῦτον τὸν θεὸν σέβεσθε, μὴ κατὰ τὺς ἕλληνας: *hunc Deum veremini, ſed non ſicut Græci.* Ad hæc Clemens Alexandr. l. V. Strom. μὴ τοίνυν, φησὶ, σέβεσθε, οὐκ εἶπεν, θεὸν, ὃν οἱ Ἕλληνες, ἀλλὰ μὴ κατὰ τὺς Ἕλληνας. τὸν τρόπον τὸν τῆς σεβήσεως ἐναλλάτ]ων τῦ θεῦ. ὐχὶ δὲ ἄλλον καταγγέλλων, id eſt, *non igitur, dixit, ne veneramini Deum, quem Græci, ſed non ſicut Græci. Modum cultus immutavit, haud alium Deum prædicavit.* Et D. Paulus Act. c. XVII. verſ. 23. Ignotum Deum, qui Athenis colebatur ad veri Dei cultum rrahebat: ὃν ὖν ἀγνοῦντες εὐσεβεῖτε, τῦ]ον ἐγὼ καταγγέλλω ὑμῖν, id eſt, *hunc igitur agnoſcentes honorate, quem ego prædico vobis.* Et Tertullianus in l. de Iudicio Domini, in ſacro opere invocat Muſas:

Quis mihi ruricolas aptabit carmine Muſas?

Et:

Iam mihi luciferas liceat contingere Muſas.

Sed quia in omnibus ſacrificiis & precationibus Divi patres vocabantur, ex voce Ἰευώ, vel Ἰαώ deductum Iovis accepit vocem patris, & factum inde Iovispater: inde in Iupiter tranſiit. Non enim Iupiter dictus quaſi Juvans pater, ut Lactant. l. I. c. XI. Gellius l. v. c. XII. Cicero, Cato de re Ruſtica c. CXLI. volunt, ſed potius a Ἰευώ. Hinc & Iupiter Sabazius vel Liber Sebadius, ut Macrob. l. I. XVIII. Saturn. ſcribit a Iehova Sabaoth de-

deſcendit, quod Ieremias ceu proprium Dei T. O. M. nomen paſſim inculcat. Aſiæ Regem fuiſſe dicunt, & eum ceu peregrinum ſannis excipit Ariſtophanes. Cujus & Cicero l. II. de Leg. & l. III. de N. D. meminit, cum Plutarchus in Symp. l. IV. c. V. præter Orpheum, qui ſic canit:

Κλῦθι πάτερ, Κρόνου υἱὲ Σαβάζιε, κύδιμε δαῖμον.

Audi pater, Saturni fili Sabazie, ſplendide dæmon.

Cæterum ſemper aliquid veri in Ethnicorum ſacrificiis & Diis fictitiis latuit, quod ſaniores etiam expreſſis fere verbis tradiderunt. De quorum traditionibus ex Sacris petitis literis conſule Peucerum in Θερμαντείῳ. A quo Syneſius in Encomio Calvitii minime diſcordare videtur, de Ægyptiis ſic referens: Παρ' Αἰγυπτίοις τὰ προφητικὰ γένη βαναύσοις μὲν καὶ χερώναξιν οὐκ ἐπιτρέπουσι δημιουργεῖν εἴδη θεῶν, ἵνα μή τι τοιοῦτο παρανομήσωσιν, ἀλλὰ τοῖς μὲν ῥάμφεσι τῶν ἱεράκων καὶ τῶν ἴβεων, ἃ τοῖς προτεμενίσμασιν ἐγκολάπτουσι, καταμωκῶνται τοῦ δήμου. Αὐτοὶ δὲ καταδύντες εἰς τοὺς ἱεροὺς χηραμοὺς, ἅπτ' ἂν ἀπεργάσωνται περιστέλλουσι. καὶ ἔστιν αὐτοῖς κωμαστήρια, τὰ κιβώτια, κρύπτοντα, φασὶ, ταύτας τὰς σφαίρας, ἃς ὁ δῆμος ἐὰν ἴδῃ χαλεπανεῖ. τὸ δὲ ῥᾷστον καταγελάσεται. δεῖται γὰρ τερατείας. πᾶς δὲ ὁ μέλλων ἰδιώτης δημός γε ὢν, id eſt, *Apud Ægyptios Prophetæ vilium & profanarum rerum artificibus minime permittunt formare ſimulacra Deorum, ne ſcilicet in opere transgrederentur. Sed Accipitrum & Ibidum Roſtris, quæ in veſtibulis fanorum inſculpunt, plebem deludunt. Ipſi in ſacra deſcendunt antra, ubi ſecreto*

 rem

remperagunt. Habent etiam κϱμαςήϱια, *quæ arcæ* ſunt, quasdam, ut ajunt, occulentes ſphæras; quas ſi conſpiceret vulgus, moleſte ferret: Nam quod intellectu facillimum eſt, deſpicit, & prodigioſis opus eſt ei mendaciis. Neque aliter fieri poteſt, cum ſcilicet vulgus ſit.* Et Clemens Alex. Strom. l. V. ἐν ταῖς καλυμέναις παϱ' αὐτοῖς κωμασίαις, τῶν θεῶν χϱύσεα ἀγάλματα, δύο μὲν κύνας, ἕνα δὲ ἱέϱακα καὶ ἶβιν μίαν πεϱιφέϱυσι, id eſt, *in iis quæ ab ipſis vocantur Deorum* κωμασίαι, *aureas imagines, duos quidem canes, unum autem accipitrem, & ibin unam circumferunt.* Et populus natura maxime ſtupidus eſt, præſertim circa religionem. Vnde ab Hierophantis illis priſcis, ne religio vileſceret, variæ numinum formæ effingebantur. Illecebris enim opus erat, quo animi hominum allicerentur. Quod & Strabo l. I. obſervavit: ὐ γὰϱ ὄχλον τε γυναικῶν καὶ παντὸς χυδαίυ πλήθυς ἐπαγαγεῖν λόγῳ δυνατὸν φιλοσόφῳ, πϱοκαλέσασθαι πϱὸς εὐσέβειαν, καὶ ὁσιότητα καὶ πίστιν. ἀλλὰ δεῖ καὶ διὰ δεισιδαιμονίας. τῦτο δὲ οὐκ ἄνευ μυθοποιΐας καὶ τεϱατείας, id eſt, *non enim turbam mulierum & omnis vulgaris multitudinis inducere ſermone poſſibile eſt Philoſopho, ut provocentur ad pietatem, & Dei cultum & fidem. Sed oportet* ſu-

* De ciſtis ſacris myſticis, vide *Rubenium* in Diſſert. de nummo Aſiæ receptæ, *Jac. Gutherium*, L. I. de jure Pontificio Rom. c. 25. *VVaſerum*, L. I. c. 22. de antiq. Nummis Hebræor. Chaldæor. & Syrorum, *Sponium* in Miſcellan. p. 26. & Cl. *Zornium* Biblioth. Antiq. & Exeget. T. I. p. 773.

ſuperſtitionem adhibere. Sed non fieri poteſt ſine fabularum fictione, & præſtigiis. Namque, ut Syneſius in Encom. Calvitii ait, τὸ ῥᾷϛον καταγελάσεται ὁ δῆμος. δεῖται γὰρ τερατείας, hoc eſt, quod intellectu facillimum eſt, deſpicitur a plebe: prodigioſæ narrationes adhibeantur neceſſe eſt. Merito igitur eos Prudentius deridet:

Quos lana terret diſcolos in ſtipite,
Quos ſæpe falſus circulator decipit;
Quibus omne ſanctum eſt, quod cavendum vanulæ
Edentularum cantilenæ ſuaſerint.

Hinc etiam Athenienſes, cum D. Paulum prædicantem audirent Jeſum & Reſurrectionem, id eſt, ἀνάϛασιν, ut verum Deum nova Evangelii prædicatione agnoſcerent perperam ejus verba intellexerunt, & tam Anaſtaſin, quam Jeſum adorandum ſtatuerunt: illum Deum, hanc Deam ſtatuentes: quod non obſcure innuit Chryſoſtomus ad Act. Apoſt. c. XVII. verſ. 18. * Et optimam Druydum ſeu ſacerdotum Celticorum ſententiam de Deo exteræ nationes præſertim Romani ad ſuos trahebant

 Deos;

* Eandem ſententiam Chryſoſtomi auctoritate adducti, alii ſuam fecerunt, nominatim *Rouſius* in Archæologia Attica II. I. p. 67. *Jo. Seldenus* de Diis Syris p. 33. *Alex. Morus* in Notis ad Novum Fœdus p. 96. 98. *Hammondus* ad h. l. & *Jo. Spencerus* de Leg. Rit. Hebr. p. 1202. Recte vero ſtatuunt, qui ἀνάστασιν ex ipſorum Athenienſium ſententia de reſurrectione mortuorum interpretantur. Vide, quæ pro illa expoſitione afferunt doctiſſimus *Rich. Bentleius*, in Concione II. de Stultitia Atheiſmi p. 66. ed. Lat. *Cornel. Adami* Obſervat. Theologico-Philolog. p. 238. nec non Rev. *Wolfius* in Cur. Philolog. & Crit. p. 1256. ſeq.

Deos; quod etiam de Judæis fecerunt, ut ex Juſtino & Tacito patet; perque Theutaten Mercurium, per Heſum Martem, per Belenum Appollinem, per Tharamin Iovem intelligi volebant. Sed hoc falſo, & optimis Druydis maximam facientes injuriam. Sed tandem & tempus multa immutavit, Diabolusque aſtu & tyrannide horrenda multos abuſus veritati immiſcuit. Hujus enim partes, ut Tertullian. de præſcript. hæretic. refert, intervertendi veritatem, qui ipſas quoque res ſacras in idolorum myſteriis æmulatur. Sicut enim carbonibus accidit, ut facile ab admotis facibus inflammentur (liceat autem mihi ut verbis Syneſii Cyrenæi l. I. de Providentia) quod jam antea ad ignem concipiendum ſunt idonei: Ita Dæmonis natura cum affectibus ſcateat vel potius viva quædam ſit, & motus compos affectio, ubi ad animam acceſſit propius, eam, quæ in hoc eſt, affectionem commovet & producit facultatem in opus: Impreſſione enim facit, quicquid facit. Quicquid autem actionem aliquam excipit, id ei aſſimilatur, a quo afficitur. Sic libidinem, ſic iracundiam, & quæcunque his genuina mala, dæmones conſuetudine ſua in animis, per eas partes quæ ipſi congruentes ſunt, accendunt: quæ partes & naturaliter præſentiam ipſorum ſentiunt, & ab ipſis cum agitantur, tum confirmantur, ut contra mentem inſurgant, donec vel totum animum ſubegerint, vel ab expugnatione deſperent. Hoc certamen omnium maximum eſt; nec enim ullo vel tempore, vel modo, vel loco ceſſant impetere; & unde minime aliquis putet ab ea parte adoriun-

riuntur. Vndique laquei, undique inſidiæ, nullam inteſtini a ſe belli contentionem omittunt, donec expugnent vel deficiant.

Cap. XIII.

Iſis. *Ex Hebræo. In voce hoc nomen Dei. Gentes ex virgine naſciturum Deum credebant. Cauſa. Ara a Druydis Virgini paritura erecta. Chinenſibus ſimile idolum. Teſtimonia Veterum de Chriſto naſcituro ex Virgine. Virgo in primo decano Virginis, ſphæra Perſica ſymbolum nativitatis Jeſu. Rabbinorum ſententia. Tempus nativitatis Meſſiæ. Elapſum jam tum. Vocatio* Gentium. *De Chriſto naſcituro, morituro, & reſurrecturo Sibyllæ & aliorum teſtimonia Ethnicorum. Ipſa oracula.*

REſtaT jam ut de Iſide verba faciamus, & quid ſub ea intellexerint verbis & teſtimoniis declaremus. Et, ſi originem * vocis acutius perquiramus, videmus hanc ab Hebræo deſcendere. אשה ſiquidem virgo vel virago, a radice איש *vir*, redditur. Author libri Zororhammor faſciculi myrr-

* Doctiſſimus *Th. Hyde* in not. ad itiner. mundi *Peritſoli*, eam dictam putat quaſi עסיס ſuccum terræ, aut humorem, *Braunius* אשה ſive Oſiridis uxorem dictam vult, *Clericus* ab Hæbræis derivato nomine ישיש vetus appellat, *Petrus Jurieus* in Hiſtor. dogm. & rituum P. III. p. 527. exiſtimat dictam quaſi ישהיא ipſa eſt, ſive ישיש. *Blaſius Caryophilus* a *curando* dictam obſervat: Arabes enim, quorum linguæ affinis Ægyptia, *Aſa* curam dicunt; unde *aſion* Medicus, *aſaron*, medicamentum. Conf. *Jo. Oliva* in Marmor Iſiacum. p. 36.

[illegible] gravisse [illegible] regni. [illegible] et [illegible] Samque [illegible] de [illegible]. [illegible] ex [illegible] instituti. [illegible] hoc, [illegible] [illegible] Hinc [illegible] venerationis [illegible]. [illegible] filius ille [illegible] Chaldaei [illegible] barbari imaginem [illegible] mulieris, [illegible] in [illegible] etiam hodierno [illegible] et Gerhardus [illegible]. Cui etiam [illegible]. Orpheus [illegible] Christo ex Judaea [illegible]:

Οὐ γάρ κέ τις ἴδοι θνητῶν μερόπων κραίνοντα,
εἰ μὴ μουνογενής τις ἀπορρὼξ φύλου ἄνωθεν
Χαλδαίων, ἴδρις γὰρ ἔην ἄστροιο πορείης.

Nam

Non enim quiſquam mortalium videre poſſet eum,
qui hominibus imperat
Niſi unigenitus quidam profectus ab origine anti-
qua gentis
Chaldæorum, ſciebat enim aſtri curſum.

Nec enim verba hæc, ut quidam inepte putant, de Abrahamo intelligenda; quid enim μυνογενὴς ſibi vult? Certe Abraham non fuit unigenitus. Et oracula Iudæos alias Chaldæos vocant; inter quæ hoc unum, quod etiam Chriſtum hominem fore prædixit, deque paſſione ejus mentionem facit:

Θνητὸς ἔην κατὰ σάρκα, σοφός τε ῥαπαίδεσιν
ἔργοις,
Ἀλλ' ὑπὸ χαλδαίων κριτῶ ὅπλοις συαγωθεὶς,
Γόμφοις καὶ σκολόπεσσι πικρὴν ἀνετλησε τε-
λευτήν.
Corpore erat mortalis, ſapiens per facta ſtupenda,
Sed a Chaldæis in judicium conductus,
Clavis & lignis crudelem ſortitus eſt exitum.

Et vulgatiſſimum illud:

Παῖς ἑβραῖος κέλεται με θεοῖς μακάρεσσιν
ἀνάσσων
Τόνδε δόμον προλιπεῖν, καὶ ἀίδην αὖθις ἱκέσ-
θαι,
Λοιπὸν ἄπιθι σιγῶν ἐκ βωμῶν ἡμετεράων.
Puer Hebræus jubet me Dîs beatis imperans
Hanc domum linquere, & infernum rurſus adire,
Linquas igitur cæterum altaria noſtra.

Alboaſar Arabs cum uniuscujusque Decano regionem certam aſcribit, primo Decano ſphæræ Perſicæ Vir-

Virginem collocat. Virgo nempe pulcra, capillitio prolixo, duas ſpicas manu geſtans, reſidens in ſiliquaſtro, lactans & cibans eum. Hanc I. Picus ceu unici Salvatoris Ieſu nativitatis cœleſte ſymbolum annotat. Sed & Rogerus Bachonus Oxonienſis opere III. quod ad Clem. IV. dedit, Alboaſaris verba ab Hermanno Dalmata Latine ex Arabico citat, ſubjungitque: *Intentio eſt, quod Beata Virgo habet figuram & imaginem infra decem primos gradus Virginis, & quod nata fuit, quando Sol eſt in Virgine: & ita habetur ſignatum in Calendario, & quod nutriet filium ſuum Chriſtum in terra Hebræorum.* Hinc & Ovidius de Vetula in l. ad Virginem Mariam:

O Virgo felix, ô Virgo ſignificata
Per ſtellas, ubi ſpica nitet.

Et Rabbini, gens alias Sole meridiano cæcutiens, eandem & quidem veriſſimam de Chriſto θεανθρώπῳ habuerunt. Hinc Eſaiæ c. IX. ubi verba ſunt: *Parvulus nobis natus eſt, filius datus eſt nobis, & fuit principatus ſuper humerum ejus, & vocabitur nomen ejus admirabilis, conſiliarius, Deus fortis, pater æternitatis,* Princeps pacis, de Meſſia intelligunt, qui homo & Deus eſſe debuit. R. enim Ionathan verba hæc, *Princeps pacis* vertit, *Meſſias pacis.* Et R. Haccadoſch diſerte ait: *Meſſiam, quatenus homo & Deus, vocandum Emmanuëlem; quatenus Deus, admirabilem, & conſiliarium; quatenus potens, Ghebir,* id eſt, robuſtum: *quatenus æternus, Æternitatis principem; quatenus pax ſub eo multiplicanda, Principem pacis; quatenus laqueis inferni animas expediturus eſſet, expeditum: quatenus ſal-*

vos

vos facturus Ieſum. R. Moſes Galilæus Thren. c. 1. verſ. 16. Meſſiam appellatum iri patrem æternitatis, principem, patrem, &c. tradit. R. Haccadoſch in Eſai. c. IX. ut litera ה in nomine יהוה conflatur ex ך & ן; ita Meſſias ex natura divina & humana. Et ut duo הה fiunt ex duobus דך & duobus ןן; ita duæ ſunt in Meſſia filiationes, una quatenus filius Dei, altera quatenus filius Propheti ſſæ, ut habetur Eſai. VIII. Vt autem in una eademque litera diſtinctæ ſunt, unicam tamen literam faciunt: ita diſtinctæ quidem erunt duæ in Meſſia ſeu Chriſto naturæ, cum tamen unus Chriſtus. Midraſch in Ψ. XX. cum ex ſubditis Regis carnis & ſanguinis (id eſt, Regis temporalis) nemo ipſius nomine inſigniri ſoleat, quî fit ut Deus Meſſiam ſuo ipſius nomine appellet, & quodnam illud? Certe יהוה nomen ejus, juxta id quod dicitur, *Vir pugnæ* יהוה nomen ejus. R. Moſes Haderſan in illud Sophoniæ: *ad invocandum nomen* יהוה, hic, inquit, יהוה non eſt alius quam Meſſias. Midraſch in Ψ. XL. Quia Gentiles aſſidue rogant, ubinam Deus noſter, erit tempus, cum Deus in medio juſtorum ſedebit, illumque tunc digito poterunt indicare. Et quod tam ſæpe repetitur: Ambula in medio veſtri, &c. eo modo Regem in hortum cum hortulano ſuo ambulatum veniſſe dicunt: & hortulanus quidem ab eo recedere, tanquam indignus volebat. Sed Rex dixit: noli retrocedere, en me ſimilem tibi. Quo etiam modo futuris temporibus, ambulabit Deus inter nos in horto voluptatis. Chriſtum vero Dei filium er carne naſciturum eſſe, præter S. Scripturam R. Simeon Ben-Iohai in Gen.

c. III.

c. III. verſ. 15. miſericordiam ſeu Timorem Dei corpus aſſumpturam in utero mulieris, & coronatum iri in perpetuum, in regem antiquum antiquorum. Decretum enim fuiſſe, ut corpus & fœmina ſimul incorporarentur, quod tertio demum ſeculo complendum ſit, cujus ſancti corporis medio ſeu interventu mundus ſuperior inferiori conjungatur. Tum vero fore, ut Deus in his inferioribus non ſecus quam ſuperioribus ſanctificeetur, & ut S. Spiritus tanquam ex vagina prodeat, id eſt, explicetur: & hæc porro unum eſſe, nimirum Iehovam *ipſum*. Denique mulierem, ex qua ſanctum Verbum corpus aſſumpturum erat, & homo ille plenus fide prodituus inter omnes mulieres ſanctam & benedictam fore. Philo Iudæus in l. de exulibus ſic ſcribit: *Quod tempus Iudæorum exulum reditui deſtinatum ſit, difficile dictu. Summi enim Sacerdotis mortem expectari tradunt, & alii citius, alii tardius moriuntur. Sentio vero ego, ſummum hunc Sacerdotem λόγον ipſum, ſeu Dei verbum futurum, omnis peccati expertem, tum voluntarii, tum involuntarii, cujus pater Deus, omnium pater, mater Sapientia, per quam in mundo creata ſunt omnia. Itaque caput ejus inungetur oleo, & principatus ejus corruſcabit, & circumfulgebit lumine, eoque tanquam veſte amictus erit: antiquiſſimus enim ille λόγος ejus qui eſt, id eſt, Iehova, veſtitur mundo, &c.* R. Moſes Hadarſan in ψ. LXXXV. ubi Propheta ait: *Veritas germinabit ex terra*, R. Iodan inquit, *hic nota, non dici, naſcetur, ſed germinabit, quia generatio & nativitas Meſſiæ non erit, ut cæterarum creaturarum in mundo, ſed gignetur ſine copu-*

copulâ carnali, ideoque nemo nominat patrem ejus, utpote qui abſconditur, donec veniat, & patefaciat nobis. Et in Gen. II. verſ. 25. dixiſtis, inquit Dominus, orphani ſumus nos, orbi patre, & talis etiam erit redemptor, quem ego dabo vobis. Sicut apud Zachar. c. III. verſ. 8. dicitur, Ecce ſervum meum, cujus nomen germen. Et ex ✠. CX. Tu es ſacerdos ſecundum ordinem Melchiſedech. At R. Simeon Ben-Iohai in Gen. c. II. ubi ſcribit, Spiritum magna virtute impulſum, ex clauſo utero exiturum, ut altiſſimus Princeps fiat, qui Rex Meſſias, eousque tandem progreditur, ut ex Eſaiæ capite IX. arte Cabaliſtica nomen matris Meſſiæ eliciat, cujus nomen Maria למר בה המשרך. Et Rab. Hacanus Ben-Nehumia, Mariam ex Bethlehemo fuiſſe ſcribit, filiam Iehojakim Eli ex ſtirpe Zorobabelis, ex Tribu Iuda, ex qua proditurus Meſſias. Tempus autem nativitatis Meſſiæ ita ab Elia in Thalmud celebratur: *mundus ſex mille annos durabit, bis mille vacuum, id eſt, ſine lege, bis mille lex, bis mille Chriſtus.* Et R. Iacob primos bis mille annos tempore Abrahæ, ſecundos circa deſtructionem ſecundi templi deſinere tradit, quod ex ipſa ſupputatione probat: quibus abſolutis Chriſtum venturum, & Iſraëlem liberaturum dicit. R. Ioſue Ben-Levi ad Eſaiæ c. LX. ult. verſ. ait. Ego Iehovah in tempore ſuo accelerabo. *Illud accelerabo,* inquit Iehovah, *nempe ſi digni ſunt, in tempore ſuo, etiamſi plane indigni ſint.* Et ad locum Eſai. c. IX. *Puer nobis eſt natus,* habentur ibi Hebraice verba למרבה המשרה cum ם clauſo in medio vocis in libr. Sabbath, & in tract.

Sanhedrin, ſcribunt, hoc eſſe ad amplitudinem Regni Meſſiæ: litera enim hæc nunquam ita pingitur, niſi in fine vocis. Magnum etiam ineſſe myſterium ſomniant: quod cum R. Tanhuma inveſtigaret, cœlitus reſponſum fuiſſe רזי לי רזי לי, ſecretum meum mihi, ſecretum meum mihi, &c. nempe ut apud eos in confeſſo eſt de Rege Meſſia. Et quia litera ם ſexies centum valet; ſexcentos annos ab emiſſa hac Prophetia ad Chriſtum uſque numerandos contendunt. Thalmud vero in tract. Sanhedrin, c. Helec ſigna adventantis adducit: Quando veniet Meſſias rari erunt Sapientes in Iſraële; crebri vero impoſtores, incantores & Magi. Sapientia Scribarum putreſcet, & ſcholæ Theologicæ lupanaria erunt: *Viri pii in Iſraële erunt in abominationem, & vultus illius ſeculi, canini & impudentes.* Quod Ioſephus de ſuo tempore optime ſcribit, veritate lucida commotus l. XX. τῆς ἀρχαιολογίας: *Erat tunc temporis Iudæa latronum, præſtigiatorum, & planorum aſylum & ſpelunca; & certe quia Deus extrema Iudæorum impietate offendebatur, urbemque ideo & templum abominabatur, Romanorum exercitum induxit, ut tanquam per ignem expurgaret. Quin ſi Romani vel tantillum ejus excidium diſtuliſſent, procul dubio aut terræ hiatu abſorpti, aut novo diluvio merſi, aut incendio conſumpti fuiſſent. Hæc enim generatio, Sodomitica ipſa longe ſceleratior & flagitioſior erat.* Quod autem nomen erit Meſſiæ, tradit R. Haccadoſch Eſ. IX. *Quia Meſſias populum ſuum ſalvum faciet, vocabitur Ieſus, & quia* Deus *& homo, Emmanuël.* Et Gen. XLIX. *Gentes vocabunt illum*

illum Ieſu; & nomen hoc ex illis verbis יבא שילו ולו *elicere vult, ceu acroſtichis:* quæ conjunctæ faciunt nomen ישו, & Ψ. LXXI. יבן שמו ויתברכו. Et Ψ. XCV. : יעלז שדי וכל qui omnes loci manifeſte de Meſſia loquuntur. Theodoſius itaque Iudæus recte apud Suidam in voce Ἰησοῦς loquitur: „Erant „in templo Hieroſolymitano ſacerdotes ordinarii „duo & viginti: quorum aliquo ex vivis excedente, „cæteri alterum in ejus locum ſuffragio cooptabant. „Accidit igitur ut Ieſus propter ſingularem ipſius „pietatem & doctrinam ab eis eligeretur: & quia ex „more parentum nomina in acta referenda erant, „accerſi juſſerunt: verum quia Ioſeph paulo ante „obierat, Maria ſola acceſſit. Rogata igitur quod pa„tri Ieſu nomen, concepiſſe ſe ex Spiritu S. teſtificata „eſt, & verba Angeli ad ipſam, &c. Obſtetrices „quoque retulit quæ ex improviſo puerperæ adfue„rant; quibus accurate perquiſitis & comprobatis „nomen ipſius in ſacerdotum album relatum fuit „hiſce verbis: *Ieſus filius Dei vivi & Virginis Mariæ. Fuit autem liber ille ſervatus ex Hieroſolymitano excidio, indeque Tiberiade aſſervatus, ubi abſconſus latet. Et ego tanquam unus ex primoribus, quia, qua ſum apud noſtros authoritate, nihil me celatur, ſæpius vidi legique, ut credere jam poſſis, quod in Iudaiſmo hæream, non fieri per ignorantiam veri, ſed per eam dignitatem, quam apud noſtros obtineo, alias forte non ſim accepturus.* Ioſephus l. XVIII. τῆς ἀρχαιολογίας (ſi modo is locus genuinus eſt, & non ſuppoſititius(miracula Ieſu adeo miratur, ut Deumne an hominem dicere debeat plane ambigat. Et

Z hunc

hunc miracula facturum Iudæi tradunt; quæ etiam facta ſunt, ut R. Natronai dicit: *Chriſtus faciet miracula ſed dicent, ea eſſe a Magia & a ſpiritibus immundis.* Quia, ut R. Nehemias ait, iniquitas, & ſcelus multiplicabitur in immenſum, & mera pravitas, & hæreſis ibi regnabunt. Vti & R. Nahorai, *Vultus illius ſeculi impudentes ut canum.* R. Nehumia Ben-Hacuna, poſtquam miracula Ieſu recenſuit, *ego*, inquit, *ex iis unus ſum, qui crediderunt in eum & baptizatus fui, & ambulo in viis rectis.* R. Iohanan teſtatur in Thalm. Hieroſ. in tract. Avodazara, nepotem ex ſorore R. Ioſue, filii Levi, cum venenum hauſiſſet, adjuratum in nomine Ieſu, continuo ſanatum fuiſſe, nempe juxta ipſius ad ſuos verba, *ſi quid lethale biberint, nequaquam nocebit eis, &c.* Et R. Ioſe, Eleazarum filium Duma a ſerpente ictum, Iacobum diſcipulum Ieſu, in ejus nomine curare voluiſſe, ſed R. Samuëlem obſtitiſſe. Zachariæ textus c. IX. *Ecce tuus Rex veniet tibi juſtus, ſalvum faciens, & ſedens ſuper aſinum.* Rabbini de Meſſia dictum volunt; *Et hoc in Ieſu noſtro urbem Hieroſolymam ingrediente adimpletum legimus.* Hinc R. Hadarſan ad Gen. c. XLIX. *Cum Chriſtus veniet Hieroſolyma, ſubcinget aſinum, & ingredietur in paupertate, & humilitate*, ſicut dicitur Zach. IX. De paſſione autem pro noſtris peccatis totum caput Eſaiæ LIII. tractat. quod Ionathan Ben-Vziel declarat, & ad Meſſiam nominatim refert: *Vere languores noſtros tulit & dolores. &c.* vertit: *exaudietur a Deo pro delictis noſtris, & propter ipſum peccata condonabuntur nobis.* Et in hæc verba: *Abſconſio faciei ab eo, &c.*

Quaſi

Quaſi facies divinitatis ab eo remota fuiſſet, quod illum talem videremus, nec animadverteremus quis eſſet. Hinc R. Vla in Thalmud: *Veniat, ſed abſit ut videam:* nempe ob extremos cruciatus, quos Meſſiam ſciebat paſſurum. Vnde eum ad valvas Romæ ulcera ſolvere, & medicamentis lenire fingunt: & Album vocatum iri tradunt, id eſt, lepra & ulceribus coopertum, ut caput illud Eſaiæ clare & perſpicue docet. Tempus autem Paſſionis Chriſti a Daniele c. IX. verſ. 24. & 26. præſcribitur: *Hebdomadæ ſeptuaginta deciſæ ſunt ad finiendam prævaricationem, & ad conſumendum peccatum, & expiandam iniquitatem, & ad juſtitiam ſeculorum adducendam: quia usque ad Chriſtum ducem hebdomadæ decem, & hebdomadæ ſexaginta duæ, poſt quas exſcindetur Chriſtus, & non erit ei adjutor; & populus ducis venturi urbem illam & ſanctuarium diſſipabit.* Quippe poſuit animam ſuam pro peccato, & Ieſus eodem tempore crucifixus fuit. Circumſtantias autem Regius Vates Ψ. XXII. expreſſit: *Foderunt manus meas & pedes meos, diviſerunt veſtimenta ſibi ipſis, & ſuper veſtem meam projecerunt ſortem.* Hæc autem non de Davide, ſed de Ieſu noſtro, qui crucifixus fuit, intelligenda. Quod vero pro כרו, id eſt, foderunt, כארי, id eſt, ſicut Leo, legunt, minus recte fit. Sane Seniores non כארי ſed כרו legerunt, & tranſtulerunt ὤρυξαν χεῖρας. Et Chaldæus Paraphraſtes: *Perfoderunt, & perforarunt pedes meos, & manus meas ſicut Leo.* Et ipſi Maſorethæ dicunt, ſi legatur כארי ſenſum non fore integrum. Zachar. XII. *Effundam ſuper domum David,*

vid, & ſuper habitatores Hieruſalem ſpiritum gratiæ, & precum, & aſpicient ad me, quem confixerunt, plangentque juxta planctum, qui fit ſuper unigenitum. Qui effudit hunc Spiritum, Deus eſt: qui perforatur homo, uterque ſimul Chriſtus, Deus & homo. Hinc vero nonnulli Rabbinorum in tract. Sanhedrin dicunt Chriſtum non ſecus ac puerperam ſummos dolores perpeſſurum, ſicuti habetur apud Jerem. c. XXX. ſed quos libenter toleraturus ſit, ut homines a peccato liberet. Et R. Hadarſan in Gen. c. 1. Satanam Meſſiæ, ejusque *diſcipulis* adverſarium futurum. Et in l. Ruth. c. II. verſ. XIV. *Intinge buccellam tuam in acetum.* Hic eſt, *inquit*, panis Regis Meſſiæ, qui frangetur pro peccatis, & magnos cruciatus patietur, ut ab Eſaia prædictum eſt. Et Rabbi Haccadoſch: *Meſſias morte ſua animas ab inferno liberaturus eſt.* Quin & quod Eſaias dicebat: *in livore ejus ſanati ſumus*, antiqui Cabbaliſtæ de Meſſia exponunt, & angelos illis detexiſſe, peccatum in ligno expiatum iri. R. Simeon Ben-Iohai exclamat: *Væ hominibus Iſraëlis, quia Chriſtum interficient: Deus mittet filium ſuum carne humana indutum, ut eos abluat, ſed ipſum occident.* R. quoque Iuda in l. de Spec. *poſt diuturnam*, inquit, *meditationem Deus revelavit Ieremiæ nomen duodecim literarum, ſcriptumque tradidit hoc modo:* יהוה אלהים אמת, *æternus Deus eſt veritas. Sed ultimæ vocis primam literam expunxit, ut ſupereſſet* יהוה אלהים מת, id eſt, *æternus Deus mortuus eſt.* Hinc R. Ioſue Ben-Levi ſcripſit, Iſraëlem, quia nomen hoc non cognoſceret, non exaudiri in mundo,

do, id eſt, quia non orarent per mediatorem Chriſtum, qui mortuus eſt pro nobis. Paſſus & mortuus tandem reſurrexit. Pſ. XVI. *non permittes miſericordem tuum videre corruptionem.* Tertia die reſurrexit. Oſ. VI. vivificabit nos poſt biduum, die tertia ſuſcitabit nos, & vivemus in conſpectu ejus. Aſcendit in cœlum ſeſſurus ad dexteram patris Dei. Ψ. CX. dixit *Iehova Domino meo, ſede ad dextram meam, &c.* Hi loci ad Meſſiam referuntur a Rab. Moſe Hadarſan in Gen. cap. XXII. a R. Iſaaco in Gen. R. Haccadoſch, & R. Ionathan Ben-Vziel. Hinc vera religio de Chriſto originem ſumpſit, & verbum ejus exiit in ultimos usque terrarum cardines, Ierem. xxxi. verſ. 31. Dan. ix. v. 26. Malach. I. verſ. 11. Mich. c. iv. R. Salomon Iarchi hunc locum ſic exponit: Magnificabitur eo tempore dominus in Hieruſalem majori ſigno, quam in Sinai, Carmel Et Thabor. Et R. Abeneſra: *Mons iſte Meſſias ipſe eſt, qui altiſſime extolletur in medio Gentium.* De Vocatione autem Gentium exſtat in Thalmud in Tract. Sanhedrin in c. Heles parabola, fore ut & equus ad bovis claudicantis præſepe collocetur. Quam R. Iacob & R. Salomon exponentes, Deum ajunt, Iudæis legem deſerentibus Ethnicos ſubſtituturum. Nec vero etiamſi Iudæi ad meliorem frugem redeant, Ethnicos idcirco abacturum aut repulſurum. R. Moſes Ben-Maiemon in Deuteron. XVII. Ne inducas in mentem, curſum mundi, adveniente Meſſia, ulla in parte immutatum iri: imo quando legis apud Eſaiam: *Habitabit lupus cum agno,* memento ejus quod apud Ieremiam, *Lupus*

 deſer-

deſerta incolens, vaſtabit eos; pardus vigilabit ſuper civitates eorum, ut egredientes rapiat. Sed hæc dicuntur, quia Iudæi & gentes convertuntur ad veram doctrinam, nec ſibi mutuo nocebunt amplius, ſed in eodem præſepi paleam comedent: ſicuti eodem loco Eſaias dixit. Quo ſenſu exponi debent omnes loquendi formulæ ejus generis, quæ ad tempus Chriſti pertinent: parabolice quippe & figurate. R. vero Haccadoſch: *Meſſias*, inquit, *per ſuam ipſius mortem ſtirpem Adami ſalvam faciet, & animum ab inferno liberabit, quo nomine Ieſus vocabitur, hoc eſt, Salvator.* Nec minus apud Gentes lucida de Chriſto teſtimonia extant. Baalam equidem Gentium Propheta de Chriſto aperte vaticinatur; & multi antiquorum in Oriente viventes, & Iob Idumæus de Redemptore diſſerit, c. XIX. verſ. 25. ut Origenes Hom. XIII. in Geneſ. Chryſoſtom. Hom. II. in Matth. teſtantur. Virginis ſacroſanctæ Mariæ puerperium, Propheticum carmen, Sibyllinæ voces, Ethnica oracula tam manifeſto prædixerunt eventu, ut in divino & incredibili pene myſterio, cujus ne humana quidem mens ſit capax, nihil ſit eorum, quæ fide continentur, cui liberius accedat, humana pietas, Sabell. l. I. En. v. 11. Quod Chriſtus Dei filius futurus eſſet, Sibylla hoc verſu reliquit:

Αὐτὸν σὸν γίνωσκε θεὸν, θεοῦ υἱὸν ἐόντα.

Ipſe tuum agnoſce Deum, Dei filium exiſtentem.

Quod vero homo, ipſe Apollo veritate coactus, quos verſus ſuperius habes. Sibylla autem miracula ejus etiam verſibus comprehendit, quod mortui juſſu ipſius,

ipſius reſurrecturi, claudi ambulaturi, muti loquuturi, cæci viſuri eſſent, uti hæc teſtantur Carmina:

- - νεκρῶν δὲ ἀνάστασις ἔσαι,
Καὶ χωλῶν δρόμος ἔσ' ὠκὺς, καὶ κωφὸς ἀκούσει,
Καὶ τυφλοὶ βλέψουσι, λαλήσουσ' οὐ λαλέοντες.

- - Mortuorum vero reſurrectio erit,
Et claudorum curſus celer, & ſurdus audiet,
Et cæci videbunt, loquentur vero muti.

Quod quinque panibus & piſciculis minutis millia multa hominum ſatiaturus eſſet, notum fecit:

Εἰν ἄρτοις ἅμα πέντε, καὶ ἰχθύεσσι δοιοῖσιν
Ἀνδρῶν χιλιάδας ἐν ἐρήμῳ πέντε κορέσσει,
Καὶ τὰ περισσεύοντα λαβὼν μετὰ κλάσματα πάντα,
Δώδεκα πληρώσει κοφίνους εἰς ἐλπίδα πολλῶν.

Cum panibus quinque, & piſciculis minutis
Hominum millia in deſerto quinque ſatiabit,
Et relicta accipiens fragmenta omnia,
Duodecim implebit ſportas in ſpem multorum.

Quod ſuper mare ambulaturus hiſce:

Τοὺς ἀνέμους παύσειε λόγῳ, στρώσει δὲ θάλασσαν
Μαινομένην, ποσὶν εἰρήνης πίστῃ τε πατάσας.

Ventos comprimet voce, ſiſtetque mare
Furens, pedibus pacis fidéque ambulans.

Vti & hiſce:

Κύματα πεζεύσει, νόσον ἀνθρώπων ἀπολύσει,
Ζήσει τεθνηκῶτας, ἀπώσεται ἄλγεα πολλοῖς,
Ἐκ δὲ μιᾶς πηγῆς ἄρτου κόρος ἔσσεται ἀνδρῶν.

Tempeſtates cohibebit, morbum hominum ſolvet,
Vivificabit mortuos, abigens dolores multis,
Ex uno vero fonte panis hominum ſaturabit tumultus.

De paſſione vero, & miſerabili ipſius forma hunc edidit verſum:

Οἰκτρὸς, ἄτυφος, ἄμορφος ἐν οἰκτροῖς ἐλπίδα δώσει.

Miſerabilis, ſimplex, ſine forma in doloribus ſpem dabit.

Colaphis excipient, & ſpinis coronabunt Salvatorem Gentes:

Καὶ κολαφιζόμενος σιγήσει, μήτις ἐπιγνῷ
Τὶς λόγος, ἢ πόθεν ἦλθεν, ἵνα φθιμένοισι λαλήσει,
Καὶ στέφανον φορέσει τὸν ἀκάνθινον.

Et colaphis exceptus ſilebit, neque exibit
Sermo, neque unde veniet, ut interfectoribus loqueretur,
Et coronam accipiet ex ſpinis.

Quod vero manus & pedes clavis transfixuri, & ſannis excepturi eſſent, hiſce teſtatur:

Εἰς ἀνόμων χεῖρας καὶ ἀπίστων ὕστερον ἥξει,
Δώσουσι δὲ θεῷ ῥαπίσματα χερσὶν ἀνάγνοις,
Καὶ στόμασιν μιαροῖσι τὰ πτύσματα φαρμακόεντα.
Δώσει δ᾽ εἰς μάστιγας ἁπλῶς ἁγνὸν τότε νῶτον.

In exlegum manus & infidelium ultimum veniet,

Da-

Dabunt vero Deo colaphos manibus impuris,
Et ore pravo convitia evoment veſana,
Dabit vero ad flagellandum purum dorſum.

De medicata potione hæc adducit:

Εἰς δὲ τὸ βρῶμα χολὴν, κ᾽ εἰς δίψαν ὄξ@ ἔδωκαν,
Τῆς ἀφιλοξενίης ταύτην δείξουσι τράπεζαν.

Et in potum fel, & in ſitim acetum dederunt,
Inhoſpitalitatis hanc exhibentes menſam.

Vti & hæc habet:

Αὐτὴ γὰρ σὺ ἄφρων τὸν σὸν Θεὸν ἐκ ἀνοήσας,
Παίζοντι ἐν θνητοῖσι νοήμασιν, ἀλλὰ κ᾽ ἀκάνθαις
Ἔστεψας στεφάνῳ, φοβερὴν τε χολὴν ἐκέρασσας.

Ipſa enim tu inſipiens tuum Deum non agnoſcis,
Sed joco excipis inter homines degentem, ſpinis vero
Coronatur, turbidumque fel bibit.

De Lege ab ipſo implenda hæc proloquuta eſt:

Α᾽λλ᾽ ὅτε ταῦτ᾽ ἂν ἅπαντα τελειωθῇ, ἅπερ εἶπον,
Εἰς αὐτὸν πᾶς λύσεται νόμ@.

Sed tunc omnia hæc perfecta ſunt, poſtquam dicet,
Per ipſum omnis lex ſoluta eſt.

Solem ipſo moriente lumen amiſſurum, teſtificata eſt hiſce:

Ναῦ δὲ σχισθήσεται πέτασμα, καὶ ἤματι μέσσῳ
Νὺξ ἔσαι σκοτίεσσα, πελώρι@ ἐν τρισὶν ὥραις.

Templi vero ſcindetur auleum, & in medio die

Nox erit nigra, miranda per tres horas.

De reſurrectione vero a mortuis hos verſus protulit:

> Καὶ θανάτου μοῖραν τελέσει τρίτον ἦμαρ
> ὕπνωσας
> Καὶ τότε, ἀποφθιμένων, ἀναδείξας εἰς φάος
> ἥξει,
> Πρῶτος ἀναστάσεως κλητοῖς ἀρχὴν ὑποδείξας.
> *Et mortis fatum perficiet ad tertium diem*
> *dormiens,*
> *Et tunc, reſurgens, in lucem interfectoribus*
> *apparebit,*
> *Primus reſurrectionis principium beatis*
> *monſtrans.*

Pulcerrimum vero Sibyllæ Acroſtichon l. VIII. Oracul. & apud Euſeb. in Hiſt. Eccleſ. reperies, cujus & Cicero meminit, capitales literas Regis cujusdam magni continentes. Hermes etiam Trismegiſtus obſcuris verbis eadem innuit: Καὶ τὸ αὐτὸ ἐξ ἀμφοτέρων φύσεων τῆς δὲ ἀθανάτου καὶ τῆς θνητῆς μίαν ἐποίει φύσιν ἀνθρώπου, τὸν αὐτὸν πῆ μὲν ἀθάνατον, πῆ δὲ θνητὸν ποιήσας, καὶ τοῦτον φέρων ἐν μέσῳ θείας καὶ ἀθανάτου φύσεως, καὶ τῆς θνητῆς, καὶ μεταβλητοῦ καλεστήσατο, ἵνα ὁρῶν ἅπαντα καὶ θαυμάσῃ, id eſt, *Et hoc ipſum ex ambabus naturis immortali & mortali unam fecit naturam hominis, ipſum aliquatenus quidem immortalem, aliquatenus vero mortalem faciens, & hunc ponens in medio divinæ & immortalis naturæ, & mortalis, & mutabilis conſtituit, tanquam terminorum ultimum, quem omnes*

omnes admirarentur. Et Cicero l. II. de divination. *Obſervemus libros Sibyllinos; vocandus eſt nobis Rex aliquis, ſi modo ſalvi eſſe volumus. Namque in carminibus Sibyllinis legebatur, quam primum Romani Regem Ægypti reduxiſſent, Dominum Orbis proditurum.* Quod & factum fuit: nam Ptolomæo a Gabinio reducto confeſtim naſcitur Ieſus. Hinc Virgilius Sibyllina oracula pervertit, & Palonim accommodans, nihilominus veritatem ſcripſit:

Vltima Cumæi venit jam carminis ætas,
Magnus ab integro ſeclorum naſcitur ordo.
Iam redit & virgo, redeunt Saturnia regna:
Iam nova progenies cœlo demittitur alto.

Item:

Clara Deûm ſoboles, magnum Iovis incrementum.

Quorum verſuum lectione multi ethnicorum facti ſunt Chriſtiani. Et Cic. l. III. pe Rep. ſic ſcribit; de Chriſto alias leges allaturo: *Eſt quidem vera lex, recta ratio, naturæ congruens, diffuſa in omnes, conſtans, ſempiterna, quæ vocet ad officium jubendo, vetando, a fraude deterreat, quæ tamen neque probos fruſtra jubet aut vetat; nec improbos vetando aut jubendo movet. Huic legi nec obrogari fas eſt, neque derogari ex hac aliquid licet, neque tota abrogari poteſt. Nec vero aut per Senatum aut per populum ſolvi hac lege poſſumus, neque quærendus explanator aut interpres ejus alius: nec erit alia lex Romæ, alia Athenis, alia nunc, alia poſthac: ſed & apud omnes gentes & omni tempore una lex & ſempiterna, & immutabilis obtinebit, unusque erit communis quaſi*

Ma-

Magiſter & Imperator omnium Deus, *Ille legis hujus inventor, diſceptator, lator, cui qui non parebit, ipſe ſe fugiet, ac naturam hominis aſpernatus, hoc ipſo luet maximas pœnas, etiamſi cætera ſupplicia quæ putantur, effugerit.* Calpurnius, quamvis ſuo ſeculo accommodet, & ad ſe trahat, tamen naſcentis Chriſti cunas Ecl. I. celebrat:

Aurea ſecura cum pace renaſcitur ætas,
Et redit ad terras tandem ſquallore, ſituque
Alma Themis poſito, juvenemque beata ſequuntur
Secula, maternis cauſam qui luſit in ulnis.
Dum populos Deus ipſe reget, dabit impia vinctas
Poſt tergum Bellona manus, ſpoliataque telis
In ſua veſanos torquebit viſcera morſus,
Et, modo quæ toto civilia diſtulit orbe,
Secum bella geret, nullos jam Roma Philippos
Deflebit, nullos ducet captiva triumphos,
Omnia Tartareo ſubigentur carcere bella,
Immergentque caput, tenebris, lucemque timebunt.
Candida pax aderit, nec ſolum candida vultu,
Qualis ſæpe fuit, quæ libera Marte profuſo,
Quæ domito procul hoſte, tamen graſſantibus armis
Publica diffudit tacito diſcordia ferro.
Omne procul vitium ſimulatæ cedere pacis
Juſſit, & inſanos dementia condidit enſes.

Item:

- - Sed Legibus omne reductis
Ius aderit, moremque fori, vultumque priorem
Reddit, & afflictis melior Deus auferet ævum,

Ex-

Exſultet, quæcunque Notum gens ima jacentem,
Erectumque colit Boream: quæcunque vel ortu,
Vel patet occaſu, medio ve ſub æthere ſervit.

Sane ſub adventum Chriſti ubique oracula * exaruere, ut paſſim ejus ævi ſcriptores tradunt. Et ipſe Apollo confitetur, dum valedicit loco ſuo, ubi tamdiu vixerat:

Οἳ οἴ μοι τρίποδες στοναχήσετε, οἴχετ' ἀπόλλων,
Οἴχετ', ἐπεὶ φλογόεν με βιάζεται οὐράνιον φῶς,
Ἦν ζεὺς, ἐστί τε νῦν, καὶ ἔσσεται, ὦ μεγάλε ἰζεῦ,
Οἳ οἴ μοι, χρησμῶν ὑπολείπεται ἠριγένεια.

Hei

* Confer *Steph. Morini* Diſſ. de Oraculis, & cur deſierunt in Diſſertationibus VIII. varii argumenti p. 336. ſqq. & B. *Moebii* Diſſert. de prodigiis, quæ nativitatem Chriſti annunciarunt, Sect. I. §. 12. ubi veterum habes loca de eo, quod nato Chriſto Appollinis oraculum nominis ſui vim amiſerit, & tacuerit Contra hæc habere ſibi viſus eſt *Ant. van Dalen*, quæ opponeret in Diſſert. II. de Oraculis, conſentientem nactus *Jo. Clericum* Tom. III. Bibl. Select. p. 120. & Tom. XIII. p. 273. ubi auctor *Reſponſionis ad Hiſtoriam Oraculorum*, Part. III. ſtatuere idem narratur. Adde *Bynaeum* lib. II. de nat. Chriſti c. 3. p. 527. *Petr. Molinaeum* de Vate III. c. II. *Thomam Brownum* de pſeudodox. Epidemica lib. VII. cap. 12. *Borremanſium* in dial. de poetis & proph. p. 102. & *Jonam Dryſenium* de ortu & defectu Oraculorum Ethnicorum. Upſal. 1720. 8.

*Hei mihi, Tripodes * congemiſcite, abiit Apollo,*
Abiit, quia flammeum me cogit cœleſte lumen,
Erat Iupiter, & nunc eſt, & erit, magne Iupiter,
Hei mihi, Oraculorum deficit me claritas.

Et illud ſatis notum eſt:

Πυθῶνος δ' οὐκ ἔστιν ἀναῤῥῶσαι λάλον ὀμφήν,
Ἤδη γὰρ δολιχοῖσιν ἀμαυρωθεῖσα χρόνοισιν,
Βέβληται κληῖδας ἀμαντεύτοιο σιωπῆς,
Ῥέξατε δ', ὡς ἔθος ἐστὶ, θεόπρεπα θύματα Φοίβῳ.

Non poteſt fieri, ut convaleſcat vox Pythia,
Iam enim longis temporibus emarcuit,
Conjecta in claves ſilentii non vaticinantis,
Facite vero, ut mos eſt, ſacrificia Phœbo, qualia Deo conveniunt.

Auguſtus inſuper erecta Ara *Primogenito Dei filio* teſtificatur hunc eſſe colendum. Hinc Porphyrius cauſam taciturnitatis explicat: non mirum quod urbes peſte vexentur, cum Æſculapius & Dii ab iis procul abſint; nam ex quo Ieſus colitur, nihil jam utilitatis a DIIS (potius Dæmonibus) conſe-qui-

* De figura tripodum *Spanhemius* ad *Callimach.* p. 390. & de Uſu Numiſm. p. 197. *Lomeierus* in Epimenide p. 207. Dn. *de Dairval* P. I. libri de utilitate ex peregrinationibus capienda, *Sponius* in Miſcellan. p. 119. *Th. Lydiat* not. Chron. marmor. f. 208. & *Jo. Carol. Schottus* in explicatione Apoth. Homer. Gallice edita p. 67. Tripodum quoque frequens eſt appoſitis figuris mentio in numis, uti videre licet apud *Begerum* in theſauro Brandenb. Tom. III. p. 381. & *Gravium* T. V. Antiq. Rom. p. 317.

quimur. Notanda ſunt Tertulliani verba in Apologet. quibus dæmonia exagitat, eorumque vanam iram ſpernit: *Edatur hic aliquis ſub tribunalibus veſtris quem Dæmone agi conſtet: juſſus a quolibet Chriſtiano loqui Spiritus ille, tam ſe dæmonem confitebitur de vero, quam alibi Deum de falſo. Æque producatur aliquis ex iis, qui de Deo pati exiſtimantur: qui aëris maleficum numen nidore concipiunt, qui nictando curantur, qui anhelando profantur: iſta ipſa vis cæleſtis, pluviarum pollicitatrix, niſi ſe dæmonem eſſe confeſſus fuerit, Chriſtiano mentiri non audens, ibidem illius Chriſtiani procaciſſimi ſanguinem fundite. Nemo ad ſuum dedecus mentitur, quin potius ad honorem. Non dicent Chriſtum Magum, non communis conditionis, non e ſepulcro ſurreptum: ſed Dei virtutem, ſapientiam, ſermonem in cœlis eſſe, inde ad judicium venturum. Nec vero ſe negabunt coram nobis immundos ſpiritus ob malitiam prædamnatos, judicium ejus horribile expectantes, nimirum Chriſtum timentes in* Deo, *& Deum in Chriſto, ſubjiciuntur ſervis Dei, & Chriſti, &c.* Dicamus igitur, cum Ph. Mornæo c. XXXII. de Chriſt. Relig. Jeſus haud dubie Deus, Dei filius eſt, ſicut loquutus eſt nobis, eumque idcirco nos audire, auſcultare, ſequi, colere, ut Deum ipſum debemus; Deum, inquam, & hominem, Mediatorem unicum generis humani, mortuum pro peccatis noſtris, & propter juſtificationem noſtram ſuſcitatum ex mortuis. Cui ſit laus, honor & gloria in ſecula ſeculorum. AMEN.

ELIÆ

ELIÆ SCHEDII
DE
DIIS GERMANIS
SYNGRAMMA SECVNDVM.

Cap. I.

De Sacerdotibus. *Qui varii apud varias Gentes. Druydæ apud Celtas. Officium. Cæſar corrigendus. Franconibus Druydæ. Scythis Philoſophi. Tarabosteſci. Magi apud Septentrionales. Oratoriæ ſtudioſi. Britannis etiam ſui Druydæ.*

HActenus religionem vidimus: ſupereſt ut jam de adminiſtratione illius diſpiciamus. Et quidem dicendi ſunt ſacerdotes, qui eandem vel explicant, vel conſervant. Magna enim Theologorum in ordine literatorum dignitas, magnum eorum munus. Ergo jam inde a primo hominum ortu inventi ſunt, qui non modo res ſacras curarent, ſed etiam in contemplando maxime converſarentur. Nam apud Perſas primum Magos * eorum

* De Magis Philoſophis legendi ſunt *Jac. Ouzelius* in Not.

rum ſapientes claruiſſe dicunt; apud Babylonios & Aſſyrios Chaldæos; apud Indos Gymnoſophiſtas, quorum ſectæ princeps, teſte D. Hieronymo contra Iovinianum, Buddus nuncupabatur, apud Britannos & Celtas ſeu Gallos Druydes, apud Phœnices Ochum, apud Thraces Zamolxin & Orpheum; apud Libycos Atlantem: quos omnes, authore Laërtio, pro Sapientibus habuere, ut Polyd. Virg. l. I. c. XVI. de Inv. Rer. teſtatur. Et hi Druydæ apud Germanos priſcos ſeu Celtas in ſummo honore, utpote Sacerdotes habiti. * Namque in

A a omni

Not. ad *Minut.* p. 245. *Menagius ad Diog. Laert.* p. 3. *Briſſonius* de regno Perſarum L. II. p. 382. ſqq. *Guſtavus Peringerus* in Diſſ. de Magis Perſarum, Upſal. 1694. 8. *Borremanſius* in Veſperis Gorinchemenſibus c. 3. p. 57. ſq. *Corn. Adami* in Obſervat. Theologico-Philolog. p. 77. ſeqq. & præſertim *Hydeus* in Hiſt. Relig. Vet. Perſarum, eorumque Magorum, qui liber Oxon. 1700. 4. editus licet magna eruditione ſit conſcriptus, eſt tamen cum judicio legendus, quoniam nimio erga Magos amore ductus, eos non fuiſſe falſorum Deorum cultores, ſed ſolum verum Deum religioſo cultu veneratos eſſe ſtudet lectori perſuadere. Compara, quos de Magis & eorum nomine allegant *Cl. von Seelen* in Not. ad *Burtoni* Lipſana Linguæ Perſ. p. 42. ſqq. & Rev. *VVolfius* in Curis Philolog. p. 26. ſeq.

* De Druidibus, eorum Philoſophia, moribus & inſtitutis legi merentur generatim *Jean le Fevre* les Fleurs, & Antiquitez des Gaules, où il eſt traité des anciens Philoſophes Gaulois, appellez Druides. Pariſ. 1532. 8. P. F. *Noël Talepied* Hiſtoire de l'etat & Republique des Druides, Eubages, Saronides, Bardes, Vacies, anciens Francois &c. Pariſ. 1585. 8. *Sebaſt. Rouliard* in libro: Parthenie ou Hiſtoire de la trés auguſte & tres

omni Gallia, ut Cæſ. l. VI. comm. bell. Gall. ſcribit, *eorum hominum, qui aliquo ſunt numero atque honore, duo genera ſunt. Nam plebs pene ſervorum habetur loco, quæ nihil audet per ſe, nulli adhibetur conſilio. Plerique cum aut ære alieno, aut magnitudine tributorum, aut injuria potentiorum premuntur, ſeſe in ſervitutem dedunt nobilibus. In hos eadem omnia ſunt jura, quæ dominis in ſervos. Sed de his duobus generibus alterum eſt Druydum, alterum nobilium, ſeu Equitum. Illi rebus*

& tres devote Egliſe de Chartres dedié par les vieux Druides en l'honneur de la vierge qui enfanteroit &c. Pariſ. 1609. 8. M. J. *Guenebauld* in opuſculo, cui Titulus: Le Reveil de l'Antique Tombeau de Chyndonax, Prince des Vacies, Druides, Celtiques Diionnois &c. imprimé 1623. 4. *Th. Smithus* Syntagm. de Druidum moribus ac inſtitutis Lond. 1644. 8. *Jan. Cecil. Frey* Philoſophia Druidum Pariſ. 1646. 8. *Jeſ. Puffendorfius* Diſſ. de Druidibus. Lipſ. 1650. 4. *Edm. Dickinſon* de Druidum origine, cum ejus Delphis Phoenicizant. edita Oxon. 1655. 8. *Petr. Leſcaloperius* Theologia veterum Gallorum, quæ cum Commentario ejus luculento in libb. Ciceronis de N. D. Pariſ. 1660. in fol. edita eſt. C. S. *Schurtzfleiſchius* Diſſ. de Veterum Druidum Inſtitutis. Witteb. 1697. 4. & *Petr. Langerloſius* Diatrib. de Druidis *Holm.* 1689. 4. Breviter ſtrictimque de iisdem expoſuerunt Intt. ad *Jul. Cæſ.* L. VI. de B. Gall. *Jonas Arngrimus* de rebus Islandicis. *Ægidius Bucherius* L. V. Cap. 4. 5. 6. Belgii Romani. *Goſſelinus* P. I. Hiſt. Vet. Gallorum. *Vinandus Pighius* in Hercule Prodicio. *Petr. Pithæus* Adverſar. ſucciſiv. L. I. c. 3. & L. II. c. 6. *Jo. Schefferus* in Upſal. c. 5. *Seldenus* Analect. Anglo-Britann. L. 4. *Torfæus* in Hiſt. Norwegiæ & *Caſp. Sagittarius* de Janui. veterum, p. 5.

bus divinis interſunt, ſacrificia publica ac privata procurant, religiones interpretantur. Strabo l. IV. Geogr. *Apud tres omnes paſſim nationes eximio in honore ſunt Bardi, Vaties & Druydæ. Druydæ præter cauſarum naturalium ſtudia moralem diſciplinam exercent.* Diodor. Siculus l. V. Bibl. *Philoſophi apud eos ſunt & Theologi, Druydas ipſi vocant, quos eximio honore dignantur.* Lucan. l. I. Pharſ.

Et vos barbaricos ritus, moremque ſiniſtrum
Sacrorum Druydæ poſitis repetiſtis ab armis.

Hos autem etiam apud Germanos fuiſſe certe ſtatuimus, minime obſtante Cæſare, qui l. VI. Com. bell. Gall. ſcribit, *Germanos neque Druydas habere, qui rebus divinis præſint, neque ſacrificiis ſtudere.* Quod contra cæterorum fidem tradit. Tacitus ſiquidem aperte huic reclamat, & res ipſa teſtatur, ſacerdotes apud hos fuiſſe, & ſacrificia adminiſtrata. Sic enim ille in l. de mor. Germ. *Si publicum conſulatur, ſacerdos civitatis precatur Deos.* Ibid. *Silentium per Sacerdotes imperatur.* Ibid. *attingere uni Sacerdoti conceſſum.* Paulo poſt: *Donec idem Sacerdos templo reddat.* l. 1. Ann. *lucis propinquis barbaræ aræ apud quas tribunos, ac primorum ordinum centuriones mactaverant.* Et Diod. Siculus lib. V. Bibl. tradit; omnes illos ad Scythiam usque diffuſos, & ad Oceanum, Hercyniumque montem ſitos Gallos vocitari: At Romanos gentes haſce univerſas una Gallorum appellatione comprehendere. Iam ſi Hercynii incolæ & usque ad Scythiam incolentes Galli vocitentur, utique & Druydæ ipſi-

tanquam Gallis ſunt. At loca hæc ipſiſſimi incolebant Germani, ut ſuperioribus monſtratum eſt, & res ipſa clamat. Sane pulcerrime nobiſcum convenit Tertullianus in l. quem de Anima ſcripſit: *aut ſi privilegium Philoſophorum eſt*, inquit, *& utique Græcorum; quaſi non & Scythæ & Indi philoſophentur*. Et hos Philoſophos alio quidam nomine Taraboſteſcos, item Pileatos olim appellabant, e quibus Sacerdotes, ac Reges, Ægyptiorum more creare conſueverant, Joh. Magn. l. I. c. XXXIII. Cranz. l. II. Succ. c. LV. Bonfin. l. II. Dec. I. & Saxo Gram. l. I. triplex quondam Mathematicorum genus inauditi generis miracula diverſis exercuere præſtigiis apud Septentrionales. Horum primi fuere monſtroſi generis viri, quos Gigantes antiquitas nominavit, humanæ magnitudinis habitum eximia corporum granditate vincentes. Secundi Magi poſt hos primam phyſiculandi artem obtinentes, artem poſſedere Pythonicam; qui quantum ſuperioribus habitu ceſſere corporeo; tantum vivaci mentis ingenio præſtiterunt. Hos inter Gigantesque de rerum ſumma bellis certabatur continuis, quoad Magi victores, ſibi non ſolum regnandi jus, verum etiam divinitatis opinionem conſcivere. Horum utrique per ſummam ludificandorum oculorum peritiam, proprios alienosque vultus, variis rerum imaginibus adumbrare callebant, illicibusque formis veros obſcurare conſpectus. Tertii vero generis Dei dicti; ex alterna ſuperiorum copula pullulantes, auctorum ſuorum naturæ, nec corporum magnitudine, nec artium

tum exercitio reſponderunt. His tamen apud deluſas præſtigiis barbarorum mentes divinitatis acceſſit opinio. Et Olaus l. I. c. I. & l. III. c. X. Bothnici Septentrionales, Lappi & Finnones, Magi excellentiſſimi, Biarmi itidem, qui ſub polo habitant, quamcunque volunt figuram, aſſumunt, item quæ in alio gerantur orbe, ab amicis vel inimicis, lineæ veſtis aut arcus precio dato explorant. De cæteris vero Galliæ donis hæc M. Cato in Origin. l. II. *Plerumque Gallia duas res induſtrioſiſſime perſequitur, rem militarem, & argute loqui.* B. Hieronymus ad Ruſtic. *Studia Galliarum, quæ vel florentiſſima ſunt.* Adverſ. Vigilantium: *ſola Gallia monſtra non habuit, ſed & viris ſemper fortiſſimis & eloquentiſſimis abundavit.* Et hæc eloquentiæ fama a labore Druydum proficiſcebatur; qui apud Gallos & Germanos in ſumma exiſtimatione fuerunt, ut Aventin. l. I. Ann. Boj. teſtatur. Sed & apud Britannos Druydæ fuere, ut Cæſar l. VI. Com. bell. Gall. & Tac. l. XIV. Ann. memoriæ prodiderunt.

Cap. II.

De Origine Druydarum *variant authores. Ducerglii alliis, Hiſpanis Turduli, quidam a Rege Druyde. Verior ſententia. Joh. Metellus corrigendus. Cauſa. Madyes Scytharum Rex Aſiam depopulatur. Ineptum in bello philoſophari.*

DE origine autem Druydarum maxime variant authores. Cæſ. lib. VI. comm. bell. Gall. diſci-

ſciplinam Druydarum in Britannia repertam, atque inde in Galliam translatam eſſe exiſtimat. Et nunc qui diligentius eam rem cognoſcere velint, plerumque illo diſcendi cauſa proficiſcuntur. Hinc H. Boëthius l. II. a Fynnano Rege Scotorum primum inſtitutos tradit, & Durcerglios dictos, ſacrorum præſides & interpretes. Qui apud Hiſpanos Turduli, & vel Turditani vocantur. Hiſpani quippe a Celtis originem traxerunt, & una religionem eorum hauſerunt: hinc Celtiberi dicti, a commiſtione gentis Celtarum & Iberorum, ut Diodor. Sic. l. V. Bibl. tradit. Turduli enim hi leges ſcriptas magna temporis vetuſtate habebant; ideoque apud Hiſpanos, antequam auri, argentique venæ reperirentur, & bella ſunt Hiſpanica geſta, & multi philoſophati, & populi ſanctisſimis moribus vixere ſecuri, quietique. Singuli populi a magiſtratu annuo regebantur, viris præſtantiſſimis eruditione & probitate: æquo & bono tranſigebantur res; lites controverſiæque inter cives nullæ, & tamen ſi quæ erant, de æmulatione virtutis erant; de natura Deorum, de ratione naturæ, de moribus probis, eruditi homines ſtatis diebus publice diſſerebant. Ludov. Vives in l. VIII. Auguſt. de C. D. Aventinus contra l. 1. Annal. Bojor. tradit, ab authore Druyde inſtitutos eſſe, qui quartus a Samothe, & eos inſtituiſſe, creditur. Sed potius arbitror inſtitutos fuiſſe a Tuyſcone. Namque hic pariter divinæ quam humanæ ſapientiæ gnarus, ſine juſtitia atque religionis metu rempublicam neque coaleſcere, neque licentiam hominum contineri poſſe providens, una

una cum religione etiam Sacerdotes inſtituit, Philoſophiamque cum Theologia illis excolendam tradidit. Quamvis Joannes Metellus reclamet, qui de Cabala loquens, ſic ſcribit: *Cabala nihil aliud eſt, quam vera philoſophiæ diſciplina. Admodum enim artificioſe per ſymbola quædam, terrenis rebus omnibus poſthabitis, ſemotaque rerum materia, formam docet e forma decerpere, quo usque ad primam uniformem, quam dicunt & informem materiam perventum deſcenſumque ſit. Itaque quæcunque vel ex Perſis Magi, ex Babyloniis & Aſſyriis Chaldæi, vel ex Indis Gymnoſophiſtæ, & e Gallis Druydæ, & qui Semnothæi dicuntur, invenerunt; ea ipſi a Judæis (nam primi omnium Philoſophi fuerunt, & Ægyptus Judæos Prophetas habuit) accepere. Pythagoras autem & Plato mutato Cabalæ in Philoſophiam nomine ab illis, non a Græcis vel Romanis accepta, Græce ſuis hominibus expoſuerunt.* Hæc ille. Sed unde Germani a Judæis acceperunt? Neutiquam coloniarum deductione, multo minus commerciorum uſu. Quippe Judæi nunquam illis temporibus Germanis cogniti fuerunt; cum neutra gens commerciorum gratia hinc inde commearet. Et Judæi Romanis primis, antequam federis feriendi cauſa legati miſſi ſunt Romam, incogniti fuerunt. Forſitan autem eo fundamento nititur, quod Germani ſeu Scythæ hanc Philoſophiam hauſerint, cum Madyes Scytharum Rex, teſte Herodoto in l. qui inſcribitur Clio, totam Mediam & Perſiam cum Palæſtina usque in Ægyptum depopulatus fuit, quod & Iuſtin. l. II. ſcribit. Sed nunquam

adducor, ut credam viginti illis annis, Scythas, cum belligerarent in Aſia ſimul Philoſophiæ operam dediſſe.

Non bene conveniunt, nec in una ſede morantur
Candida Clio, & atrox horrendi inſania Martis.

Et notum eſt, quid Muſonio Rufo, equeſtris ordinis viro, ſtudium Philoſophiæ, & placita Stoicorum æmulanti contigerit, cum bona pacis & belli inter armatos explicaret, ut Ludov. Vives lib. II. de Concordia & Diſcord. ex Tacit. refert. Sed potius Tuyſconem credo hos inſtituiſſe, a quo tota Germania originem tam religionis, quam Politiæ, & proſapiæ hauſit: a quo tot populi, tot Reges, tot Principes, tot Cæſares originem duxere.

Cap. III.

Analogia *varia. A quercubus. A Trutti. A voce* דרש. *Græci poſt Druydas Philoſophati.*

VTi inſtitutionis origo varia, ſic & maxime nomen variat. * Plin. l. XVI. nat. hiſt. originem

* Varia auctorum de nomine Druidum inter ſe diſſidentium judicia vide apud Rev. *Jo. Chriſtoph. VVolfium* in Notis ad Philoſophumena *Origenis* p. 169. *Jo. Owenum* in Theologum. p. 245. ſeq. *Voſſium* de Orig. Idolol. L. I. c. 35. p. 264. *Edm. Dickinſonum* Delph. Phœniciz. p. 187. ſeq. *Jo Saubetum*, de Sacrif. C. VII. p. 151. ſqq. *Nic. Gürtlerum* Orig. Mundi. p, 272. *Jo. Georg. Eccardum* Præfat. ad *Leibnitii* Collect. Etymolog. p. 21. ſeq. & Cl. *Keyslerum* in Antiq. Sept. & Celt. p. 36. ſeq. & 318.

nem vocis ἀπὸ τῶν δρυῶν, a quercetis inhabitatis deducit. Matthias Flacius Illyricus in præfatione in Otfridi Evangelia, dictos autumat quaſi *Trutas*, hoc eſt, divinos & Dei interpretes, quod veteri Germanorum lingua *Trutis* Deum ſignificet: qua de cauſa etiam hodie epitheton ei tribuitur, der Truwe Wow. Aventinus contra l. I. Annal. Bojor. a Conditore Druyde dictos opinatur. In Rabbinorum ſcriptis דרש expoſitio, reperitur: cujus nominativus pluralis דרשים conciones, & דרשן concionator. Radix autem utriusque eſt דרש quæſivit, conſuluit, ſcrutatus eſt. Et quidem hoc maxume cum Druydarum officio quadrat, quod erat abditas naturæ res ſcrutari, & inde veritatem elicere. Antiquiſſimi enim hi apud Celtas doctores, & ipſis Græciæ ſapientibus excellentiores, qui poſtea longo temporis decurſu ſecuti ſunt Druydarum ſectam.

CAP. IV.

Habitus. *Rutili crines. Nec natura tantum ſed & arte. Medicamentum ſapo. Cauſa bujus coloris. Color maxime gratus apud cæteras gentes. Corymbion fœminarum. Tutuli. In galeri formam aut turris. Ornatrices ancillæ. Matronarum capillitium nigrum. Quod flavis mutabant. Graviter idcirco a Patribus reprebenſa. Gebenna ignis. Petronii locus reſtitutus. Cicada Athenienſium. Silentii ſors in crinibus. Fortitudo Nazaræi Samſonis.*

CVmque habitus virum vel ornet, vel dedecoret, etiam aliquid de veſtitu & habitu præferemus.

mus. A capite autem auſpicabimur. Et primum hic occurrit rutilus crinis; * utpote inſigne gentis Germanæ. Diodor. Sic. l. V. Biblioth. *Cæſariem non modo geſtant rufam: ſed arte quoque nativam coloris proprietatem augere ſtudent. Calcis enim lixivia frequentes capillos lavant, eosque a fronte ad verticem, atque inde ad cervicem, ut eo magis ſint conſpicui, retorquent. Satyros igitur & Panas aſpectu referunt. Hac enim cultura ita denſantur, ut ab equorum ſetis nihil differant. Barbas nonnulli abradunt, quidam modice alunt. Nobiliores tonſura genas levigant, myſtaces vero demittunt, ut ora ipſorum obtegantur. Ideo cum edunt, cibi pilis implicantur: cum bibunt, ceu per colum potus dimanat.* Tac. l. de mor. Germ. *rutilæ comæ, magna corpora, & tantum ad impetum valentia.* Hinc Batavi a Silio Ital. l. III. auricomi dicuntur:

At puer auricomo jam formidate Batavo.

Sen. l. III. de Ira; *non eſt Æthiopis inter ſuos inſignitus color, nec rufus crinis & coactus in nodum apud Germanos.* Sueton. in Calig. *Converſus hinc ad curam triumphi præter captivos ac tranſfugas barbaros Galliarum quoque proceriſſimum quemque, & ut ipſe*

* De vario comæ ornatu vide *VVowerium* ad *Petronium* p. 367 451. *Janum Gebhardum* L. I. crepundior. c. 12. *Hadrian. Junium* de Coma, *Spanhemium* ad *Callimach.* p. 551. 660. *Salmaſium* ad *Tertulliani* paſſim & ad *Solinum* p. 759. *Kobierzykium* de luxu Rom. L. I. c. 6. *Perizonium* ad *Æliani* IV. 22. p. 351. VII. 9. p. 453. & *Jo. Arntzenium* Diſſ. de Colore & tinctura Comarum Trai. ad Rhen. 1725. 8. p. 21. ſeqq.

ipſe dicebat ἀξιοθεράμβητον, ac nonnullos ex principibus legit, ac ſepoſuit ad pompam, *coëgitque non tantum rutilare & ſubmittere comam, ſed & ſermonem Germanicum addiſcere, & nomina barbarica ferre*: Auſon. Idyll. VII. de Biſſula ſua:

Sic Latiis mutata bonis, Germana maneret
Vt facies, oculos cærula, flava comas.

Ammian. Marcellin. l. XV. *Celſioris ſtaturæ, & candidæ pene Galli ſunt omnes & rutili, luminumque torvitate terribiles.* D. Hieronymus in vita Hilarionis, de Nobili, qui agebat in aula Conſtantii Auguſti: *Rutilus coma, & candore corporis indicans provinciam.* Nec a natura ſolum rufus erat crinis; ſed etiam arte quærebatur. Lavabant enim crebro & medicamento rutilabant. Ammian. Marcellin. *Videbat* (Germanos) *lavantes, quosdam comas rutilantes ex more.* Medicamentum autem erat ſapo. Hinc Martialis ait:

Cauſtica Teutonicos accendit ſpuma capillos.

Juvenal. Sat. XIII.

Cærula quis ſtupuit Germani lumina? flavam
Cæſariem, & madido torquentem cornua cirro?

Cauſam vero hujus coloris adſignat Clemens Alexand. l. III. Pædag. c. 3. terrorem nempe: τῶν ἐθνῶν, inquit, οἱ Κελτοὶ καὶ οἱ Σκύθαι κομῶσιν, ἀλλ᾽ οὐ κοσμοῦνται. ἔχει δὲ φοβερόν τὸ εὔτριχον τοῦ βαρβάρου, καὶ τὸ ξανθὸν αὐτοῦ πόλεμον ἀπειλεῖ, συγγενές τι χρῶμα τῷ αἵματι, id eſt, *gentium quidem Celtæ, & Scythæ comuntur, ſed non ornantur: coma enim barbari terribile quid habet, & flavus il-*

lius

lius color bellum minatur; cognatus enim hic color ſanguini. Apud Romanos tamen, & alias plæraſque gentes color hic maxime gratus erat. Apulej. Mileſ. XI. Flavum & inaffectatum capillitium. Ovid.

Forma placet, niveusque color flavique capilli.

Cornel. Gallus:

Aurea Cæſaries, demiſſaque lactea cervix
Vultibus ingenuis viſa ſedere magis.

Et in Lyrico:

- - pande capillulos
Flavos, lucentes ut aurum nitidum
Productum bene candidis humeris.

Ibid.

Anne coma ex auro flava eſt tibi Gentia? an auri
Ex ipſa magis eſt bractea flava coma?

Tanta enim crinibus in homine gratia eſt, verba ſunt Franciſci Barbari l. I. c. V. de re uxoria, ut ſatis Homero ſit, Helenam ſuam vel ab hac una capillorum decentia formoſam ſæpiſſime appellare. Nonne & Maro noſter, cum ſapientem deſcribat virum, & formoſum brevibus efficeret, hanc pulcritudinis partem adjecit, dicens:

Os humerosque Deo ſimilis; namque ipſa decoram
Cæſariem nato genitrix, lumenque juventæ
Purpureum, & lætos oculis afflavit honores.

Crede mihi, ſi Mars detonſam aſpexiſſet Venerem, ardor ille, quo belliciosiſſimus Deus afficiebatur, protinus evanuiſſet, adeo ut nunquam Vulcani artibus irretitus eſſet. Huic, de qua loquor, venuſtati, qui-

quidam civis tuus, vel ſolus, vel maximas in uxore partes attribuit. *Hæc ille.* Tanto autem ardore erga capillos flavos ardebant, ut & auri ramentis illuminarent, ſi quibus minus ruberent. Iul. Capitol. in Vero: *dicitur* (Verus) *tantam habuiſſe curam capillorum flavorum, ut & capiti auri ramenta inſpergeret, quo magis coma illuminata flaveſceret.* Quod de Commodo etiam Lamprid. tradit. Quædam porro fœminæ corymbion adhibebant flavum, quo nigram comam abſcondebant. Interpres Juvenalis in illud: Sed nigrum flavo: *crine*, inquit, *ſuppoſitio rotundo muliebris capitis tegumento in modum galeri facto, quo utebantur meretrices flavo: nam nigro crine Matronæ utebantur.* Varro l. VI. de L. L. convelatos hos crines tutulos * vocat: *Tutulati dicti hi, qui in ſacris capitibus habere ſolent, aliquid ut metam, id tutulus appellatur; ab eo quod matres familias, crines convolutos ad verticem capitis quos habent, uti velatos, dicunt tutulos: ſive ab eo, quod tuendi cauſa capilli fiebant: ſive ab eo, quod altiſſimum in Urbe, quod eſt arx, tutulus ceu res tutiſ-*

* De tutulis & redimiculis aſſurgentibus ac turritis agunt Viri docti ad *Juvenalem* VI. 501. *Jo. Nicolai* libro de Nimbis antiquorum cap. IX. p. 133. ſeqq. *Anſelmus Bandurius* ad Antiquit. CPol. p. 497. *Henricus Altanus* Comes Epiſtola ad *Nic. Madriſium* inſerta Muſeo Minervæ Venetæ T. II. p. 97. - 101. *ſopra i Cimieri moderni delle Donne*, *Steph. Ghamillardus* S. I. in diſſert. ſive Epiſtola XVI. de numiſmatibus (Gallice Pariſ. 1711. 4.) ubi de diverſis ornamentis capitis, quibus Auguſtæ ſuperbiunt in antiquis numiſmatibus.

tutiſſima voca tur. Feſt. Pompejus l. XIII. *tutulum vocari ajunt flaminicarum capitis ornamentum, quod fiat vitta purpurea crinibus innexa, & exſtructum in altitudinem*. Lucan.

Turritamque gerens frontem.

Item Juvenal. Sat. VI.

- - tot adhuc compagibus altum
Ædificat caput.

Hinc Prudentius in Ψυχομαχ.

Turritum toſtis caput accumulantt in altum
Crinibus, exſtructos augeret ut addita cirros
Congeries, celſumque apicem frons ardua ferret.

D. Hieronymus epiſt. ad Demetrium: *Ornare crinem, & alienis capillis turritum verticem ſtruere.* Nazianz.

Μὴ κεφαλὰς πυργȣ͂ δὲ νόθοις πλοκάμοισι γυναῖκες.

Lucian. ἑταῖρ. διαλ. ὑπέῤῥεον γὰρ αὐτῇ αἱ τρίχες. νῦν δὲ καὶ τὴν πηνήκην ἐπέθετο: *ſuperfluebant autem ei comæ: nunc vero galericulum * appoſuit.* Scholiaſtes Græc. Ariſtophan. Φενάκη κυρίως ἡ προσθετὴ καὶ ἐπιτηδευτὴ κόμη, ἀπὸ τῶν κατεῤῥυκαιῶν, καὶ ἕτως ἀπατȣσῶν διὰ τὸ ἐπεισακτον τῆς κόμης, id eſt, *capillamentum regie appendens, & collecta coma, a defluentibus, & ſic ludificantibus adſcititiis capillis*. Manil.

Illis

* De galericulis & capillamentis mulierum vide quæ viri docti ad *Suetonium* & V. C. *Otto Sperlingius* in commentario ad numum Furiæ Sabinæ Tranquillinæ, conjugis Gordiani III, Amſtel, 1687. 8.

Illis cura fuit vultus, frontisque decoræ
Semper erit, tortosque in plexum ponere crines,
Aut nodis revocare, & rurſus vertice denſo
Fingere, & appoſitis caput emutare capillis.

Tertullian. de Cultu fœmin. *Adfingit, neſcio quas, enormitates ſutilium capillamentorum, nunc in galeri modum, nunc in cervicem retro ſuggeſtum.* Artemidor. l. I. ἀλλοτρίαις τριξὶν αἱ γυναῖκες χρῶνται, id eſt, *alienis crinibus mulieres utuntur.* Jul. Firmic. l. VIII. c. 7. *appoſitis alienis crinibus fictam pulcritudinem mentiantur.* Valer. Flacc. lib. V.

Tunc novus implevit vultus honor, ac ſua flavis
Reddita cura comis.

Hinc tanta cura formæ erat, ut puellas in miniſterio haberent, quæ vel ornarent, vel judicium de formæ præſtantia facerent. Latinis Ornatrices,* Græcis κομμώτριαι dicebantur. Clemens Alex. l. III. c. II. Pædag. κομῶνται δὲ καὶ κομμώτριαι περὶ τὰς γυναῖκας ἀμφιπολεύουσιν, αἱ μὲν τὰ κάτοπτρα, αἱ δὲ τοὺς κεκρυφάλους, ἄλλαι τοὺς κτένας, hoc eſt, *comantur vero, & ornatrices circa mulieres miniſtrant, quædam ſpecula, quædam vero vittas, aliæ pectines habent.* Heſych. κομμώτρια κοσμοῦσα τὰς τρίχας. Juven. Satyr. VI.

Aut

* De Ornatricibus confer *Taubmannum* ad Moſtellariam *Plauti* Act. I. Scen. 3. *Jac. Ravardum* l. II. Conject. c. 18. *Pignorium* de ſervis p. 197. *Reinerum Verwen* de Var. Unction. gener. Diſſ. Jen. 1687. 4. rec. P. II. Diſſert. Philolog. edit. Roterod 1710. 8. p. 415. ſeqq. & *Jo. Arntzenium* de colore & tinctura Comarum. p. 108.

Aut apud Iſiacæ potius ſacraria lenæ
Componit crinem laceratis ipſa capillis
Nuda humeros Pſecas infelix, nudiſque mamillis.
Altior hic quare cincinnus? Taurea punit
Continuo flexi crinem, facinusque capilli
Quod Pſecas admiſit? quænam eſt hic culpa puellæ,
Si tibi diſplicuit naſus tuus? altera lævam
Extendit, pectitque comas & volvit in orbem.
Eſt in conſilio matrona, admotaque lanis
Emerita quæ ceſſat acu, ſententia prima
Hujus erit, poſt hanc ætate atque arte minores
Cenſebunt, tanquam famæ diſcrimen agatur,
Aut animæ: tanta eſt quærendi cura decoris;
Tot premit ordinibus, tot adhuc compagibus altum
Ædificat caput.

Sueton. in Claud. c. XL. *Hæc matris meæ ornatrix fuit.* Vetus Inſcriptio:

CINERIBVS. FAMILIÆ
ALPIONIÆ. QVINTÆ.
ORNATRICI.
FESTVS. M. SEPTIMII.
GALLI. DISPEN. CON.
TVBERNALI.
B. M. F.

De his vide etiam l item legat. ff. de legat. & fideic. & l. Legatis ſervis. §. Ornatricibus, ibid. ubi de inſtitutione earum in arte hac agitur. Matronarum tamen capillitium nigrum erat. Virg. l. IV. Æn. *Nondum illi flavum Proſerpina crinem.* Servius:

Ma-

Matronis nunquam flava coma dabatur ſed nigra. Didoni ergo dat ut turpi. Hinc Meſſalina apud Iuven. Sat. VI.

Et nigram flavo crinem abſcondente galero
Intravit calidum veteri centone lupanar.

Igitur impudicæ mulieres, quo amatoribus gratiores eſſent, ut Cato in Origin. tradit, capillum cinere ungebant, ut rutilus eſſet crinis. *Tertullian.* de cultu fœminar. c. VI. Video quasdam, & capillum croco vertere. Pudet eas etiam nationis ſuæ, quod non Germanæ aut Gallæ ſint procreatæ, ita patriam capillo transferunt. Male ac peſſime ſibi auſpicantur flammeo capite, & decorum putant, quod inquinant. Atqui & detrimentum crinibus medicaminum vis inurit, & cerebro perniciem etiam cujuslibet ſinceri humoris aſſiduitas reſervat; tum Solis animando ſimul & ſiccando capillo exoptabilis ardor; quid decor cum injuria? quæ cum immundiciis pulcritudo? crocum capiti ſuo mulier Chriſtiana ingerit, ut in aram Ecce cupiunt pro albo vel atro flavum facere, gratiæ faciliorem; quamvis & atrum ex albo conantur facere, quas pœnituit ad ſenectam usque vixiſſe. *Cyprianus* de diſcipl. & habit. Virgin. audaci conatu & ſacrilego contemptu crines tuos inficis, malo præſagio futurorum capillos jam tibi flammeos auſpicaris. Hieronymus ad Lætam: *Nec caput gemmis oneres, nec capillum inrufes, & ei aliquid de Gehennæ ignibus aſpergas, Clemens Alex.* l. III. Pædag. c. 2. atque eam quidem, quæ ſuos pilos reddebat flavos, Mænander Comicus arcet domo:

At nunc recede ab ædibus: nam fœminam
Facere pudicam non decet flavas comas,
Sed neque genas fucare, oculos pingere.

Sed ruber crinium color perverſum ac malum plærumque animum denotat, ſuperabundantiam quoque menſtrui. Nec immerito taxabant patres illi fœminarum ſuperbiam, quæ aſcititiis crinibus utebantur, de quibus Petronius etiam in ſuo Satyrico hæc refert: evocatum me non minus decoro exornavit capillamento: imo commendatior vultus enituit, qui flaucorum corymbion erat. Potius Chaucorum legendum; namque ita locum hunc corrigendum arbitror; qui librariorum negligentia corruptus eſt. Chauci * quippe Germaniæ populi, ut Tac. in Germ. teſtatur: & omnibus Germanis ſolemne rufum crinem alere. Inſigne etiam Suevorum obliquare crinem, nodoque ſubſtringere, teſte Tac. in l. de mor. Germ. Hinc Tertullian. de Virg. velandis c. X. *debebant etiam & ipſi aliqua inſignia ſibi defendere, ant pennas Garamantum, aut Crobylos Barbarorum, aut cicadas Athenienſium, aut cirros Germanorum, aut ſtigmata Britonum.* Schol. Thucydidis: κρώβυλος εἶδος πλέγματος τῶν θριχῶν. ἐκαλεῖτο δὲ τῶν μὲν ἀνδρῶν κρώβυλος, τῶν δὲ γυναικῶν κόρυμβος, τῶν δὲ παιδῶν σκόρπιος, id eſt, *Crobylus ſpecies comarum intortarum. Vocatur*

* Confer *Jo. Schildii* lib. ſing. de Caucis Nobiliſſimo Veteris Germaniæ populo, Lugd. Bat. 1649. 8. & *Jo. Henr. Eggelingii* de Miſcellan. Germaniæ Antiquit. Exercit. II. quæ eſt de Caucis. Brem. 1694. 4.

tur vero virorum Crobylus, mulierum Corymbus, puerorum vero Scorpius. Heſychius: κρώβυλος, ὁ μαλλὸς τῶν παίδων. Pollux: ἐκαλεῖτο δὲ (κορύμβη) πηνύκη καὶ προκόμιον προσθετὸν οὐ γυναιξὶ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἀνδρῶν, id eſt, *vocatur vero corymbe galericulum, & coma appoſititia, quam non ſolum mulieres, ſed etiam viri ſibi adoptabant.* Athenienſes autem Cicadas aureas in crinibus gerebant in honorem Apollinis, qui eorum Deus tutelaris credebatur. Cicadæ enim Apollini dicatæ. Quam rem Thucydides hiſce teſtatur: καὶ οἱ πρεσβύτεροι αὐτοῖς τῶν εὐδαιμόνων, οὐ πολὺς χρόνος ἐπειδὴ χιτῶνάς τε λινοῦς ἐπαύσαντο φοροῦντες, καὶ χρυσῶν τεττίγων ἐνέρσει κρωβύλῳ ἀναδούμενοι τῶν ἐν τῇ κεφαλῇ τριχῶν, id eſt, *atque antiqui qui inter illos divitiis præſtiterunt, nec longum intercedit temporis ſpatium ex quo lineas tunicas geſtare ceſſarunt, & aurearum cicadarum corymbos e capillis capitum dependentes.* Et Ariſtophanis Scholiaſtes apertius hanc rem detegit: οἱ ἀρχαιότατοι τῶν Ἀθηναίων τέττιγας χρυσοῦς ἐν τοῖς τῶν τριχῶν πλέγμασιν εἶχον, διότι οἱ τέττιγες μουσικοὶ ὄντες, ἀνάκεινται τῷ Ἀπόλλωνι ὃς ἦν πατρῷος τῇ πόλει, id eſt, *Antiquiſſimi Athenienſium aureas cicadas capillis implicitas geſtabant, quoniam cum muſicæ ſint cicadæ, ſacratæ ſunt Apollini, qui patrius eſt Deus illius civitatis.* Sed & harum Clemens Alexandr. l. II. Pædag. mentionem facit: Ἀθηναίων δὲ ἔμπαλιν οἱ ἄρχοντες, οἱ τὸ ἀστικὸν πολίτευμα ἐζηλωκότες, ἐκλαθόμενοι τῆς ἀνθρωπίνης, ἐχρυσοφόρουν ποδήρεις χιτῶνας ἐνδυόμενοι. καὶ ποδήρεις ἠμπίσχοντο, καὶ κρώ-

κρώβυλον, ὁ ἐμποκλῆς ἐστιν εἶδος, ἀνεδοῦντο, χρυσῶν ἐνέρσει τεττίγων κοσμούμενοι. τὸ γηγενὲς, ὡς ἀληθῶς ἀπειροκαλίᾳ κιναιδίας ἐνδηκνύμενοι, id eſt, *Athenienſium vero rurſum Principes, qui civicum gubernamentum ambiunt, ad talos uſque promiſſas barbas alunt in virtutis ſignum: & barbas involvunt, & crobylon, qui eſt implicationis genus, circumdant, aurearum religatione Cicadarum ornantes, indigenam ceu verum, ineptia impuritatis ſollicitantes.* Sed & apud Magos in crinibus ſors ſilentii erat, ut Paul. Grillardus in tractat. de quæſt. q. IV. numer. 14. & Hippolitus Marſilius ſcribunt, ſæpe ſortem ſilentii in Magorum crinibus inventam eſſe, qui alioqui in tormentis dormire, velut expertes omnis doloris videbantur. Itaque Grillardus, qui multos viderat, monitus eſt ut diceret: *Domine labia mea aperies*, &c. & ſic dolores ſentire, & veritatem pronunciari. Bodin. l. IV. Dæmon. c. 1. Inquiſitor etiam Cumanus in Varniſerano agro finium Mediolanenſium, unam & XL. Sagas anno MCCCCLXXXV. ad ignem damnavit, quæ omnes ſine quæſtione fuerant confeſſæ, abraſo pilo & mutatis veſtibus. Quod olim Domitianus Imp. Apollonio Thyaneo Mago feciſſe apud Philoſtratum Lemnium legitur, eum nudari & abradi jubens. Nam inquiſitor Sprengerus ait, ſi Magus penes ſe ſilentii ſortem habuerit, eum ad tormenta, nihil doloris experturum, nec veritatem confeſſurum unquam. Samſonis tamen crines promiſſi fortitudinem in ſe immenſam aluerunt, Iud. c. XVII. Hic enim Nazaræus nunquam a Philiſtæis capi potuit, nec eum virtus Domini deſeruit,

ſeruit, priusquam Delila meretrix apud fluvium Sôrec ſecreta ab eo blanditiis ſuis expiſcata fuiſſet, eam nimirum tanti roboris cauſam eſſe, quod a ventre matris Deo devotus, nunquam capiti ſuo novaculam admoviſſet: illa Samſonem in ſinu ſuo conſopivit, vocatoque homine quodam, ſeptem cincinnos capitis detondere curavit. Itaque a Palæſtinis captus, & effoſſis oculis Gazam perductus, duabusque catenis vinctus in ergaſtulum ad molendum fuit detruſus. Renaſcente autem ei poſt tonſuram cæſarie, convenere Palæſtini proceres ad ingens ſacrificium Deo ſuo Dagoni faciendum, & Samſoni illudendum. Ille Dei nomine invocato, columnas duas medianas, quibus domus fulciebatur, manibus complexus, & ita prolocutus: *Volo ex vita cum Palæſtinis diſcedere*, eas tanta vi impulit, ut collapſæ ſint ædes, & plures morientes, quam vivens interfecerit.

Cap. V.

Facies *candida. Petronio incretata facies. Mulieres Romanæ lavabant faciem lacte aſina. Incruſtabant faciem. Reprehenduntur a Patribus. Cur flammeo ſponſa obnupta. Græci in Bacchanalibus facibus ora inungebant. Larvati etiam.*

FAcies omnibus Germanis ſeu Celtis candida. Ut Diodor. Sic. l. V. ſcribit: *Procera his ſunt corpora, caro ſucculenta atque candida.* Ammian. Marcellin. lib. XV. *Candidi pene Galli ſunt omnes.* D. Eucherius Inſt. l. II. c. IV. *Galli a candore cor-*

poris primum Galatæ appellati. Iſidor. in Orig. *Nonnullæ etiam gentes non ſolum veſtibus, ſed & in veſtibus aliqua ſibi propria vendicant. Circumcidunt Iudæi præputia, protendunt aures Arabes, Mauros habet tetra nox corporum, Gallos candida cutis.* Petron. Arbiter in Sat. *Quid tu,* inquit *Gyton, & circumcide nos, ut Iudæi videamur, & pertunde aures, ut imitemur Arabes, & increta facies, ut ſuos Gallia cives putet: tanquam hic color figuram poſſit pervertere, & non multa una oportet conſentiant, & non natione mendacium conſtet.* Sed hoc potius ad nativum Celtarum candorem referendum eſſe conjicio. Vnde & Tertullian. in l. de Veland. Virgin. Gallicos vultus vocat. Hinc Romanæ mulieres; quo vultum ſibi conciliarent Gallicis ſimillimum, lacte aſinæ lavabant. Teſtis eſt Plin. l. XXVIII. c. XII. qui ſic ſcribit: *Cutem in facie erugari, & tenereſcere, & candorem cuſtodiri lacte aſinino putant.* Notumque eſt quasdam quotidie I ͻ cuſtodito numero fovere. Poppæa hoc Neronis conjux inſtituit, balnearum quoque ſic ſolio temperato, aſinarum gregibus ob hoc eam comitantibus. Idem l. XXI. c. IV. Poppæa Neronis conjux quingentas ſecum aſinas per omnia trahere fœtas, balnearum etiam ſolio totum corpus illarum lacte macerabat, nitidiorem reddi, & extendi quoque cutem credens. Pars etiam faciem incruſtabant.* Quod graviter Clemens Ale-

* Vide *Guil. Rondeletium* de fucis Lugd. 1583. 8. *Rob. Balforeum* ad *Cleomedem* p. 260. ſq. *Reiner. Verweg* Diſſ. de Var. Unction. Gener. Synt. II. Diſſert. Philolog. Ro-

Alexand. lib. II. Pædag. reprehendit: *Nec enim Dei imaginem notus inveniet habitantem, quam eſt conſentaneum: ſed loco ejus fornicatrix & adultera anima occupavit adytum, & vera eſſe beſtia convincetur, fuco ſcilicet infeſtata & incruſtata Simia; & ſeductor ille ſerpens mentis exedens intelligentiam, per gloriæ cupiditatem pro ſpeluncæ habet animam, & cum omnia exitialibus venenis impleverit, & erroris ſui virus eructaverit, mulieres meretrices transformat hic Draco fungens lenonis officio; non eſt enim mulieris, ſed meretricis, illud nimium ſui ornandi ſtudium. Carnem ergo vel quia ſit viſu injucunda, mollem & ſuavem reddunt; & interdiu quidem in thalamis verſantes, arti ornandi affixæ ſunt, ne floridis coloribus depictæ deprehendantur: veſpere autem tanquam ex antro ad lucernam prorepit hæc adulterina pulcritudo. Nam & ebrietas, & lux exilior, & paulo obſcurior incruſtationi earum opem ferunt. Non intelligunt autem miſeræ, ſe propriam perdere pulcritudinem, dum externam inducunt. Summo itaque mane ſe lacerantes & extendentes, variisque ac confuſis mixtionibus effingentes, vivum quidem cutis colorem refrigerant, carnem autem venenis effodiunt, curioſisque ac ſuperfluis abſterſionibus proprium decoris florem corrumpunt, & marcidum efficiunt: quocirca eæ cataplaſmatibus quidem cernuntur pallidæ, a morbis autem facile corripiuntur, ut quæ adum-*

Roterod. 1710. 8. p. 461. ſqq. & *David. Theod. Lehmanni* Diſſ. de gentibus pulchritudinem affectantibus per fucum & picturam. Witteb. 1711. 4.

bratam carnem venenis jam liquefactam habeant: Omnium opificem contumelia afficientes, tanquam qui pro maritis non fuerit eis largitus pulcritudinem. Hinc & puto primo die nuptiarum ſponſas flammeo involutas fuiſſe. Quamvis Scholiaſtes Iuven. Sat. VI. aliam adducat cauſam: *Flammeum* * *genus amicti, quo ſe cooperiunt mulieres die nuptiarum. Eſt enim ſanguineum propter ruborem cuſtodiendum.* Feſt Pompej. l. VI. *Flammeo amicitur nubens boni ominis cauſa, quod eo aſſidue utebatur Flaminica, id eſt, Flaminis uxor, cui non licebat facere divortium.* Nonius Marcell. *Flammeum veſtis vel tegmen, quo capita matronæ tegunt.* Plin. l. XXI. c. IX. nat. hiſt. Gloſſ. *Flammeum Mavorte virginale. Mavorte autem poſterior ætas quodvis operimentum capitis mulie-*

* *Flammeum*, inquit *Octav. Ferrarius* in Analect. de Re Veſtiaria cap. XXIV. p. 1099. T. VI. *Grævii*, *a colore dictum, quo ſponſa caput nubebatur, unde & nuptiæ: neque tamen velum illud fuit amictus longus, quique ad pedes demiſſus in humerum rejiceretur, ſed caput tantum atque pectus & humeros tegens.* Flammeum ipſum, in antiquis monumentis expreſſum, ad oculos vide apud *Jac. Sponium*, dans les Recherches curieuſ. d'antiquité diſſert. V. p. 88. L. *Begerum* T. I. theſaur. Brand. p. 100. & *Bern de Montfaucon* dans l'Antiquité expliquée T. III. P. 2. lib. I. cap. 9. §. 2. p. 220. ut taceam *Jo Bapt. Caſalium* P. II. de Vrbis ac Imper. Rom. ſplendore c. 16. p. 296. ed. Rom. *M. Zuer. Boxbornium* in quæſt. Rom. quæſt. 26. p. 956. T. V. theſ. *Grævii. Ger. Langbanium* in not. ad *Longin.* de Sublim. Sect. IV. n. 29. p. 34. alioſque, quos magno numero laudat *Sam. Pitiſcus* T. I. Lex. antiq. Rom. p. 791. de flammeo illo ſatis affatimque diſſerere.

muliebris dixit. Gloſſæ Iſidori; *Mavorte operimentum capitis muliebris.* Nonius Marcell. *Ricinium quod nunc Mavortium dicimus, palliolum fœmineum breve.* Græci autem in feſtis Bacchi fecibus ora aſpergebant. Hinc Horat. in Arte ritum hunc tangit:

Ignotum tragicæ genus inveniſſe Camenæ
Dicitur, & plauſtris vexiſſe poëmata Theſpis:
Quæ canerent, agerentque, peruncti fœcibus ora.

Tragœdiæ autem in honorem Bacchi dicatæ fuerunt, ut cuique notum. Ruſticorum tamen pubes induebat in feſtis Bacchi corticum quasdam formas, * quibus riſum cæteris moverent, quem morem l. II. Georg. Virgil. tangit:

Nec non Auſonii, Troja gens miſſa, coloni
Verſibus incomtis ludunt, riſuque ſoluto,
Oraque corticibus ſumunt horrenda cavatis:
Et te Bacche vocant per carmina læta, tibique
Oſcilla ex alta ſuſpendunt mollia pinu.

* De larvis earumque apud veteres uſu ac origine, præter *Ageſilai Mariſcotti* librum, Romæ 1639. 8. impreſſum, vide *Rigaltium* ad *Phædrum* p. 411. edit. *Burmanniana.*

CAP. VI.

Oculi. *Animus in oculis. Germanis cærulei. Terribiles. Stibio fœminæ Romanæ pingebant. Vis Stibii. Supercilia fuligine tingebantur. Petronii locus.*

OCuli jam, pars corporis precioſiſſima, & qui lucis uſu vitam diſtinguant a morte, ut Plinius lib. XI. c. XXXVII. jam dicendi ſunt. Nec enim ulla ex parte majora animi indicia cunctis animalibus, ſed homini maxime, id eſt, moderationis, clementiæ, miſericordiæ, odii, amoris, juſtitiæ, lætitiæ. Contuitu quoque multiformes, truces, torvi, flagrantes, graves, transverſi, limi, ſummiſſi, blandi. Profecto in oculis animus habitat. Germanis autem cærulei erant oculi. Tac. in l. de mor. Germ. *Vnde habitus quoque corporum, quanquam in tanto hominum numero idem omnibus, truces & cærulei oculi.* Iuven. Sat. XIII.

Cærula quis ſtupuit Germani lumina?

Glaucus autem color veteribus Conſtantiæ ſignum erat: quando Germanos cæſiis oculis laudabant. Sed & terrorem hoſtibus injiciebant. Diod. Sic. l. V. Bibli. *Ipſi terribiles ſunt aſpectu.* D. Cæſ. l. 1. Comm. bell. Gall. *Galli ingenti magnitudine corporum Germanos, incredibili virtute atque exercitatione in armis eſſe prædicabant, & ſæpenumero ſeſe cum his congreſſos, ne voltum quidem atque aciem oculorum dicebant ferre potuiſſe.* Sic & gratiam ineſſe

oculis

oculis quandam res ipſa teſtatur. Hinc fœminæ oculos ſtibio perungebant: quod & Ieremias Propheta carpit: Cum pinxeris oculos ſtibio fruſtra componeris. Et D. Hieronymus ad Furiam: non habuit criſpantes mitras, nec ſtridentes calceolos, nec orbes ſtibio fulginatos. Vis enim ſtibii adſtringere & refrigerare, ut Plin. l. XXXIII. c. VI. ſcribit, principalis autem circa oculos. Namque ideo etiam plærique Platyophthalmon id appellavere, quoniam in calliblepharis mulierum dilatat oculos. Et fluxiones inhibet oculorum, exulcerationesque farina ejus, ac thuris gummi admiſto. Hinc ſuperbæ illo mulieres oculos pingebant, quod Clemens Alexand. l. III. Pædag. c. II. aperte innuit. *Ita enim mihi videntur fœminæ, quæ aurum geſtant, & in criſpandis crinibus exercentur, & in genis ungendis oculisque tingendis verſantur, & aliam mollitiem arte improba perſequuntur, carnalem ambitum ornantes, & vere Ægyptios imitantes, infelices amatores attrahunt.* Supercilia vero fuligine tingebant. Iuvenal. Sat. VI.

Illa ſupercilium madida fuligine tinctum
Obliqua producit acu.

Hinc Petronius ſcite in Satyr. Supercilia etiam profert de pyxide, ſciteque jacturæ lineamenta ſecuta, totam illi formam ſuam reddidit. Martial.

Vt lateas centum condita pyxidibus,
Nec tecum facies ſua dormiat. Induis illo
Quod tibi prolatum eſt mane, ſupercilio.

Menander τὰς ὀφθαλμὰς ὑπογράφεσθαι oculos circum-

circumſcribere ait. Artemidor. l. I. ὄρφυες δασεῖαι καὶ εὐανθεῖς, πᾶσιν ἀγαθαὶ, μάλιϛα γυναιξὶν, αὗται γὰρ ὑπὲρ εὐμορφίας. καὶ μέλανι χρίονται τὰς ὄρφυας, id eſt, *orphyes aſpera & florida, omnibus bonæ, maxime mulieribus: hæ enim ob formam egregiam ſibi conciliandam utuntur nigredine horum piſcium.* Alexis apud Athen. l. XV. Dipnoſ. τὰς ὄρφυς πυῤῥὰς ἔχει τὶς ζωγραφῶσιν ἀσβόλῳ, id eſt *orphyas fulvas fuliginem habere in ſe tradunt.* Tertullian. de hab. muliebr. c. XI. *nigrum pulverem, quo oculorum exordia producuntur.* de cult. fœmin. c. V. *oculos fuligine collinunt.* Vid. & Cyprian. de bon. pudicit. c. II. Recte Naumachius & ſcite ſcribit, dehortans mulieres ab hoc malo:

Μηδὲ μέλαινε τεοῖσιν ὑπὸ βλεφάροισιν ὀπωπάς,
Οὐ γὰρ θηλυτέραις δέμας ὤπασεν ἡμιτέλεϛον
Μορφὴν, ὄφρα καὶ ἄλλα περὶ χροῒ τεχνήσαιντο.

Neque ſub palpebris tuis vultum colore nigro inficias:
Non enim mulieribus natura caput dedit imperfectæ
Formæ, ut & alia opus eſſet in corpore machinari.

CAP.

Cap. VII.

Ornatus. *Huic maxime ſtudebant. Armillæ. Torques. Galli in medio digito annulos gerebant. Viriæ annuli dicti. Ignominioſus Chattis ferreus annulus. Armillarum & monilium uti & annulorum uſus vetuſtiſſimus. Lunulæ corniculantes faſtigiis ædium a Mahumedanis imponi ſolitæ. Unde is mos. Annulus in minimo digito. Iliacis temporibus nullus annulorum uſus. Sed ex ſacris refellitur literis. Romanis diu incognitus. Non ornatus cauſa adhibitus. Ius aureorum annulorum famulis non erat. Sculponei. Signatorii. Quid jus aureorum annulorum.*

ORnatui maxime Celtæ ſtudebant. Magnam enim auri copiam, ut Diodor. Sic. l. V. Biblioth. reliquit, ad hunc modum coacervant; quam *ad ornatum* ſuum non tantum fœminæ, ſed etiam viri uſurpant. *Hi enim armillas* circa manuum juncturas & brachia * geſtant: & craſſos ex puro puto que auro torques, circa collum, annulosque inſignes, & aureos inſuper thoraces efficiunt. Plin. l. XXXIII. c. 1. Gallos autem cum auro pugnare ſolitos, Torquatus indicio eſt. Liv. l. VII. *Iacentis inde*

* Armillas ſ. annulos in brachiis virorum, inprimis Regum fuiſſe, ex 2. Sam. I. 10. colligunt *Th. Bartholinus* in Schedio de armillis veterum p. 17. 74. *Fortunatus Scacchus* L. III. Eleochriſm. & *Chiffletius* in Anaſtaſi Childerici p. 291. *Arngrimus Jonas* in Crymogæa p. 62. 76. ex antiquis Islandiæ monumentis quoque docet, annulos argenteos vel orichalceos, unciarum viginti pondere in aris deorum aſſervatos fuiſſe, quos cruore hoſtiarum conſperſos in brachiis ſupremi judices geſſerint.

*de corpus ab omni alia vexatione intactum uno torque ſpoliavit, quem reſperſum cruore, collo circumdedit ſuo.*Idem l. XXXIII. *In eo prælio ſupra* XL. *millia hominum cæſa, Valerius Antias ſcribit, & quingenta ſeptem militaria ſigna capta, & carpenta* CCCCXXXII. *& aureos torques multos, ex quibus unum magni ponderis Claudius in Capitolio Iovis donum in æde poſitum ſcribit. Caſtra eodem die Gallorum expugnata, direptaque, & Comum oppidum intra dies paucos captum.* Et l. XXXVI *aureos Gallorum tranſtulit torques* MCCCCLXX. A. Gellius l. IX. c. XIII. *ubi Gallum evertit, caput præcidit, torquemque detraxit, eumque ſanguinolentum ſibi in collum imponit Quo ex facto ipſe, poſterique ejus Torquati ſunt cognominati.* Strab. l. VI. *Etenim aurea illis ſunt geſtamina. Collo quidem torques, manibus & lacertis armillæ dignitatis honores, tinctas geſtant veſtes, & auro pictas.* Plin. l. XXXIII. c. 1. *Galliæ, Britanniæque in medio dicuntur digito annulis uſæ.* Hinc annuli Celtarum Viriæ dicuntur Plinio eod. l. c. III. Tacit. in l. de mor. Germ. *fortiſſimus quisque ferreum inſuper annulum (ignominioſum id genti) velut vinculum geſtat, donec ſe cæde hoſtis abſolvat.* Sane antiquiſſimus annulorni uſus. Legimus enim Iudam Iacobi Patriarchæ filium Gen. XXXVIII. v. 18. annulum ſuum Thamari dediſſe in pignus. Et Pharao Ioſepho Gen. XLI. v. 42. annulum dedit, quo potentiam futuram deſignaret. Vti & monilium & armillarum mentio in ſacris fit, Gen. XXIV. v. 22. Ioſ. c. VII. v. 21. Iud. c. VIII. v. 21. & paſſim in Cantic. Canticor. Hinc etiam orna-

ornamenta illa capitis in ſacris literis Lunulæ vocantur: præſertim Iſmaëlitarum ſeu Midianitarum. Hi enim, ut ſuperiori Syngrammate jamdum inquiſitum, Dionyſon & Vraniam colebant, quæ ipſa Luna eſt: in hujus itaque honorem Lunulas illas aureas in figuram corniculantis Lunæ gerebant. Vnde Muhammedanorum deſcendit mos, qui turrium & Meſchitarum ſuarum faſtigia Lunulis exornant, * uti Chriſtiani crucibus. Nec puto originem harum deducendum a fuga illa Mahumetis, quam Hegiram vocant. Namque & vetuſtiſſimis Arabibus Luna Dea fuit, & Iſmaëlitarum Regibus loco ornamenti, ut Iud. VIII. v. 21. & 26. patet. De annulo in minimo digito Pollux l. V. περὶ δὲ τῷ σμικρῷ δακτύλῳ ἐφόρειν, ὁ ἀκαρὲς ἐκάλειν διὰ σμικρότητα, id eſt, *in minimo vero digito ferebant annulum, quem exiguum ob parvitatem vocabant.* Senec. l. VII. nat. Quæſt. c. XXXI. *exornamus annulis digitos, & in omni articulo gemma diſponitur.* Clemens Alexand. l. III. Pæd. c. XI. ἀλλὰ δὲ καὶ τὸν δακτύλιον ἐκ ἐπ᾽ ἄρθρῳ φορητέον τοῖς ἀνδράσι. γυναικεῖον γὰρ τῦτο. εἰς δὲ τὸν μικρὸν δάκτυλον, καὶ τῦτο εἰς τὔσχατον καθιέναι, id eſt, *ſed & annulum non in articulo ferre fas eſt viris: muliebre enim hoc: ſed in minimum digitum, hoc eſt, in ultimum ſummittere.* Lucian. ἑταίρ. Διαλ. εἶχε δὲ καὶ αὐτὸς Παρμένων δακτύλιον ἐν τῷ μικρῷ δακτύλῳ

* Confer *Jo. Seldenum* de Diis Syris Syngram. II. p. 288. ſqq. *Beyerum* in Addit. p. 278. *Relandum* L. II. de Relig. Mohammed. p. 163. & Cl. *Dav. Millium* in Diſſ. Sel. p. 114.

τύλῳ μέγιςον, πολύγωνον, καὶ ψῆφος ἐνέβέβλητο τῶν τριχρώμων, ἐρύθρα δὲ ἦν ἐπιπολῆς, i, e. *habebat vero ipſe Parmeno annulum in minimo digito maximum, multangulum; gemma verum impoſita trium colorum erat, rubra vero erat in ſuperficie.* Cæterum multitudo annulorum, inquit Acro ad illa Horatii Sat. l. II. *Sæpe notatur cum tribus annullis,* erat vitioſa admodum. Athenæ. περὶ δὲ τῶν Σαμίων τρυφῆς Δȣρις ἱςορῶν παρατίθεται Α᾽σίȣ ποιήματα, ὅτι ἐφόρȣν χλιδῶνας περὶ τοῖς βραχίοσι, id eſt, *de Samiorum vero luxu Duris loquens citat Aſii poëmata, quod ferant armillas in barachiis.* Plin. l. XXXIII. c. III. *armillæ ſequiori ſexui olim in uſu tantum gliſcente luxuria ad virorum ornamenta traducta.* Tertull. de hab. mul. c. XI. *Circulos ex auro, quibus brachia artantur.* Petron. in Satyr. *habebat etiam in minimo digito ſiniſtræ manus annulum grandem ſubauratum, extremo vero articuli digiti ſequentis minorem, ut mihi videbatur, totum aureum, ſed plane ferreis velut ſtellis ferruminatum. Et ne has tantum oſtenderet divitias dextrum nudavit lacertum aurea armilla cultum, & eboreo circulo lamina ſplendente connexum.* Plin. l. XXXIII. c. I. ſcribit: *Iliacis temporibus nullos fuiſſe annulos*, quod & Porphyr. q. XV. Euſtath. in Odyſſ. μ. in fin. Scholiaſt. Sophocl. in Oed. tyran. Plutarch. de Hom. Sed ex Sacris Hiſtoriis longe antiquior eſt uſus annulorum. Longo certe tempore ne Senatum quidem Romanum habuiſſe aureos, manifeſtum eſt. Siquidem hi tantum, qui legati ad exteras gentes ituri eſſent, annulos

pu-

publice accipiebant, vulgoque ſic triumphabant teſte Plin. ibid. Et Macrob. l. VII. Sat. c. XI. *Veteres non ornatus ſed ſignandi cauſa annulum ſecum circumferebant. Vnde nec plus habere quam unum licebat, nec cuiquam niſi libero: quos ſolos fides diſcerneret, quæ ſignaculo continetur. Ideo jus annulorum famuli non habebant.* Hinc Plaut. in Caſ. Act. III. Sc. v. ancillæ pollicetur annulum, ſic dicens:

--at blande orato ut ſoles, ſed audin'?
Si effexis hoc, ſoleas tibi dabo & annulum in digito
Aureum, & bona plurima.

Nec enim temere, ut Taubmannus ad hunc locum habet, hoc ancillæ pollicetur. Nam ingenuorum duntaxat erant ſoleæ * & annuli iſti: ſervi ancillæque ſculponeas accipiebant, & pro aureis ferreos.** De ſculponeis clarum ex Catone de re Ruſt. c. LIX. ubi quæ & quoties familiæ feſtimenta procuranda ſint tradit. *Sculponeas bonas alternis annis dare oportet. De annulis notiſſimum eſt, & habere quidem*

C c

* Calceis carebant ſervi, teſte *Servio* ad *Virgil.* Æneid. I. 286. Conf. *Balduinum* de Calceo antiquo Cap. 23. p. 210 *Ferrarium* de Re Veſtiaria L. I. cap. II. & *Jo. d'Outrein* Obſ. Miſc. p. 182.

** Annulus aureus erat ingenuorum, teſte *Appiano* de Bello Punico p. 104. Vid. *Chimentellium* de honore biſellii cap. 34. p. 186. *Aringhium* T. II. Romæ ſubterraneæ L. VI. cap. 50. §. 37. p. 700. & *Jo. Bapt. Caſalium*. in Syntagm. de inſignibus, annulis, &c. cap. 3. p. 911. T. IX. *Gronovii*. Servi autem ferreis annulis utebantur, auctore *Apulejo* Metamorph. X. p. 326. Conf. *Elsnerum* in Biblioth. Brem. Claſſ. III. p. 940. ſeq. *d'Outrein* l. c. p. 180. & inprimis *Kirchmannum* de Annulis Cap. XVI.

dem aureos in peculio ſuo licebat illis, non vero geſtare. Inde ait, ſe in digito daturum, I. Meurſius: *Signatorius * annulus Romanis in uſu erat, de quo Vopiſcus in Aureliano:* Vxori & filiæ annulum ſigillaricium quaſi privatus inſtituit. Moris enim erat apud Romanos, ut domi ſuppellex penusque omnis eo ſignaretur: ne quid negligentia aut furto periret. ** Plin. l. XXXIII. At nunc cibi quoque & potus annulo vindicantur a rapina. Martial. l. IX. *Nunc ſignat meus annulus lagenam.* Q. Frater ad Ti-

* De annulis ad fidem faciendam, qui ſignatorii ſeu ſigillaricii, ſcripſit *Georg. Longus* Mediol. 1618. & Lipſ. 1709. 8. Adde *Jo. Bapt. Caſalium* l. c. p. 910. *Jo. Kirchmannum* cap. 5. *Juſtum Lipſium* ad *Tacitum* II. Annal. & *Laur. Zaccagnium* in not. ad Acta Archelai cum Manete p. 441.

** Erat & genus annulorum, inquit *Smetius* in antiquitatib. Neomagenſ. p. 23. quibus clavis erat adiuncta. *Lipſius* exiſtimat, hos annulos cum clavibus ad duplicem fuiſſe uſum, ſignandi, aperiendique. *Lipſium* ſequuntur *Jo. Nicolai* in tract. de ſiglis veterum cap. 44. p. 299. ſeq. *Heineccius* in Syntagm. P. I. cap. 3. p. 26. *Jo. Bapt. Caſalius* l. c. p. 914. *Hadrian. Junius* in hiſtoria Bataviæ c. 8. *Georgius Longus* cap. 6. p. 55. Magnus vero *Salmaſius* ad *Solinum* p. 932. negat, annulos iſtos cum adjuncta clave duplicem habuiſſe uſum, nimirum annuli ſignatorii & clavis, ſiquidem nullum in his ſigillum preſſum ad ſignandum aptum. Cum *Salmaſio* facit *Sam. Pitiſcus* T. Lex. Rom. antiq. p. 64. ne de *Sagittario* dicam, qui in libro de januis veterum cap. XV. §. 12. negat, claves illas Lipſianas tam antiquas eſſe, ut adpriſcos Romanos ſpectarint, ſed vide quæ habent *Claudius du Molinet* dans le Cabinet de la Bibliotheque de S. Genevieve. p. 30. & Cl. *Zornius Bibl.* Antiq. & Exeget. T. I. p. 331. ſeq.

Thronem l. XVI. Epiſt. *Sicut olim matrem noſtram facere memini, quæ lagenas etiam inanes obſignabat; ne dicerentur inanes, ubi quæ fuiſſent, quæ furtim eſſent exſiccatæ.* Ab aureis igitur annulis jus aureorum deſcendit annulorum. * Et ille, qui jus hoc obtinet, ut ingenuus quidem habetur, ſed non ex omni parte l. 1. C. d. jur. aur. ann. nam ſalvum in eo retinet jus Patronus, & ab hæreditate ejus non excluditur; in l. qui jus. ff. d. jure aur. ann. & l. 3. ff. de operis liber. Etiam particeps eſt legati relicti. l. 1. ff. de jur. aur. ann. Item patronum in jus ſine venia non vocat l. ſed & ſi §. patronum, ff. de in jus vocan. Proinde pro cæde Patroni torqueri poterit inſtar reliquorum libertorum. l. idemque erit. ff. ad Silleja. Minus ergo eſt jus habere aureorum annulorum, quam natalium, & utrumque principali ſolum beneficio tribuitur. Sed hodie noviſſimo Authenticarum jure, quia manumiſſi cives denunciatur Romani, ex ipſa manumiſſione jus & aureorum annulorum & regenerationis, hoc eſt, natalium ſtatim accipiunt, ut ſic fiant liberi atque ingenui, absque ulla alia Principis indulgentia, idque perpetuo ſi manumiſſoribus, eorumque filiis obſequium, id eſt, reverentiam & venerationem legibus introductam præſtiterint. Et eſt latius in Authent. ut liberti de cætero, &c. §. propterea cum ſe-

* De jure aureorum annulorum conſule *Salmaſium* f. 170. ad Hiſt. Aug. *Lipſium* Elector. II. 8. *Bernartium* ad III. 3. Silv. *Statii Caſp. Barthium* T. I. ad *Statium* p. 320. & *Camillum Silveſtrem* ad *Juvenalis* X. 165. p. 542. ſeq.

ſequentibus nonnullis col. VI. & repetitur in Authent. hodie. C. de jure aureor. annul. & de natalibus reſtituendis.

Cap. VIII.

Veſtitus. *Virgata ſaga. Purpureus color. Cœleſtibus Diis ſacer. Imperatoribus & Regibus dicatus. Tyria purpura. Stricta veſtis. Pura in ſacris. Eaque candida. Albus color maxime ſimplex. Lineis Germana amicta. Superbiores Babylonica. Texta Babylonica. Pluma avium. Plumarii. Pavo veſtis. Sacerdotes apud alias gentes virili amictu, apud Orientales feminino utebantur.*

VEſtitus jam occurrit, de quo ſane nihil certi apud authores occurit. Diodor. Sic. l. V. Bibl. veſtitus illis mirificus: tunicas enim variis coloribus * imbutas ac ceu floribus conſperſas, caligasque (bracas illas nominatas) geſtant. Saga etiam virgata, per hyemem denſa; per æſtatem tenuiora crebriſque teſſelis florum inſtar diſtincta, fibulis

* *Erant*, inquit *Jo. Dougtaus* P. I. anal. S. p. 161. *uti videtur, veſtes multicolores, ſive acu picta more Phrygionico, ſive aliter diverſimodis ſegmentis intertexta, in uſu plurimo apud orientaliores præcipue populos; etiam inſuper in deliciis & honore maximo, utpote quas non tam privati & e plebe homines, quam principes & primores populi, ſive luxus ſive diſcriminis alicujus cauſa plerumque geſtabant.* Conf. *Joſephus Maria Suareſius* in diſſ. ſingulari de veſtibus literatis, edita Vaſione 1652. 4. *Phil. Rubenius* L. II. Elect. c. 3 *Alb. Rubenius* L. I. de Re Veſtiaria cap. 10. & *Steph. le Moyne* in Exercit, ad Jer. XXIII. 6. p. 101. ſeq.

bulis ſubnectunt. Hinc Maro illos Æn. l. VIII. ſic deſcribit:

Aurea cæſaries, illis atque aurea veſtis
Virgatis lucent ſagulis.

Servius ad hunc locum: *quæ habent in virgarum modum deductas vias. Et bene alluſit ad Gallicam linguam, per quam virga purpurea dicitur. Virgatis ergo, ac ſi diceret purpuratis.* Purpurea autem veſtis, ut Natal. Comes l. I. Mythol. ſcribit, cœleſtibus Diis conveniebat, quod innuit Tibull. l. II. Eleg.

Sed nitidus, pulcerque veni, nunc indue veſtem
Purpuream, longas nunc bene necte comas.

Et Imperatoribus olim propria erat purpura. l. purpuræ & tot. tit. C. de veſti. holoſeric. & aur. de intinctione ſacri muricis. l. II. nomen autem purpura a piſce habet, qui florem illum tingendis veſtibus expetitum in mediis faucibus retinet, ut Ariſtot. l. III. & V. de natur. Animal. & Plin. l. IX. Hiſt. nat. referunt. Et purpuræ appellatione omnis generis purpuram contineri ait Ulpian. l. ſi cui lana. §. purpuræ. ff. de legatis 3. a Tyro autem Tyria vocatur, quia præſtantiſſima ibi omnium ſit, ut author Strabo l. XVI. Geogr. πολλὴ γὰρ ἐξήτασθαι πασῶν ἡ Τυρία καλλίστη, *hic enim purpuræ piſcatus abunde eſt.* Tac. in l. de mor. Germ. *Tegmen omnibus ſagum, fibula, aut ſi deſit, ſpina conſertum. Cætera intecti totos dies juxta focum, atque ignem agunt. Locupletiſſimi veſte diſtinguuntur, non fluitante ſicut Sarmatæ ac Parthi, ſed ſtricta & ſingulos artus exprimente. Gerunt & ferarum pelles,*

proximi ripæ negligenter, ulterius exquiſitius, ut quibus nullus per commercia cultus. Sed pura veſtis requirebatur ad ſacra & ſacerdotibus * conveniebat maxime. Hinc Virgil. l. XII. Æn.

- - puraque in veſte Sacerdos
Setigeræ fœtum ſuis, intonſamque bidentem
Attulit, admovitque pecus flagrantibus aris.

Servius ad hos verſus: *impolluta & pura dicitur veſtis, qua feſtis diebus uti conſueverant, ſacra celebraturi. Vt neque funeſta ſit, neque fulgurata, neque maculam habeat* Θ K *homine mortuo. Eſt autem linea & purpurea. Purpura maris vicem ad piandum præbet, linum vero fluminis; quia cum vere in Oriente primum flumen inundaſſet ſponte ſua linum ſatum.* Plinius Secund. dicit: *Ideo Magiſtratus & ſacrificaturi togam prætextam habent, & manus ablutas detergere lineis mantilibus curant.* Quod ipſe de Ariſtæo ait IV. Georg. Oceano libemus. *Et manibus liquidos dant ordine fontes Germanæ, tonſisque ferunt mantilia villis.* Ecce mentionem de lino; rurſum purpura. Purpureo velare comas adopertas amictu. Item velati lino, ergo pura lintea vel purpurea bene poteſt intelligi. Druydæ au-

* Apud Gentiles in ſolenni ſacrorum ſuorum celebratione, tum Antiſtites ipſi, tum reliqua comprecantium turba, albido præcipue utebantur habitu. Vide *Stuckium* L. II. antiquit. conviv. cap. 26. p. 365. *Dougtæum* P. II. anal. p. 161. *Argolum* ad *Panvinii* L. I. de Ludis Circenſ. p. 22. Tom. IX. *Grævii*. *Pierii* Hierogl. lib. 39. cap. 5. *Guil. Choulium* de Vet. Rom. Religion. p. 243. & *Saubertum* de Sacrificiis Vet. Cap. IX. p. 188. ſeq.

autem candidis amiciebantur veſtibus, hic enim color maxime illis gratus. Plin. lib. XVI. cap. XLIV. *Sacerdos candida veſte cultus arborem ſcandit. Candido id excipitur ſago. Boves etiam candidi coloris adhibebant ſacrificiis.* Idem lib. XXIV. Legitur *a Druyda candida veſte veſtito.* Et Magi, ut Diogenes Laërtius ſcribit, candidis veſtiebantur veſtibus. Et in Cereris ſacrificiis albi coloris veſtes erant: ſicut Ovid. l. X. Metam. teſtatur:

Feſta piæ Cereri celebrabant annua matres;
Illa quibus nivea velatæ corpora veſte
Primitias frugum dant ſpicea ſerta ſuarum.

Idem l. IV. Faſt.

Alba decent Cererem, veſtes Cerealibus albas
Sumite nunc: pulli velleris uſus abeſt.

Vide & Pauſan. in Arcadic. de ſacris Deæ Clithoniæ. Albus autem color maxime ſimplex eſt, & primus ex primis coloribus ſecundum Phyſicos, purusque ſimplicitatem & puritatem, candoremque animi ſignificat. Hinc & Angelorum proprius. Matth. XXVIII. & alba veſte ornari ſolebant, qui candorem animi & hilaritatem præ ſe ferebant, ut in conviviis. Cic. in Vatin. cum ipſe Q. Archius epuli Dom. albatus eſſet. Hinc Demoſthenes in Orat. contra Neæram: ἁγιςεύω, καὶ εἰμὶ καθαρὰ καὶ ἁγνὴ ἀπὸ τῶν ἄλλων, τῶν ȣ̓ καθαρευόντων, καὶ ἀπ' ἀνδρὸς συνουσίας, id eſt, *ſum enim pudica & proba, ſeu pura, & caſta ab aliis puritati adverſantibus, & a viri congreſſu.* Et colorem candidum Clemens Alexand. Pædag. cap. X. maxime com-

mendat: *Coloris autem delectans ſuavitas*, inquit, *male habet avidos, eos ad ſtultam impellens lippitudinem: atque eos quidem, qui ſunt candidi, & non intus adulterini, candidis & minime curioſis ac operoſis veſtibus uti eſt convenientiſſimum.* Aperte & pure Daniel Proph. c. VII. *poſiti ſunt*, inquit, *throni, & ſedit ſuper ipſos tanquam vetus dierum, & ejus veſtimentum album ſicut nix.* Tali veſte utentem Dominum in viſione ſe vidiſſe dicit Apoc. c. VI. Vidi animas eorum, qui teſtes fuerant ſub altari, & data eſt unicuique veſtis candida. Hodie quoque apud Italos virgines deſponſatæ, quas vocat *Fiancees*, albis tunicis uti ſolent, ad puritatem quandam, & integrum pudorem oſtentandum. Bayfius de re veſtiaria c. IX. de Lanar. & veſt. coloribus. Et priſcæ Germanæ viragines lineis amiciebantur, ut Tac. in l. de Mor. Germ. ſcribit: nec alius fœminis quam viris habitus, niſi quod fœminæ ſæpius lineis amictibus velantur, eosque purpura variant, partemque veſtitus ſuperioris in manicas non extendunt. At ſuperbiores Babylonicæ mulieres. Hinc & veſtis Babylonica originem ducit. Hipparchus Comicus:

- - δαπίδιον ἐν ἀγαπητὸν ποικίλον
Πέρσας ἔχων, καὶ γεῦτας,

- - *tapetem in jucundam varietatem*
Perſæ habent, & ſupellectilia.

Clemens Alex. l. II. Pæd. c. X. *at etiam avidis pannis admiſcentes doloſæ mulieres, & qui ſunt ex viris effœminati fraudulentas, doloſaſque tincturas, inſano quodam amore feruntur in immoderatiorum, non amplius antea ex Ægypto, ſed quadam alia ex terra Hebræo-*

braeorum & Cilicum comparentes D. Hieronymus ad Lætam: *In quibus non auri & pellis Babylonicæ vermiculata pictura.* Hinc Plautus:

- - *Alexandrina belluata, conſutaque tapetia.*

Et Martialis:

- - *Babylonica picta ſuperbe*
Texta. - -

Tertullianus de hab. mulier. *Phryges inſuerent, & Babylonii intexerent.* Sed & eo proceſſerat ſuperbiæ amentia, ut ex plumis avium conficerent veſtes: quæ delicatioribus in uſu erant. Varro de lib. educ. *nulla quæ non didicit pingere, poteſt judicare, quid ſit bene pictum a plumario.* Senec. ep. XCI. *non avium plumæ in uſum veſtis conſervantur.* Jul Firmicus l. III. Aſtr. *Linteones aut plumarii, vel colorum inventores.* c. III, *linteones, vel tunicarum textores, tum plumarios.* Graphice Prudentius in Hamartig.

- - *Hunc videas laſcivas præpete curſu*
Venantem tunicas, avium quoque verſicolorum
Indumenta novis texentem plumea pennis.

Hinc Conſtantinus Imp. l. I. C. de excuſat. artif. plumariorum meminit. Plumarios autem, non plumbarios legiſſe Græcos Cujacius ſcribit. Sunt autem, qui veſtimenta ex plumis avium conficiunt. Et Tertullian. de Pallio: Pavo pluma veſtis, & quidem cataclitis, imo omni conchylio depreſſior, qua colla florent, & omni patagio inauratior, qua terga fulgent. Petron. Arbiter in Sat.

Plumato amictus aureo Babylonico.

Nec tantum in privatis, ſed etiam publicis perſonis, & quidem ſacerdotibus tanta dementia increbuerat,

 ut

ut non tantum omni genere luxuriæ abundarent, ſed etiam, quo molliores haberentur, in ſacris Veneri dicatis ſexum mentirentur. Hinc R. Moſes Ben-Maimon in More Nebochim p. III. c. XXXVIII. *Iſtud autem eſt*, inquit ille, *propter quod dicat ſcriptura: Non accipiat mulier arma viri, neque vir induatur veſte muliebri.* * *Invenies autem libro artis Magicæ, quem compoſuit Contir, quia dicitur ibi, ut vir induatur veſtem muliebrem pictam, cum ſteterit coram ſtella, quæ vocatur Venus, & mulier aſſumat loricam, & arma bellica, cum ſteterit ante ſtellam, quæ dicitur Mars.* Quod etiam Jul. Firmicus c. VIII. l. IV. de errore profan. relig. tradit; & Aſſyrios Venerem coluiſſe ſcribit: *Cui aliter ſervire Sacerdotum ſuorum chorus non poteſt, niſi effœminent vultum, cutem poliant, & virilem ſexum ornatu muliebri dedecorent.* Et paulo poſt: *Quod hoc monſtrum eſt, quodve prodigium? negant ſe viros eſſe, & non ſunt. Mulieres ſe volunt credi, ſed aliud qua-*

* De non permutando ſexus habitu ac veſtitu conſulendi interpretes ad Deut. XXII. 5. ***Jo. Seldenus*** de Diis Syris Syntagm. II. cap. 4. p. 281. ſeqq. ***VVagenſeilius*** libro de Norimberga p. 175. ***Jo. Spencerus*** de Leg. Hebr. lib. II. cap. 17. p 370. ſeqq. ***Matthias Berneggerus*** ad ***Taciti*** Germaniam quæſt. 89. ***Jo. Lomeierus*** de Luſtrat. p. 434. ***Petr. Pantinus*** ad vitam Theclæ ***a Baſilio Seleucienſi*** ſcriptam p. 387. ſeq. ***Guil. Beveregius*** ad Canonem XIII. Gangrenſem p. 186. ſeq. ***Theoph. Amelius*** Tom. I. Der Erörterung der dunckelſten und ſchwerſten Schrifftſtellen des Alten Teſtaments p. 385 ſeqq. & Cl ***Dav. Millius*** in pereruditа Diſſert. de Commutatione veſtium utriusque ſexus prohibita, que eſt IX. in Diſſ. Sel. p. 245. ſeqq.

qualiſcunque qualitas corporis conſitetur. Et Philochorus apud Macrob. l. III. Sat. c. VIII. in Attide ſcribit: *Lunæ ſacrificium facere viros cum veſte muliebri, mulieres cum virili; quod eadem & mas æſtimatur & fœmina.*

Cap. IX.

Calcei. *Lunula in Romanorum calceis. Druydis ſingularis forma calceorum.* Der Druдden fuß. *Cui remedio adhibentur. Hinc ſolea Gallica. Galliculariue cerdo. Heroës crepidis uſi, alias cothurnis. Græcarum mulierum calcei ex ſubure. Aurei quibusdam. Aurea armilla pedibus adhibita. Quomodo viſa. Lacedæmoniorum virgines.* Germana caſta.

PLutarchus in quæſt. Rom. author eſt Romanos nobiles in calceamentis lunulas * geſſiſſe, tecte ut docerent, quod ſicut auſcultare Luna vult præſtantiori, & eſſe ſecundaria, reſpectans aſſidue, juxta Parmenidem, Solis radios: perinde & nos acquieſcamus, ſequentes ducem, potentiaque & honore ab eo conceſſo utentes: ſic & Druydæ ſapientiſſimi homines, quo a plebe ſepararentur, ſingularis formæ calceis uſi ſunt. Namque ex ligno conſtabant, & pentagoni ** erant. Vnde & calceamentum hoc Philoſo-

* De lunatis calceis, quibus fas uti patritiis, conf. *Barthius* ad *Statium* T. I. p. 450. *Alb. Rubenius* de re Veſtiaria L. II. Cap. IV. & *Balduinus* in Calceo Antiq. Cap. IX. p. 64.

** Druides calceos geſtabant figura Pentalphæ, ſeu pentagono notatos, quorum quilibet angulus unam ex quinque Literis ὑγιεία repræſentabat, unde figura illa pen-

loſophicum figura mathematica Der Drudden fuß. Aventin. l. 1. Ann. Boj. Hinc ſoleæ illæ ligneæ a Gallorum Druydis Gallicæ dictæ. Iſidori Gloſſ. *Calcei Gallicæ militum*, item σανδάλιον, *Gallicula*. Et Gloſſarium: *Gallicula* τρόχας. Heſych. τροχάδες αἱ σανδάλια ἀπὸ αἰγείου δέρματος. Author ad Herenn. *Pedibus ſoleæ ligneæ inductæ ſunt. A Galliculis Gallicularius*. Gloſſ. Iſidori: *Gallicularius cerdo*. Sed & Heroes crepidas geſſiſſe innuit Lycophron, cum alias cothurnis incederent, ut Philoſtratus refert. Poëta autem ſic innuit:

Σὺ δ' ὦ ξύναιμε, πλεῖστον ἐξ ἐμῆς φρενὸς
Στερχθεὶς, μελάθρων ἕρμα καὶ πάτρας ὅλης,
Οὐκ εἰς κενὸν κρηπῖδα φοινίξεις φόνῳ
Ταύρων, ἄνακτι τῶν ὀφίωνος θρόνων,
Πλείστας ἀπαρχὰς θυμάτων δωρούμενος,
Ἀλλ' ἄξεταί τε πρὸς γενέθλιον πλάκα.

Tu vero ô conſanguinee, maxime ex meo animo
Orbatus, palatiorum fulcimen, & patriæ totius,
Non in vacuam crepidam rubefacies cæde
Tau-

pentagonos & pentalpha dicebatur apud veteres Celtas *Drudenfus*, Pes Druidarum; non quod Druidarum calcei eſſent iſta figura efformati, ut vult Schedius, ſed quod in illis eſſet forma Pentagoni & Pentalphæ inſculpta & effigiata. Vid. *Jo. Saubertus* de Sacrif. Veter. p. 209. *Steph. Le Moyne* Diſſ. ad Jerem. XXIII. 6. p. 102. & Cl. *Jo. Georg. Keyslerus* in Antiq. Sept. & Celt. p. 503.

Taurorum, Regi pigmentorum ſerpentinorum
Plurimas primitias ſacrificiorum offerens,
Sed vertit ſe ad paternam tabulam.

Mos etiam erat Græcorum mulierum in calceis ſuberem geſtandi, ut grandiores viderentur. Xenophon etiam in Oecon. uxorem Iſchomachi ὑποδήματα ὑψηλὰ habentem introducit, ὅπως μείζων δοκείη εἶναι ἢ ἐπεφύκει, id eſt, *quo videretur procerior, quam natura tulerat.* Victorius l. XIV. Var. Lect. c. XXXIII. *Eo inſuper dementiæ dilabebantur, ut aureos calceos ſibi aptarent.* Quod graviter Clemens Alex. l. II. c. IX. Pædag. reprehendit: „ Similiter autem, *inquit,* in calceamentis ſuperbæ, arrogantesque fœminæ, magnam quoque oſtendunt mollitiem. Vere ergo turpia ſunt illa ſandalia, in quibus ſunt aurea velut donaria; quin etiam circumcirca clavos ſoleis infigere æquum cenſent. Multæ autem eis quoque amatorias ſalutationes imprimunt, ut vel per terram immenſe incedentes, meretricios ſpiritus in inceſſu inſculpant. Valere ergo jubendum eſt aureorum & gemmeorum ſandaliorum vanum artificium & crepidæ Atticæ & Sicyoniæ, cothurnæque Perſicæ & Hetruſcæ.“ Nec contentæ hoc luxuriæ ſtudio, ſuras etiam aureis includebant vinculis. Manil.

Et pedibus niveis fulſerunt aurea vincla.

Plin. l. XIII. c. III. *Habeant fœminæ in armillis, digitisque totis, collo, auribus, ſpiris; diſcurrant catenæ circa latera, & inſerta margaritarum pondera e collo*

collo dominarum auro pendeant, ut in ſomno quoque unionum conſcientia adſit: etiamne pedibus induitur, atque inter ſtolam, plebemque hunc medium fœminarum equeſtrem ordinem facit?

Senec. in Hippol.

Crura diſtincto religavit auro.

Chares Mytilænus apud Athen. l. III. Dipnoſ. θηρεύεται κατὰ τὴν Ἰνδικὴν θάλασσαν. τὸ δὲ ἐϛὶν ὄϛρεον καὶ πρόμηκες ἔχων ἐν αὐτῷ σάρκα καὶ μεγάλην καὶ λευκὴν, ἐξ ὧ ἐξαιρεθέντες ὀϛᾶ λευκὰ, προσαγορεύουσι μὲν μαργαρίτην, κατασκευάζουσι δὲ ἐξ αὐτῶν ὁρμίσκους δὲ καὶ ψέλλια περὶ τὰς χεῖρας καὶ τοὺς πόδας, id eſt, *Capitur circa mare Indicum. Eſt vero concha longa & procera, habens in ſe carnem & magnam & albam, ex qua extrahentes lapillos albos, nominant quidem unionem, præparant vero ex ipſis armillas & torques circa manus & pedes.* Clemens Alexandrin. l. II. c. XII. Pæd. πέδας δὲ περισφυρίους τὴν περὶ τοὺς πόδας ἀκοσμίαν τῶν γυναικῶν, Φιλήμων ἐν συνεφήβῳ προσεῖπεν:

> Ἱμάτια διαφαίνοντα, καὶ πέδην τινὰ
> Χρυσῆν.

„Cur ergo hic, *pergit*, a vobis tantopere expetitur „ornatus, niſi quem vos velitis ô fœminæ, videri „eſſe compedibus aſtrictas? ſi materia enim probrum eluit, eſſe hoc quidem vitium, quod minime „interit. Ac mihi quidem videntur ſua ſponte vinculis alligatæ, gloriari de ſuis magnis calamitatibus. Ac fortaſſe etiam Poëtica fabula adulterium „committentem Venerem dicit fuiſſe comprehenſam ejusmodi vinculis, nihil aliud quam hæc ornamenta

„menta adulterii eſſe ſigna ſignificans. Illa enim „aurea quoque fuiſſe dixit Homerus. Iam vero vel „apertiſſima maligni ſigna non pudet eas inducere. Ariſtophanes etiam πέδας χρυσῆς vocat. Et Cyprian. de hab. Virgin. c. XVI. *Nec brachia includantur, aut colla de armillis & monilibus catena pretioſa, ſint à compedibus libere.* Et hæ catenæ periſcelides dicebantur. Gloſſ. *Periſcelides ornamenta vel circuli aurei crurum muliebrium.* Tertull. de cult. fœmin. *Neſcio an crus de periſcelio in nervum ſe patiatur artari.* Petron. Arb. in Sat. *Iam mentum, jam cervix, jam manus, jam pedum candor intra auri gracile vinculum poſitus, Parium marmor extinxerat.* Sed quomodo, requirat aliquis, hæc ornamenta conſpici poterant? Luculenter hanc rem, nec non graviter ante oculos ponit, & caſtigat Clemens Alexand. c. X. l. II. Pæd. *Quemadmodum ergo veſtium compoſitionem honeſtam, & ab eo quod eſt indecorum mundam eſſe oportet, ita etiam vitanda eſt uſus immoderatio. Nec enim ſicut Lacænas virgines ſupra genu veſtiri honeſtum eſt: nullam enim partem fœminæ nudari decorum eſt. Atqui poſſet quidem honeſte dici urbana & faceta illa vox, quæ dicta eſt ei, qui dixerat: Pulcher cubitus, at non publicus. Et tibi pulcræ ſunt tibiæ dicendo, ſed ſunt ſolius mei mariti: & ſpecioſa facies, ſed eſt ejus tantum, qui me uxorem duxit. Ego autem nolo pudicas fœminas præbere talium laudum cauſam iis, qui per ejuſmodi laudes ut probrum eis afferant, venantur.* Nec vero ſolum calcaneum nudare eſt prohibitum, ſed etiam caput tegere, & vultum adumbrare juſſum eſt: nec

enim

enim honeſtum eſt, corporis pulchritudinem eſſe hominum aucupium. Nec par eſt,ut purpureo utens velo fœmina velit aſpici. Et notum eſt, quid Iulia Antonini Caracallæ noverca fecerit, cum per negligentiam quaſi ſe maxima corporis parte nudaſſet: cumque Antoninus libidine ex denudatione contracta reſpondit: *Vellem, ſi liceret*: reſpondiſſe fertur: *Si libet, licet. An neſcis te Imperatorem eſſe, & leges dare, non accipere?* Quo audito furor inconditus ad effectum criminis roboratus eſt: nuptiasque celebravit inceſtas, Spartian. in Caracall. Non ſic Germanæ: quamvis enim nudæ brachia ac lacertos ſecundum Tacit. in Germ. *Sed & proxima pars pectoris pateat*, nihilominus caſtiſſimæ. *Namque ſevera illic matrimonia, & ſepta pudicitia agunt nullis conviviorum irritationibus corruptæ. Pauciſſima itaque in tam numeroſa gente adulteria, quorum pœna præſens & maritis permiſſa. Acciſis crinibus nudatam coram propinquis expellit domo maritus, ac per omnem vicum verbere agit. Publicatæ enim pudicitiæ nulla venia, non forma, non ætate, non opibus maritum invenerit. Nemo enim illic vitia ridet, nec corrumpere, aut corrumpi ſeculum vocatur. Melius quidem adhuc eæ civitates, in quibus tantum virgines nubunt & cum ſpe, votoque uxoris ſemel tranſigitur. Sic unum accipiunt maritum, quomodo unum corpus, unamque vitam: ne ulla cogitatio ultra, ne longior cupiditas, ne tanquam maritum, ſed tanquam matrimonium ament.* Et nota eſt Cimbricarum fœminarum caſtitas ex Floro l. III. c. III. „ Nam cum „ miſſa ad Mariam legatione libertatem ac ſacer-

dotium

dotium non impetraſſent, ſuffocatis, eliſisq; paſſim“ infantibus ſuis, aut mutuis concidere vulneribus,“ aut vinculo e crinibus ſuis facto ab arboribus, ju-“ gisque plauſtrorum pependerunt,“

Cap. X.

Pontifex *Druydis erat, Pontifex Max. apud Romanos. Rex ſacrificulus. Reges ſacerdotia olim obibant. Pontifex Roman. Refrenanda ejus libido. Subjectus Cæſari. Qui Pontificatum abrogare poteſt.*

SEd cum ſine imperio nec domus ulla, nec civitas, nec gens, nec hominum univerſum genus ſtare, nec rerum natura omnis, nec ipſe mundus poſſet, ut Cicero l. III. de Leg. ſcribit: neceſſarium ſane fuit Druydis Pontificem præficere. Τὸ γὰρ ἄρχειν καὶ ἄρχεσθαι οὐ μόνον τῶν ἀναγκαίων, ἀλλὰ καὶ τῶν συμφερόντων, *Regere enim & regi non ſolum inter ea, quæ neceſſaria, ſed & utilia.* Ariſtot. l. I. Polit. c. III. *Et iſtud eſt vinculum.* Senec. de Clem. *Per quod reſpublicæ cohærent: ille ſpiritus vitalis, quem hæc tot millia trahunt: nihil per ſe futura, niſi onus & præda, ſi mens illa imperii ſubtrahatur.* Neceſſarium utique erat, ut iis ſummus quidam Sacerdos præficeretur, qui diſceptantes dijudicaret, vel diſcerneret, ſi quid litis inter eos oriretur. Natio autem omnium Gallorum eſt admodum dedita religionibus, ut D. Cæſ. l. VI. Com. Bell. Gall. ſcribit: *Ideo omnibus Druydibus præeſt unus, qui ſummam inter eos habet autoritatem.* Apud Romanos primum creavit Pontificem Max. Numa Pompilius, teſte

Liv. l. 1. ut qui maximarum rerum in cultu divino dominus eſſet, ſacrificia dijudicaret; in rebus ad Deos ſpectantibus leges ſtatueret, quibus aris, quibus DIs, quibusque hoſtiis, quibus diebus, & ad quæ templa ſacra fieri deberent, aliis indicaret. Fuerunt autem ab initio quatuor, ut L. Feneſtella in l. de Sacerd. Rom. c. VIII. refert: poſtquam vero maximorum quorumque honorum partem plebs tribunitiis rogationibus obtinuit, ad ſacerdotia quoque, ſacroſanctasque poteſtates patere ſibi aditum voluit. Quatuor ergo alios creari ex plebe Pontifices placuit, M. Valerio, & Q. Apulejo Conſulibus. Omnibus unus præfectus fuerat a Numa Pompilio, isque Pontifex Max. appellabatur. Hic habet ex ſe ſacra omnia exſcripta exſignataque, quibus hoſtiis, quibus diebus, ad quæ templa, ſacra fieri deberent: ejusmodique divinis in rebus, unde erogandæ pecuniæ ſumptus fieri debeat, curæ Pontifici eſt: cæteraque omnia ſacra publica, privataque ſacris Pontificis ſubjecta ſunt. Cum vero de religione, deque ſacris diſſenſio eſt, populus illum conſulere pergit. Perutile illud fore ratus eſt Pompilius, ejus ſacerdotii autor, ne jus divinum, negligendo patrios ritus, peregrinosque aſciſcendo turbaretur: nec cœleſtes modo ceremonias ducere, ſed juſta quoque funebria, placandosque Manes ejusdem Pontificis. Apud eum quoque tabula eſſe dicitur, in qua Solis & Lunæ defectus, quoties lumini caligo fit, & anni, menſium, faſtorumque ratio perſpicitur. E patribus autem legebantur primitus, ut Pompon. Lætus in l. de Sacerd. tradit, quem vide. Sed & apud Romanos

nos

nos Rex Sacrificulus erat, quem idem a Rom. inſtitutum eſſe hinc ſcribit: Primum e Patribus elegerunt C. Manium Papyrium, & id ſacerdotium Pontifici ſubjecere, ne novæ libertati additus nominis honos officeret. Is Papyrius quietis ſtudioſiſſimus fuit. Idem fuiſſe memoratur, qui leges Numæ ab Anco Martio in tabulis quernis inſcriptas rurſus in publicum traduxit. Ejus autem creandi occaſionem dedit, ut Feneſtell. c. XI. ſcribit, quod cum nuper exactis Regibus pleraque ſacra a ſolis Regibus obiri conſueta, Regum exactione vacare viderentur, idque moleſte admodum populus ferret, utpote quod cultui divino Regum exactione videretur derogatum, Sacerdotem creari placuit, quem, quo minus eidem authoritatis deeſſet, regio nomine decorarunt, ſacrorum Regem appellantes. Vſitatum enim erat, tam apud Græcos, quam Romanos, Reges ſacerdotia obire. Vnde Virgil. de Rege Deli Anio loquens, ſic canit:

Rex Anius, Rex idem hominum, Phœbique ſacerdos.

Vide & l. II. & V. Dionyſium Halicarnaſſ. Et etiamnum Pontifex Romanus ejus veſtigiis inſiſtens titulo illo imaginario & poteſtate fictitia gaudet. Qui Regis Sacrificuli perſonam ſcite repræſentat, ſed majori authoritate, Principibus ſummis cultu imaginario & pietate ficta deluſis. Vide Covarr. c. alma mater, p. I. §. I. num. IV. ſent. excommunicat. l. VI. & quantum Sol Lunæ, aurum plumbo, anima corpori præſtat, tantum præſtare Cæſari nugantur. c. ſolitæ. §. præterea. de majorit. & obed.

c. duo ſunt. cum ſeqq. diſt. 96. Eique ſupra omnes leges conſtituto c. propoſuit. de conceſſ. præb. c. Sed Papa. 41. diſt. c. tunc autem. diſt. 22. fas eſſe ipſis etiam Impp. illudere. Sed vos non ſic. Noverint enim ſe inter cancellos ſuos eſſe debere conſtrictos: meminerint, abſurdiſſimum eſſe, ſi cauſarum ſecularium peritos ſe oſtenderint. c. cum ad rerum. diſt. 96. c. ſacerdotibus in fin. & toto tit. Ne Cleri, vel Monach. ſec. neg. ſe immiſc. Nov. Leon. 86. l. repetita verſ. Abſurdum c. de Epiſc. & Cler. Et ipſi Pontifices Cæſari devota ſubjectione devincti ſunt. Vt Leo IV. ipſe fatetur. c. de capitulis 10. diſt. c. ult. ead. Et Ioh. VIII. c. vides. & ſqq. diſt. 10. Impp. etiam ſæpiſſime abrogarunt Pontificatum: c. quia igitur. c. nobis. C. Agatho. c. Hadrian. c. in Synodo. diſt. 63. & Bartolus in l. 24. n. 7. ff. de Captivis.

Cap. XI.

Mortuo *ſuffragiis alius ſuccedit. Plures depugnant ob Principatum. Vetuſtiſſimus hic mos. Longobardorum in judiciis probatio. Germani ſemper armati. Aſſenſus genus. Genus armorum. Armati in concilio. Conviviis. In templis.*

SEd quia vita hominum mollis, atque umbratilis eſt, & levior bulla quadam frangitur: ſic & fatis conceſſo Pontifici alium ſubſtituere neceſſum erat. Hinc illo mortuo, ut D. Cæſ. l. VI. Com. Bell. Gall. ſcribit, *ſi quis ex reliquis excellit dignitate, ſuccedit: aut ſi plures pares, ſuffragio Druydum allegitur: non-*

nun-

nunquam etiam armis de principatu contendunt. Et vetuſtiſſimum hoc duellum eſſe legitur. Sic David Goliathem, Romulus Acronem, Manlius Torquatus, & Valerius Corvinus Gallos interfecerunt. Et Longobardi * quotiescunque probatio deeſſet, judici per duellum fidem faciebant, Alciat. l. de duello. c. IV. pr. Et controverſias duello deciſas adducit Cujac. ad tit. IV. l. I. Feud. Hotoman. ill. 9. III. Borcholt. c. VII. n. 50. de Feud. Tiraq. de jure Princ. q. XL. ſed & ob patriæ ſalutem quandoque duellum ſuſcipitur; Ferdinand. Vaſq. ill. controv. 49. num. 18. Alciat. l. de duello. c. 3. Dux tamen non temere ſe ſiſtere debet, ne occumbens malum militibus creet, Caſtol. l. II. c. XXIX. Nec hoc mirum Germanos armis inter ſe decertaſſe. Quippe teſte Tac. in l. de Mor. Germ. nihil neque publicæ, neque rei privatæ, niſi armati agunt. Et ut turbæ placuit, conſidunt armati. Si diſplicuit ſententia, fremitu aſpernantur, ſin placuit, frameas concutiunt. Honoratiſſimum aſſenſus genus eſt, armis laudare. Arma autem illis, ut Diodor. Sic. l. V. Bibl. ſcribit, ſunt ſcuta, ad ſtaturam hominis porrecta, & inſigni proprio variegata. Quidam æneas beſtiarum imagines, tam ad defenſionem, quam ornatum

 affabre

* Longobardos a *longitudine barba* dictos, *Paul. VVarnefridus*, ipſe Longobardus, I. de geſtis Longob. 9. p. 199. pro certo habuit, vel ab extenſo ſoli, ab ipſis inhabitati, loco, von der langen Börde, ut *Meibomio* Rer. Germ. III. p. 78. *Gryphiandro* de Weichb. Sax. p. 123. aliisque hodie placet, vel a bipenni, (Hellebard) ex mente *Rudbeckij* Atlant. T. I. p. 619. ſq.

affabre factas, præferunt. Æneis præterea galeis cum magnis appendicibus, ad prolixam oſtentationem factis, impetu muniunt. Nam vel cornua affixa, vel avium quadrupedumque facies in illis expreſſas habent. Barbaricis etiam pro ſuo more tubis utuntur, quæ horridum, & bellico terrori convenientem reddunt mugitum inflatæ. Thoraces induunt ferreos & hamatos. Alii a natura tributis contenti, nudi pugnant. Pro enſibus ſpathas gerunt oblongas, ex catenis ferreis aut æneis in dextro femore oblique dependentes. Nonnulli deauratis vel inargentatis baltheis tunicas incingunt. Tum haſtas præ ſe ferunt lanceas illis dictas, quarum cuſpis ferrea, longitudine cubitos æquat, vel etiam ſuperat. Latitudo a gemino palmo non multum abeſt. Nam gladii non minores ſunt aliorum ſauniis. Sauniorum vero acies major eſt, quam gladiorum. Pars horum in directum fabricata eſt, pars incurvos per omnia habet reflexus, ut in ictu non tantum ſecent, verum etiam frangant carnes, haſtilique reducto vulnus convellant, & dilancinent. Tacit. in l. de Mor. Germ. *Quin & ad negotia, nec minus ſæpe ad convivia procedunt armati. Hinc crebræ ut inter vinolentos rixæ, raro conviciis, ſæpius cæde, & vulneribus tranſiguntur.* Diodor. Sic. l. V. *Inter ipſas quoque epulas cauſa ex jurgio quomodocunque arrepta inſurgere, & ex provocatione, nihili vitæ jacturam æſtimantes, inter ſe digladiari ſolent.* Et hunc morem Athenæus l. IV Dipnoſoph. attingit: καὶ οἱ μὲν, nempe Germani, τοὺς θυρεοὺς ὁπλοφοροῦντας ἐκ τῶν ὀπίσω παρεστᾶσιν, οἱ δὲ δορυφό-

ρυφόροι κατὰ τὴν ἀντικρὺ καθήμενοι κύκλῳ, καθάπερ οἱ δεσπόται συνευχθῶνται, id eſt, *& hi quidem ſcuta totum corpus tegentia retro deponunt; haſtati vero e regione deſidentes in cyclo, quemadmodum Domini, conſulunt.* Claudian. de Getis:

Crinigeri ſedere patres, pellita Getarum
Curia, quos plagis decorat numeroſa cicatrix,
Et tremulos regit haſta gradus, & nititur altis
Pro baculo contis non exarmata ſenectus.

Quin & templa ipſa vel lucos ſacros armati adibant. Panegyriaſtes: *Nec majores veſtri templa ingrediebantur, niſi armati.*

Cap. XII.

Autoritas *Druydarum. A tributis & militia liberi. Hinc multi doctrinam ſectantur. Romæ Profeſſoribus conceſſæ immunitates. In ſumma neceſſitate tributum pendent. Secularis Princeps a quibus non exigere poſſit. Non quit bona Eccleſiaſtica abalienare. Nullus ea ſibi vendicare poteſt. Nec in iis ſucceſſio ſpectatur.*

MAgnus autem huic ordini Druydarum fuit habitus honor; & magna privilegia conceſſa. I. Cæſ. l. VI. Com. bell. Gal. *Druydes a bello abeſſe conſueverunt, neque tributa una cum reliquis pendunt: militiæ vacationem, omniumque rerum habent*

immunitatem. Tantis excitati præmiis, & ſua ſponte multi in diſciplinam conveniunt, & a parentibus, propinquiſque mittuntur. Hoc etiam tangit Lucan. l. 1. Pharſ.

Et vos barbaricos ritus, moremque ſiniſtrum
Sacrorum Druydæ poſitis repetiſtis ab armis.

Nam non ſine gravibus cauſis proviſum eſt, ut ii, quorum opera in erudiendo & ſacrificando eluceſceret, liberi & immunes a gravibus & forenſibus cauſis eſſent. Hinc & Romæ Medici, Rhetores, Sophiſtæ, & Grammaticæ artis profeſſores immunitate donari merentur. Inſt. l 1. tit. XXV. §. Item Romæ. l. ſi duas. §. Grammatici, & §. Philoſophi, & l. ſed & reprobari §. amplius ff. eo. tit. ſed & extra numerum vacationem merentur in citata l. ſed & reprobari. §. in Roma. ff. eo. & l. 1. ff. de privileg. urb. Conſtan. & l. 1. C. de ſtud. lib. urb. Rom. l. II. Iureconſulti tamen neque a tutelis, neque a publicis muneribus vacationem habent, utpote qui cæteris aptiores, & rerum magis experti: niſi Romæ doceant, aut Principi ſint a conſiliis, quia tunc ſimiliter excuſantur, in allegata l. ſed & reprobari. §. legum vero doctores. & leg. Iurisperitos. ff. de excuſat. tut. Sed in ſumma neceſſitate tributum etiam pendere coguntur. l, 5. C de S. S. Eccleſ. Et omnes ſecundum patrimonii vires tributum pendunt, nulla privilegiorum ratione habita. l. 1. C. de indict. 10. C, 17. l. 1. C. de ope. publ. 10. C. 22. Sed nec Secularis Princeps collectam exigere poteſt a ſubditis Eccleſiaſticorum Principum, ob bona eorum in ſuo terri-

territorio ſita; ut Bartolus, Corneus, Rol. a Valle, Natta. & Mynſi. 5. Obſ. 22. Sed nec bona Eccleſiaſtica alienari poſſunt. l. jubemus. 14. C. de S. S. Eccleſ. c. nulli liceat. 5. c. ſi quis. 6. de rebus Eccleſ. Novel. 7. pr. nec quisquam eas tanquam proprias ſibi vendicare poteſt. c. ratio 3. de præbend. c. quod autem 23. q. 7. Nec in iis ſucceſſio jure conſanguinitatis permittitur. c. 1. de præd. c. non ſolvit. 15. hoc tit. c. in canonibus. §. generaliter. 16. quæſt. 1.

Cap. XIII.

Iuſtitia *hominibus neceſſaria. Iuſtiſſimi Druydæ. Religione diverſi a Romanis. Iuſtiſſimi Germani, & Scythæ non legibus, ſed bonis moribus vivunt. Philoſophos & Theologos ſuos maxime venerantur. De controverſiis publicis ſtatuunt. Concilium in finibus Carnutum. Sacerdotes vincula injiciunt, & animadvertunt. Silentium per eos in concilio imperatur. Cauſa reverentiæ. Pœnarum genera.*

SEd cum tanta Iuſtitiæ vis ſit, ut Cic. l. 11. Off. inquit, ut nec ii quidem, qui ſcelere ac maleficio paſcuntur, poſſint ſine ulla particula Iuſtitiæ vivere; neceſſario proſpectum eſt, ut viri juſtitia clari ad illam adminiſtrandam eligerentur. Remota enim juſtitia quid ſunt regna, niſi magna latrocinia? ut Auguſtin. l. IV. C. D. ſcribit. Et Druydæ juſtiſſimi ab omnibus credebantur. Strab. l. IV. Et quidem ob religionis opinionem. Vnde Lucan. lib. 1. Pharſ.

eo deductus fuit, ut ſcripſerit, vel Druydas veram religionem habuiſſe, aut nullam:

> *Solis noſſe Deos, & cœli numina vobis,*
> *Aut ſolis neſcire datum.*

Religione enim plane Romanis diverſa utebantur, ut ſuperius jam dictum. Hinc illud Boëth. l. 1. de Conſol. Phil. annum bonum non tam de magnis fructibus, quam de juſte regnantibus exiſtimandum. Plus itaque apud Germanos, referente Tac. in l. de Germ. mor. *boni mores valent, quam alibi bonæ leges.* Scite Iuſtin. ex Trogo l. 11. de Scythis Germanis hæc ſcribit: *Iuſtitia gentis ingeniis culta, non legibus. Nullum ſcelus furto gravius apud eos: quippe ſine tecti munimento pecora & armenta habentibus, quid inter ſylvas ſupereſſet, ſi furari liceret? aurum & argentum non perinde ac reliqui mortales appetunt. Lacte & melle veſcuntur. Lanæ iis uſus ac veſtium ignotus: & quanquam continuis frigoribus urantur, pellibus tamen ferinis, ac marinis utuntur. Hæc continentia illis morum quoque Iuſtitiam indidit, nihil alienum concupiſcentibus: quippe ibidem divitiarum cupido eſt, ubi & uſus. Atque utinam reliquis mortalibus ſimilis moderatio, & abſtinentia alieni foret: profecto non tantum bellorum per omnia ſecula terris omnibus continuaretur; neque plus hominum ferrum & arma, quam naturalis fatorum conditio raperet. Prorſus ut admirabile videatur, hoc illis naturam dare, quod Græci longa ſapientium doctrina, præceptisque Philoſophorum conſequi nequeunt, cultosque mores inculta barbariæ collatione*

tione ſuperari. Tanto plus in illis proficit vitiorum ignoratio, quam in his cognitio virtutis. Hinc Philoſophus ſuos, authore Diod. Sic. l. V. Bibl. & Theologos eximio honore dignantur. Namque juſtisſimi, Strabone teſte l. VII. Geogr. omnium opinione cum privata, tum publica judicia eorum fidei mandantur. Hinc fere, ut D. Cæſ. l. VI. Comm. Bell. Gall. ait, *de omnibus controverſiis publicis, privatisque conſtituunt. Certo etiam anni tempore in finibus Carnutum, quæ regio totius Galliæ media habetur, conſidunt in loco conſecrato: huc omnes undique, qui controverſias habent, conveniunt, eorumque decretis, judiciisque parent. Et ſi quid eſt admiſſum facinus, ſi cædes facta, ſi de hæreditate, de finibus controverſia eſt, iidem decernunt, & præmia pœnaſque conſtituunt.* * Cæterum nec vincire, author eſt Tacit. in l. de Germ. Mor. nec animadvertere, nec verberare quidem, niſi ſacerdotibus permiſſum: non quaſi in pœnam, nec ducis juſſu, ſed velut; Deo imperante. Silentium etiam per Sacerdotem, quibus tum & coërcendi jus eſt, in concilio imperatur. De Græcis ſcite ſane Natal. Comes

l. IX.

* Capitis ſupplicium reis inferre nullæ olim laborabat infamiæ nota. Antiquiſſimis temporibus ipſi ſacerdotes & Druides jus exſequebantur, vinciebant, verberabant, teſte *Cæſare* L. V. Confer Cel. *Keyslerum* in Antiq. Sel. Sept. & Celt. p. 166. ſeq. De Henrico Duce Luneburgenſi ſuſpendii pœnam exſequente legatur *Krantzius* Saxon. L. X. c. 30. p. 278. De Balduino Comite Flandriæ *Lipſius* Monitor. & exempl. Politic. L. 2. c. 9.

l. IX. Mythol. ſcribit, quod effectum fuerit, ut magna reverentia & ſacrificiis, ac religioni Deorum, & ſacerdotibus ipſis acceſſerit, cum ſacerdotes e nobiliſſimis tantum familiis eligerentur, & omnibus publicis conſiliis intereſſent apud Græcos: nam tanquam Diis præſentibus, quibus nihil ignotum exiſtimare debemus, ita præſentibus ſacerdotibus, Mantibus ſcilicet apud Athenienſes, ac Auguribus Regi apud Lacedæmonios aſſidentibus, omnia publica proponebantur conſilia. Neque ante vel publica, vel privata negotia magni ponderis ulla poſt conſultationem aggrediebantur, quam Oraculum Delphicum, aut Ammonium, aut Dodonæum, aut aliquo pacto Deorum ipſorum voluntatem conſuluiſſent. Sic ſequentibus poſtea temporibus fuit in more poſitum, deinde legibus etiam confirmatum, ut ſenatus legitime non niſi in Templis Deorum; aut in locis ſacris poſſet haberi: tanquam omnium quæ agerentur, ac dicerentur, & conſcientiæ, æquitatisque ſuæ teſtes Deos ipſos facerent. Poſtea vero ſapientiſſimi legum civilium latores ſinguli varios Deos ſuarum legum autores introduxerunt, cum lex omnis levis ſit & inanis habita, quæ Deorum immortalium conſenſum non haberet. Inde cœpit priſca antiquorum Theologia, ſtudia, mentesque hominum ad ſe allicere. *Hæc ille*. Hinc apud concilium Druydarum, ut ex D. Cæſ. l. VI. Comm. Bell. Gall. & Tac. in l. de Mor. Germ. patet, licet accuſare quoque & diſcrimen capitis intendere. Diſtincto pœnarum ex delicto. Proditores & transfugas arboribus ſuſpendunt, ignavos & imbelles, & corpo-

re

re infames cœno, ac palude, injecta inſuper ferrea crate mergunt. Diverſitas ſupplicii illuc reſpicit, tanquam ſcelera oſtendi oporteat, dum puniuntur, flagitia abſcondi. Sed & levioribus delictis pro modo pœnarum, equorum, pecorumque numero convicti multantur. Luitur enim etiam homicidium certo armentorum ac pecorum numero, recipitque ſatisfactionem univerſa domus, utiliter in publicum, quia periculoſiores ſunt inimicitiæ juxta libertatem. Sed & pars multæ Regi, vel civitati, pars ipſis, qui vindicatur, vel propinquis ejus exſolvitur.

Cap. XVI.

Severitas *adhibenda. Hinc Druydæ præfractis ſacris interdicebant. Apud Græcos idem mos. Excommunicati. Bannum? Ejus vis. Banniti non ſunt membra Imperii. Amittunt privilegia. Diale fulmen. Sepultura antiquitus impiis denegata. Uti & uſurariis. Judæis. Excommunicatis, Αὐτοχείροις.*

SEveritas neceſſaria eſt ad excitandam religionem: ſiquidem ſine ea imperium nullum, nedum religio ſalva diu eſſe poteſt. Itaque & pœna ad coërcendos hominum animos excogitata eſt, ne Imperium vel religio labaſceret. Namque, ſi quis aut privatus aut publicus, teſte Jul. Cæſ. l. VI. Comm. bell. Gall. Druydarum decreto non ſtetiſſet, ſacrificiis interdicebant. Hæc pœna apud eos graviſſima. Quibus ita erat interdictum, ii numero impiorum

ac ſceleratorum habebantur, ii omnes decedebant, aditum ſermonemque defugiebant, ne quid ex contagione incommodi acciperent: nec iis petentibus jus reddebatur, nec honos ullus communicabatur. Quod & apud Græcos fuit obſervatum, ut Euripides in Iphig. in Taur. refert:

- - πρῶτα μὲν ὐδεὶς ξένων
Ἑκὼν ἐδέξαθ᾽, ὡς θεοῖς ϛυγύμενον.
Οἳδ᾽ ἔσχον αἰδῶ, ξένια μονοτράπεζά μοι
Παρέσχον οἴκων, ὄντες ἐν ταυτῷ ϛέγῃ.
Σιγῇ δ᾽ ἐτεκτήναντ᾽ ἀπόφθεγκτόν μ᾽, ὅπως
Δαιτὸς γενοίμην πώματός τ᾽ αὐτῦ δίχα.

- - primum quidem nemo hoſpitum
Volens me accipiebat, tanquam inviſum Diis.
Deinde ſi qui pudore ducti acceperunt, hi mihi domus
Separatum conclave ſoli aſſignabant, ſub eadem tegula
Manentes, paratuque tacito & vix vili leviter ſalutatu dignantur,
Vt ſemotus ipſis eſſem a communione potus & cibi.

Et horum exemplo poſteris temporibus depravatum ſeculum etiam innixum fuit, & excommunicatos dixit illos, quibus nefas erat, religionem adire, aut quicquam de hac agere: ſed & innocentibus infixum legimus. Excommunicati autem membra Eccleſiæ eſſe deſinunt. c. decernimus. de ſent. excomm. l. 6. & pro mortuis habentur. c. nihil. l. I. q. 3. Et bannum hodie vocatur, quibus aqua & igni interdictum eſt, ita ut a nemine in tutelam recipian-

piantur, ſed ab omnibus tam in perſona, quam in bonis offendi poſſint. n. 4. Et banniti non ſunt membra imperii, ſed reputantur pro mortuis. l. 65. §. 12. ff. de Socio. Et ſimiles ſunt deportatis, Gail. 2. d. P. P. c. 1. n. 19. Vniverſitas etiam bannita amittit omnia privilegia. gloſſ. in c. fin. in verb. expreſſi de proc. Sed & excommunicatio ſeu proſcriptio fulmen nominatur, ut ex authoribus liquet. Petron. Arb. in Satyr. Intremuit poſt hoc fulmen attonitus, jugulumque detexit. Apulej. Metam. VIII. Sed Charite vocem nefandam & horridam deteſtata eſt, & veluti gravi tonitru procellaque ſideris, vel etiam ipſo Diali fulmine percuſſa corruit corpus & obnubilavit animam. Latin. Pacat. in Panegyr. Hinc reorum usque ad damnationem metus, poſtea attonitus ſtupor. Sed & ſepultura antiquitus denegabatur impiis, & Deorum inimicis, & publicarum calamitatum authores erant illis regionibus, in quibus eſſent ſepulti: niſi id oraculi juſſu factum fuiſſet; ſicuti de Oedipode ſcriptum reliquit Lyſimachus Alexandr. l. XIII. de rebus Theban. Οἰδίπου δὲ τελευτέσαντος, καὶ τῶν Φίλων ἐν Θήβαις θάπτειν αὐτὸν διανουμένων, ἐκώλυον οἱ Θηβαῖοι, διὰ τὰς προγεγενημένας συμφορὰς, ὡς ὄντος ἀσεβοῦς. οἱ δὲ κομίσαντες αὐτὸν εἴς τινα τόπον τῆς Βοιωτίας καλούμενον Κεὸν, ἔταψαν αὐτόν. γιγνομένων δὲ τοῖς ἐν τῇ χώρῃ κατοικοῦσιν ἀτυχημάτων τινῶν, οἰηθέντες αἰτίαν εἶναι τὴν Οἰδίπου ταφὴν, ἐκέλευον τοὺς Φίλους ἀναιρεῖν αὐτὸν ἐκ τῆς χώρας, οἱ δὲ ἀπορούμενοι τοῖς συμβαίνουσιν, ἀνελόντες ἐκόμιζαν εἰς Ἐτεωνόν. βουλόμενοι

μενοι δὲ λάθρα τὴν ταφὴν ποιήσασθαι, καταθάπτουσι νεκρὸν ἐν ἱερῷ Δήμητρος, ἀγνοήσαντες τὸν τόπον, καταφανοῦς δὲ γενομένου, πέμψαντες οἱ τὸν Ἐτεωνὸν κατοικοῦντες, τὸν θεὸν ἐπηρώτων τί ποιοῦσιν. ὁ δὲ θεὸς εἶπε μὴ κινεῖν τὸν ἱκέτην τῆς θεοῦ, διόπερ αὐτοῦ τέθαπται, id eſt, *Cum mortuus eſſet Oedipus, eumque amici illius Thebis ſepelire pararent, Thebani ob præteritas calamitates, quia is eſſet impius, id facere vetuerunt. tunc illi in locum quendam Bœotiæ Ceum nomine aſportantes illum ſepelierunt: cum vero quædam calamitates regionem invaſiſſent, loci ejus incolæ rati ſunt cauſam illarum eſſe, quod ibi ſepultus eſſet Oedipus, quare juſſerunt ejus amicos ipſum efferre de regione. Illi ob illa quæ contigerant ambigui quid ſibi agendum ſit, eum capientes in Eteonum detulerunt: qui cum vellent eum clam ſepelire per noctem in loco ſacrato Cereri humarunt, qui locus eſſet ignorantes. Verum cum res cognita fuiſſet, incolæ Eteoni miſerunt ad oraculum qui per conctarentur, quid eſſet agendum: quibus reſponſum fuit ſupplicem Deæ non eſſe removendum, quare ibi demum ſepultus eſt.* Et etiamnum quibusdam hominibus ſepultura denegatur Eccleſiaſtica: nempe Vſuratiis manifeſtis. c. 3. extran. de Vſuris. Clem. I. de ſepult. Furibus & latronib. in flagranti crimine occiſis. c. 2. extr. de furt. c. pen. 23. q. 5. Judæis. c. Eccleſiam. c. 5. ſeq. de conſcr. diſtin. 1. Excommunicatis cum ſacris. 12. ext. de ſepult. c. ad hæc 5. de privil. αὐτοχείροις. Placuit. 23. q. 5.

CAP.

Cap. XV.

Bella *inhibent. Autoritas Sacerdotum apud Romanos. Lictor pracedebat. Sella curulis. Lectica. Galerus. Carpentum. Veſtalium dignitas.*

TAntæ autem autoritatis erant, ut Martem collaturi, teſte Strabone l. IV. Geogr. illis jubentibus deſiſterent. Diod. Sic. l. V. Bibl. His ut & melicis Poëtis, non in pacis ſolummodo negotiis, ſed etiam bellis, tam hoſtes, quam amici auſcultant. Hi inter adverſas ſæpe acies, dum ſtrictis enſibus, & protentis haſtis inter ſe exercitus propugnant, in medium progreſſi, ac ſi beſtias incantamentis cicurarent, prælia dirimunt. Sic apud ferociſſimos quoque Barbaros ſapientiæ ira cedit, & Mars reveretur Muſas. Sed & apud Romanos in tantum honoris culmen pontificatus, & eo excellentiæ crevit, ut Cn. Cornelio Prætori, quod M. Æmylio Lepido Pontifici Max. convitium feciſſet, multa dicta fuerit, ipſumque regiæ dignitati proximum crederent. Nam & lictor apparebat, & curuli regia ſella ac lectica inſignis erat, quam ante veſtibulum conſpicuam habere ſolebat: ad cujus fores pro ſplendore dignitatis viridis laurus affixa videbatur. Cumque cæteri honoribus functi, rationem adminiſtrati muneris reddere cogerentur; Pontifex tamen Max. pro majeſtate geſti honoris rationem dare maxime cogi poterat; ipſisque pro

imperio & poteſtate quoque plus dignitatis foret, cum galero eſſe, & carpento, ut reliquis ſacerdotibus, ingredi licebat. Quippe Pontifici proprium inſigne erat galerus, ſicut lituus auguribus, paludamentum Imperatoribus, diadema Regibus. Et cum in Capitolium nulli fas foret, carpento vehi, ſolis Pontificibus, Sacerdotibusque Tarpejum aſcendere carpento licuit. Ad eumque ſi qui noxii confugiſſent ea die a pœna immunes erant, Alex. ab Alex. l. 11. c. VIII. Gen. dier. Veſtalium * quoque apud Romanos Virginum olim ſumma fuit dignitas, nec alterius divini cultus crebrior in Romanis hiſtoriis fit mentio, quam Veſtalis. His ſtipendium Numa de publico ſtatuit, & eas perpetua virginitate, aliisque ceremoniis venerabiles fecit. Carpento utebantur, magiſtratusque illis aſſurgebant: ſi cui forte occurriſſent ad ſupplicium rapto, is mortis pœnæ eximebatur. Jusjurandum autem exigebatur a Virgine fortuitum fuiſſe & inconſultum, nec præmeditatum occurſum. Plutarch. in Numa, A. Gellius. l. I. c. XII. Noct. Attic. Alex. ab Alex. l. V. c. XII. Gen. dier.

* De virginibus Veſtalibus præter *Lipſium* pec. tractat. vid. *Saubertus* de ſacrific. cap. VIII. *Caſalius* de Urb. Rom. p. 372. *Jo. Braunius* de Veſtit. Sacerdot. p. 537-542. *Licetus* de Lucernis p. 38. 190. 415. *Ezech. Spanhemius* in Diatriba de Nummo Smyrnæorum ſ. de Veſta & Prytanibus Græcor. T. V. Theſ. *Græv.* *Th. Hyde* de religione Perſarum p. 142. ſeqq.

CAP.

CAP. XVI.

De diſcipulis *Druydarum. Ab his juramentum exigi ſolitum. Tempus inſtitutionis. Filii non aderant parentibus. Romanorum diſcipuli. Romani pueros alebant adminiſtratores. Pueri Alexandrini. Etiam ætate grandiores. Calamiſtrati in miniſterio. Puellæ quoque miniſtrabant.*

TAntis excitati honoribus & præmiis ut D. Cæſ. l. VI. Com. bell. Gall. refert, & ſua ſponte multi in diſciplinam conveniunt, & a parentibus, propinquisque mittuntur. Itaque annos nonnulli, vicenos in diſciplina permanent. Juramentum autem prius in omni diſciplina deponere debebant. Sic enim Vettius Valens Antiochenus l. VII. quem V. Cl. Seldenius in prolog. de Diis Syris adducit, juramentum hoc literis mandavit: ἐντυγχάνοντας ὁρκίζω ΗΛΙΟΥ μὲν ἱερὸν κύκλον καὶ ΣΕΛΗΝΗΣ ἀνωμάλους δρόμους, τῶν τε λοιπῶν ΑΣΤΕΡΩΝ δυνάμεις καὶ κύκλον ΔΥΟΚΑΙΔΕΚΑ ΖΩΔΙΩΝ ἐν ὑποκρύφοις ταῦτα ἔχειν καὶ τοῖς ἀπαιδεύτοις ἢ ἀμυήτοις μὴ μεταδιδόναι, τιμὴν τε καὶ μνήμην τῷ εἰσηγησαμένῳ ἀπονέμειν. εὐορκοῦσι μὲν εὖ εἴη καὶ καταθύμιοι οἱ ΠΡΟΚΕΙΜΕΝΟΙ ΘΕΟΙ. ἐπιορκοῦσι δὲ τὰ ἐναντία, hoc eſt, *omnes qui inciderint, adjuro per ſacrum Solis circulum, inæquales Lunæ curſus, reliquorumque Siderum vires, & Signiferum circulum, ut in reconditis hæc habeant; nec indoctis aut profanis communi-*

 ni-

nicent, ſed præceptoris memores ſint, eique honorem tribuant. Dii jam dicti ſancte jurantibus dent, quæ velint; pejerantibus contraria. Et notabile Hippocratis jusjurandum, cujus adjurationem ſuperius habes; nunc alterum ſubnecto membrum: ἡγήσασθαι δὲ τὸν διδάξαντά με τὴν τέχνην ταύτην. ἶσα καὶ γενετῇσι ἐμοῖσι, καὶ βίου κοινώσασθαι, καὶ χρεῶν χρηΐζοντι μετάδοσιν ποιήσασθαι, καὶ γένος τὸ ἐξ ἑωυτέου ἀδελφοῖς ἴσον ἐπικρινέειν ἄῤῥεσι, καὶ διδάξειν τὴν τέχνην ταύτην, ἢν χρηΐζωσι ἄνευ μισθοῦ καὶ ξυγγραφῆς, παραγγελίης τε, καὶ ἀκροήσιος, καὶ τῆς λοιπῆς ἁπάσης μαθήσιος μετάδοσιν ποιήσασθαι υἱοῖσί τε ἐμοῖσι καὶ τοῦ ἐμὲ διδάξαντος, καὶ μαθηταῖς συγγεγραμμένοις τε καὶ ὡρκισμένοις νόμῳ ἰητρικῷ, ἄλλῳ δὲ οὐδενί, id eſt, *tributurum me Præceptori meo, a quo hanc artem edoctus ſum, non minus quam parenti, a quo ſum genitus: vitam cum eo communicaturum, res omnes, quas illi neceſſarias eſſe intelligam pro viribus meis miniſtraturum: progeniem ejus fratrum loco habiturum, hanc artem ſine mercede, & ſine pactionibus edocturum: præcepta omnia libere & fideliter traditurum meis & Præceptoris mei liberis, cæteriſque diſcipulis, qui ſe legibus medicinæ aſtrinxerint atque jurati fuerint, alii præterea nemini.* Interea temporis, dum diſcipulis operam dabant, non exibant, nec parentibus adeſſe fas erat: ut D. Cæſ. lib. VI. Comment. belli Gall. tradit; *In reliquis vitæ inſtitutis hoc fere a reliquis differunt, quod ſuos liberos, niſi cum adoleverint, ut munus militiæ ſuſtinere poſſint, palam ad ſe adire non patiantur; filiumque*

quæ puerili ætate in publico conſpectu patris aſſiſtere turpe putant. Sed & memorabile exemplum hujus rei apud Bonfin. lib. VII. 1 Decad. & Cranz. l. III. Dan. c. 3. tradunt; hiſce verbis: „Sub Adoino „Rege Longobardi ſuperato Danubio, inferiores „Pannoniæ partes occuparunt. Thoriſmundus Ge„pidarum Rex in ſuperiore Pannonia eis ſe objecit. „Eo in prælio Alboinus, Adoini filius ephebus, „Thoriſmundum Gepidarum Regis filium in acie „occidit. Cum Adoinus filium propter ætatem „nondum menſa ſua dignaretur, ſed inter famulos „juberet accumbere: Proceres Regem admonue„re, ut eum, qui prope ſolus victoriam peperiſſet, „honoratiore loco ad latus ſuum ſibi adjungeret. „Quibus Rex: necdum, *inquit*, filius hoc meruit; „cum opima ex hoſte ſpolia nondum retulerit. Id „audiens Alboinus, per inducias Regem Gepida„rum convenit, & filii a ſe cæſi arma popoſcit. Mi„ratus Rex Juvenis audaciam illum menſæ ſuæ adhi„buit, eo loco quem Thoriſmundus occupare ſo„lebat, mox mero incaleſcens, cum alto ſuſpirio: „Locum, *inquit*, hunc Regis filius tenet: ſed alium „oculi mei requirunt. Tum alius quidam filio„rum, non ignorans, quid pater loqueretur: juve„nili ardore excanduit: cœpitque inter milites rixa, „quod Longobardi ob periſcelides candidas irride„rentur a Gepidis, quaſi jumentorum more candore „pedum probari vellent. Ad quam vocem qui„dam ex Longobardis acerbius reſpondens: Iſte, „inquit, campus oſtendit, qui Gepidarum oſſibus „exalbuit, qui viri ſint Longobardi. Cum ad arma

 „con-

„conſurgerent, Rex ſe medium inferens, gladios „ſtringere prohibuit, ne hoſpitales Deos irritarent: „adeoque Alboino arma filii donavit, lætumque re„miſit ad ſuos. Adoinus filii robur miratus, eum „deinceps menſæ ſuæ adhibuit.“ Sed & apud Romanos in Gymnaſio diſcipuli arƈte ſervabantur, ut Petron. Arbiter in Sat. teſtatur: „Nunc & rerum „tumore, & ſententiarum vaniſſimo ſtrepitu hoc „tantum proficiunt, ut cum in forum venerint, „putent ſe in alium terrarum orbem delatos. *Senec.* „*l. II. Controv.* Agedum produc iſtos declamato„res a ſchola in forum, cum loco mutabuntur. Ve„lut in aſſueta claſſe, & dileƈta umbra corpora ſub „dio ſtare non poſſunt. Non enim imbrem ferre, „non Solem ſciunt, vix ſe inveniunt. Aſſueverunt „enim ſuo arbitrio diſerti eſſe. Cum in forum „ventum, aut deficiunt aut labant. *Idem in proœm.* „*l IX. Controv.* Itaque velut ex umbroſo & obſcuro „prodeuntes loco claræ lucis fulgor obcæcat. Sic „illos a ſcholis in forum tranſeuntes omnia tan„quam nova & inuſitata perturbant.“ Nihilominus tamen Romani magnos cætus puerorum alebant, ut miniſtrarent iis in publico & præſentibus convivis. Vlpian. l. quæſitum. §. 32. ff. de juſt. vel inſtrum. leg. & miniſtratores erant. Cic. l. II. de finibus: Adſint etiam formoſi pueri, qui miniſtrent. Juven. Sat. IX.

- - Puerum te
Et pulcrum, & dignum cyatho. - -

Lucianus: καὶ παῖδες ἡμῖν παρέστηκέναι οἰνοχόοι κα-

καλοὶ, *& pueri nobis adſtabant infundentes vinum pulcri.* Tertull. de jejun. c. IX. *fratres ejus potum. præferentes œnophoris regiis, atque exinde formoſiores, ne quis de ſpecie quoque corpuſculi metuat.* Julian. Miſop. οὐ κρεῖττον ἦν ὀδωδέναι μύρων τὴν ἀγορὰν βαδίζοντός σου, καὶ παῖδας ἡγεῖσθαι καλοὺς, εἰς οὓς ἀποβλέπουσιν οἱ πολῖται, id eſt, *non optimum erat ſpirare odorem unguentorum, in forum ſe conferenti, & pueros adducere pulcros, in quos oculos conjiciunt cives.* Et hi pueri Alexandrini κατ' ἐξοχὴν dicebantur. Capitol. in Vero: Adduxerat ſecum & fidicinas & tibicines, & hiſtriones, ſcurraſque mimarios, & præſtigiatores, & omnia mancipiorum genera, quorum Syria & Alexandria paſcitur voluptate. Sed & delecti huic muneri ætate grandiores: καλοῦνται δὲ παῖδες οἱ δοῦλοι κἂν ὦσι πρεσβύτεροι, ait Pollux. Miniſtratores autem plene deſcribit Philo in l. περὶ βίου θεωρητ. καὶ πορείαις ἐπιστημονικῶν ἀνδρῶν ἠκριβώμενα διακονικὰ ἀνδράποδα εὔμορφότατα, καὶ περικαλλέστατα. τούτων οἱ μὲν παῖδες ἔτι ὄντες οἰνοχοοῦσι ὑδροφοροῦσι, οἱ μὲν βούπαιδες λελουμένοι, καὶ λελ[ε]ασμένοι, τὰ δὲ πρόσωπα ἐκτρίβωνται καὶ ὑπογράφονται, καὶ τὰς τῆς κεφαλῆς τρίχας εὖ πως διαπλέκονται σφηκούμενοι, βαθυχαῖται γάρ εἰσιν, ἢ μὴ κ[ειρ]όμενοι, id eſt, *& itineribus ſcientiſſimorum hominum ſcite magno ſtudio præfecta mancipia pulcerrima, & formoſiſſima. Horum quidem pueri partim vino infundendo, aut aquæ immiſcendæ præfecti: alii quidem adoleſcentuli, loti, & lavandi, corpora fricant, & depingunt: capitiſque comas bene pectunt, torquentes,*

tes, denſas comas habentes, neque detondentes. Impendio enim curabant, ut haberent calamiſtratos in miniſterio. Sen. ep. CXX. *Si pertinere ad te judices, quam crinitus puer poculum tibi porrigat.* Hieronymus ad Salvinam; *Non ambulet juxta te calamiſtratus procurator.* Et Clemens Alexandrin. l. III. c. IV. Pædag. *Intro autem confluunt cinædorum turbæ lingua effrenatæ, ſcelerati quidem corpore, & ſcelerati oratione, ad miniſteria impudica viriles, adulterio deſervientes, impudice ridentes, & ſuſurrantes, & fornicatorium ac cinædicum ad laſciviam ſonum per nares edentes, impudicis verbis & figuris delectare conantes, & ad riſum, qui eſt fornicationis præcurſor, provocantes.* Legimus inſuper puellas quoque miniſtraſſe. Apulej. de Deo Socrat. *Famulas calamiſtratas.* Idem II. Mil. *puellæ ſcitulæ miniſtrantes.* Hieronymus ad Ruſtic. *Simul inire convivia, ancillas juvenes habere in miniſterio.* Pherecrates:

Κοραὶ δ' ἀμπεσχόναισι τριχύφοις ἀρτίως,
Ἠ' βαλλιῶσαι, καὶ τὰ ῥόδα κεκαρμέναι,
Πλήρεις κύλικας οἴνου μέλανος ἀνθοσμίου,
Ἤντλουν διὰ χώνης τοῖσι βουλομένοις πιεῖν.

Puellæ vero in amictu piloſo modo,
Vel tripudiantes, & bene olentia detergentes,
Implent pocula vino nigro odorifero,
Exhauriunt per infundibulum volentibus bibere.

CAP.

Cap. XVII.

Diſcipuli *verſus ediſcebant. Prima ætate Poëtæ legendi. Pædagogi. Scholaſtici. Rhetor. Sophiſta. Orator. Non maturabant diſcipulos ſuos. Cauſa.*

Diſcipuli itaque Druydarum magnum numerum verſuum ediſcere dicuntur. teſte Cæſ. l. VI. Com. Belli Gall. & id duabus de cauſis inſtituiſſe videtur: quod nec in vulgus diſciplinam efferri velint: nec eos, qui diſcunt, literis confiſos, minus memoriæ ſtudere; quod fere plærisque accidit, ut præſidio literarum diligentiam in perdiſcendo, ac memoriam remittant. Hoc etiam Petronius Arbiter in Sat. ſuadet:

- - Det primos verſibus annos,
Mæoniumque bibat felici pectore fontem.

Lucian. Lexiph. ἀρξάμενος δὲ ἀπὸ ἀρίστων ποιητῶν καὶ ὑποδιδασκάλοις αὐτοὺς ἀναγνοὺς, μέτιθι ἐπὶ τοὺς ῥήτορας καὶ τῇ ἐκείνων φωνῇ συντραφεὶς, ἐπὶ τα Θουκυδίδου καὶ Πλάτωνος ἐν καιρῷ μέτιθι, id eſt, *incipiens vero a Poëtis optimis, & præceptoribus vitæ audiendis, poſtea ad Rhetoras, & in ipſorum voce exprimenda verſatus, tandem ad Thucydidis & Platonis ſcripta in tempore vertatur.* Jul. Severian. *Neceſſaria Orationum frequens lectio, & Hiſtoriarum, & Carminum.* Serv. Eccl. IV. *Bono ordine primo Poëtas, deinde Hiſtoricos, deinde Philoſophos legendos dicit.* Pædagogi autem ſeu informatores juventutis Scholaſtici nominabantur apud Romanos.

Antoninus Imp. in l. de vita ſua: καὶ τὸ μήτε ἄντινα εἰπεῖν, μήτε ὅτι οἰκογενὴς ἀέριακλος, μήτε ὅτι σχολαστικὸς, ἀλλὰ ὅτι ἀνὴρ πέπειρος, *& hoc neque alii dicturus, neque quia Sophiſta, neque quia domi noſtræ natus, vernaculus, neque quia Scholaſticus, ſed quia vir adultus.* Et Rhetores eodem nomine vocabantur. Author Dial. de claris Orat. *Adoleſcentuli deducuntur in ſcenas Scholaſticorum, quas Rhetoras vocant.* Lucian. Rhetor. præc. ἐρωτᾷς, ὅπως ἂν ῥήτωρ γένοιο, καὶ τὸ πάνδημον ὄνομα σοφιστὴς εἶναι δόξης, id eſt, *interrogas, quomodo Rhetor fiat, & univerſale nomen Sophiſta honoris eſt.* Marius Victorin. Comment. ad l. 1. Cicer. de Invent. ita definit Rhetorem & Sophiſtam: *Rhetor eſt, qui docet literas, atque artes tradit eloquentiæ. Sophiſta eſt, apud quem dicendi artificium diſcitur.* Advocati etiam Scholaſtici vocantur. l. 2. Cod. Theod. de conceſſ. advoc. l. Præter. C. de lucr. advocat. Et Scholares. l. quotiens. 3. C. de privil. Scholar. Iul. Severianus: *Veteres Oratores legendi ſunt & præſentes audiendi. Super hæc frequenter ſcribendum, agendum & declamandum. Et oratoriis artibus nemo inſtrui poteſt, niſi cui ingenium & frequens ſtudium. Primum animi ſit quædam naturalis potentia, tum vox, latus, decor, frugalitas, laboris patientia.* Et optime quidem Druydæ diſcipulos ſuos non maturabant, ne optima ingenia præcoci feſtinatione corrumperentur. Quod & Petronius Arbiter optime in Satyr. tractat: *Primum enim ſicut omnia, ſpes ſuas ambitione donant: deinde cum ad vota properant, cruda adhuc ſtudia in forum propellunt,*

lunt, & eloquentiam, qua nihil majus eſſe confitentur, pueris induunt adhuc naſcentibus. Quod ſi paterentur librorum gradus fieri, ut ſtudioſi juvenes lectione ſevera mitigarentur, ut ſapientiæ præceptis animos componerent, ut verba atroci ſtylo effoderent, ut, quod vellent imitari, diu audirent, ſibi nihil eſſet magnificum, quod pueris placeret: jam illa grandis oratio haberet majeſtatis ſuæ pondus. Nunc pueri in ſcholis ludunt, juvenes videntur in foro, & quod utroque turpius eſt: quod quisquis perperam diſcit, in ſenectute confiteri non vult. Recte itaque Author Dial. de clar. Orat. ſcribit, animum primum honeſtis artibus imbuendum, ſic memorans: „Hæc ſibi illi veteres perſuadebant, ad hæc efficienda intelligebant" opus eſſe, non ut Rhetorum ſcholis declamarent," nec ut fictis, nec ullo modo ad veritatem accedenti-" bus controverſiis linguam modo & vocem exer-" cerent: ſed ut iis artibus pectus implerent, in qui-" bus de bonis ac malis, de honeſto ac turpi, de juſto" & injuſto diſputatur."

Cap. XVIII.

Græcis *Celtæ literis uſi. Tabulæ Bojorum. Tumuli & monumenta Græcis literis inſignita. Tuyſcon literas apud Celtas invenit. Saxa Sueonum. Formæ literarum priſcarum. Cadmus Græcarum author. Similes Galathis. Authores literarum. Aeternæ literæ.*

Cre-

CRedendum tamen non eſt, Celtas ſeu Germanos * penitus caruiſſe literis; quippe Cæſ. l. IV. comm. Bell. Gall. ſcribit; *eos in reliquis fere rebus publicis, & privatis rationibus Græcis literis uti.* Et l. 1. tradit *in caſtris Helvetiorum tabulas repertas eſſe literis Græcis confectas, & ad Cæſarem perlatas, quibus in tabulis nominatim ratio confecta erat, qui numerus domo exiiſſet, eorum qui arma ferre poſſent, & item ſeparatim pueri, ſenes, mulieresque: quarum omnium rerum ſumma erat, capitum Helvetiorum* CCLXIII. *Tulingorum millia* XXXVI. *Latobrigorum* XIIII. *Rauracorum* XXIIII. *Bojorum* XXXII. *Ex his qui arma ferre poſſent, ad millia* XCII. *Summa omnium fuerunt ad millia* CCCLXVIII. Et Tacit. in l. de Mor. Germ. tradit monumenta & tumulos quosdam Græcis literis inſcriptos in confinio Germaniæ Rhetiæque adhuc extare. Aventinus l. 1. Annal. Bojor. tradit Tuyſconem literas quoque inveniſſe. *Roxolani adhuc*, inquit, *propriis utuntur, non diſſimiles Græcis. Servatur Reginoburgi in templo B. Haimerani vetuſtiſſimum diploma a Carolo M. datum Latino quidem ſermone, aliis tamen literarum ſignis ſcriptum. Longobardas quidam, alii Græcas arbitrantur; perquam ſimiles ſunt Græcis.* Noſter profecto ſermo præcipue Saxonum literarum natura & poteſtate, diphthongorũ vi & numero, pronunciatione ſyllabarum, declaratione, articulis, accentu, (quos & noſtra lingua

* De Germanis literarum ſecreta olim ignorantibus vid. *Heumanni* Poecile T. I. P. V. n. 9.

lingua tonos vocamus) ratione loquendi, cæteriſque hujusmodi dictionum proprietatibus maximam habens communitatem, plurimum retinet cum Græcorum lingua, rectiusque Græcis ſcribitur literis. Infinita ſunt vocabula, quæ nobis Germano-Græca. *Nec credendum eſt*, ut I. Magnus lib. I. Hiſtor. Suec. cap. VII. refert, *ipſos Aquilonares omnino caruiſſe ſcriptoribus rerum a ſe magnifice geſtarum, cum longe ante inventas literas Latinas, & antequam Carmenta ex Græcia ad oſtia Tyberis, & Romanum ſolum cum Euandro perveniſſet, expulſisque Aboriginibus gentem illam rudem mores & literas docuiſſet, Gothi ſuas literas habuerint. Cujus rei indicium præſtant eximiæ magnitudinis ſaxa, veterum buſtis ac ſpecubus apud Gothos affixa: quæ literarum formis inſculpta perſuadere poſſint, quod ante univerſale diluvium, vel paulo poſt gigantea virtute ibi erecta fuiſſent.* Literæ vero hæ:

a b c d e f g h i k l m



n o p q r s t u w x y z



His apicibus res geſtas in lapidibus exprimentes ſempiternæ hominum memoriæ tradiderunt. Easdem etiam P. Lindebergius in comm. rer. memorab. tradit. Xenophon quoque author eſt, Cadmum intu-

intuliſſe Græciæ literas ſimiles Galathis & Mæonicis magis quam Phœnicibus. Igitur ante Cadmum fuere literæ, Philoſophia, carmina, Theologia, & leges Germanis & Gallis per multa ſecula & ætates. I. Annius in comm. in Beroſ. Primos autem literarum inventores, ſequentes complectuntur verſus:

Moſes * *primus Ebraicas exaravit literas:*
Mente Phœnices ſagaci condiderunt Atticas.
Quas Latini ſcriptitamus, edidit Nicoſtrata:
Abram ** *Syrus, & idem repperit Chaldaicas:*
Iſis arte non minori protulit Ægyptias:
Vlphilas *** *prompſit Getharum, quas videmus ultimas.*

Hos

* De literis Hebraicis a Moſe repertis vide S. *Cyrillum Alex.* libr. VII. in Iulianum p. 231. *Iſidorum Hiſpalenſem* L. I. Originum cap. 3. *Lil. Gyraldum* dialogo I. de Poëtis p. 13. *Th. Bangium* in Cœlo Orientis Exercit. I. p. 5. *Iſaac Jaquelotium* in diſſert. de exiſtentia Dei diſſ. I. Cap. 23. p. 288 ſqq. aliosque, quos laudat Cel. *Fabricius* Cod. Apocryph. V. T. Tom. I. p. 827. & T. II. p. 117.

** Confer, ſi placet *Voſſium* L. I. Ariſtarchi cap. 9. *Petr. Lambecium* Prodromi Hiſt. literar. p. 43. ſqq. *Huetium* Demonſtrat. Evang. p. 284. 286. & 293. (ubi Samaritanas literas in Chananæam ab Abrahamo illatas conjicit) & *Guil. Nicolſium* in erudito Poëmate de litteris inventis, quod in libros ſex diviſum, Londini A. 1716. 8. prodiit, p. 1. 275.

*** De literarum Runicarum origine conſule *Bonav. Vul-*

Hos autem P. Crinitus de honeſt. diſcipl. l. XVII. c. I. habet. Iuſtinus Martyr in Orat. ad Gentes: *Græcorum enim nondum extabant, pro eo atque ipſi etiam literarum magiſtri aſſerunt: Cadmum eas primum a Phœnice allatas Græcis tradidiſſe docentes.* Tertullian. in Apol. c. XIX. *Audiſtis Moſen Achivo Inacho parem ætate octingentis pene annis ante V. C. centum ſeptuaginta Danaum ipſum apud vos vetuſtiſſimum prævenit: trecentis circiter cladem Priami antecedit, poſſes etiam dicere quingentis, & Homerum habens, quem ſequare. Cæteri quoque Prophetæ, etſi Moſæ poſthumant, extremiſſimi tamen eorum retrorſiones deprehenduntur veſtris ſapientibus, legiferis & hiſtoricis.* Plinius l. VII. c. ult. Natur. Hiſtor. *Aſſyrias literas* * *ſemper fuiſſe arbitror, quia literæ Ægyptiæ, quæ antiquiſſimæ habentur, longe poſt Aſſyrias fuerunt; ex quo patet æternum fuiſſe literarum uſum.*

Cap.

Vulcanium in opuſculo de Literis & lingua Getarum ſ. Gothorum, Lugd. Bat. 1597. 8. *Georg. Stiernhielmium* in Præf. ad Ulfilæ Verſionem IV. Evangel Gothicam lit. F. 2. *Jo. Bircherodium* in Dan. Gentil. p. 19. ſqq. & *Georg. Frid. Heupelium* Diſſ. de Ulphila. Witteb. 1693. 4.

* Ad hunc *Plinii* locum vid. *Hugo Ferrandus* dans reflexions ſur la Relig. Chrétienne T. 2. p. 252. *Jac. Perizonius* in Originibus Babylonicis p. 10. ſqq. & *Jo. Maſſon* in diſſertatione de litterarum Antiquitate, quæ exſtat in Hiſtoria Critica Reipublicæ litterariæ Gallice edita, ſtatim in limine tomi primi.

CAP. XIX.

In verſibus doctrina *eorum conſiſtebat. Animas immortales ſtatuebant. Veriſſima opinio. Etiam ſanioribus ethnicorum nota.* Μετεμψύχωσιν *ſtatuerunt. Pythagoræ opinio & aliorum. Iudæorum error. Anima Meſſiæ. Ineptia amatoria.* Καταγλώττισμα *oſculi genus. Fortiſſima Druydarum diſciplina.*

ERudiebant autem ſummo cum ſtudio ſibi commiſſos pueros, ut verſus illos ediſcerent, in quibus eorum doctrina, quoad ceremonias, & ſententias de veritate ſuæ religionis, continebatur. Et ſapientiſſimi homines ſapientiſſimam etiam opinionem ſpargebant. D. Cæſar l. VI. com. Bell. Gall. hæc ſcribit: Inprimis volunt perſuadere, non interire animas. Diodor. Sicul. l. V. Bibl. Animas hominum immortales eſſe contendunt. Strabo l. IV. Immortales animas aſſerunt. Lucan. l. I. Pharſ.

- - Vobis auctoribus umbræ
Non tacitas Erebi ſedes, Ditisque profundi
Pallida regna petunt, regit idem ſpiritus artus
Orbe alio. - -

Et hæc veriſſima Sacri Codicis, & ſaniorum Gentium mens. Zoroaſtris hi verſus:

- - χρὴ σε σπεύδειν πρὸς τὸ φῶς καὶ πατρὸς αὐγάς
Ἔνθα ἐπέμφθη σοὶ ψυχὴ, πολὺν ἑσσαμένη νοῦν.

Ζητη-

Ζήτησον παράδεισον, τὸν ἀμφιφαῆ τῆς ψυχῆς
Χῶρον.

- - Oportet te feſtinare ad lucem & Patris ſplendorem,
Vnde tibi eſt animus miſſus, multa indutus mente.
Quære hortum, illuſtrem animæ
Regionem.

Vti & hæc carmina:

Ψυχὴ ἡ μερόπων θεὸν ἄγχει πῶς ἐς ἑαυτὴν,
Οὐδὲν θνητὸν ἔχουσα, ὅλη θεοῦ μεθύουσα.
Ἁρμονίας αὐχεῖ γὰρ ἐφ' ἧ πέλε σῶμα βρότειον.

Anima hominis Deum ſibi quaſi aſtrictum habet,
Nec quicquam mortale habet, Deo inebriata tota,
Harmoniam autem illa ſuam in corpore hoc mortali oſtentat.

Cujus etiam hæc metra:

- - Ψυχὴ πῦρ δύναμις πατρὸς οὖσα φαεινὸς
Ἀθάνατός τε μένει, καὶ ζωῆς δεσπότις ἐστὶ,
Καὶ ἴσχει κόσμου πολλὰ πληρώματα κόλπων.
- - ἐκλείνας πυρινὸν νοῦν
Ἔργον ἐπ' εὐσεβὲς, ῥεῦσον καὶ σῶμα σαώσεις.

- - Anima eſt ignis clarus ex virtute Patris
Immortalis manens, & vita Domina eſt,
Atque retinet ſinu mundi plurima loca.
- - Dirigens mentem igneam

Ad opus pium, fluxum etiam corpus ſalvum
faciet.

Apollo vero Mileſius reſpondit Politæ cuidam, quærenti an anima eſſet immortalis, an vero extingueretur una cum corpore, talibus:

Ψυχὴ μὲν μέχρι ȣ̃ δεσμοῖς πρὸς σῶμα κρατεῖται
Φθαρτὰ νȣ̃σα πάθη, θνηταῖς ἀλγηδόσιν εἴκει.
Ἡνίκα δ' ἀνάλυσιν βροτέην μετὰ σῶμα μαρανθὲν
Ὠκίστην εὕρηται, ἐς αἰθέρα πᾶσα φορεῖται,
Αἰὲν ἀγήραος ȣ̃σα, μένει δ' εἰς πάμπαν ἀτειρής,
Πρωτόγονος γὰρ τȣ̃το θεȣ̃ διέταξε πρόνοια.

Anima quidem quamdiu vinculis corporis
tenetur
Caducas meditans paſſiones mortalibus do-
loribus cedit.
Cum vero ſolutionem mortalem corpore
arefacto
Leviſſimam invenerit, per æthera tota
fertur,
Nunquam ſeneſcens, manetque omnino
illæſa,
Primogenita enim hoc Dei ſtatuit Provi-
dentia.

Coraci autem Naxio conſulenti de animarum ſtatu ita reſpondit:

Οὐχ ὅσιόν ἐστι τῆς ψυχῆς καταγνῶναι θάνατον.
Non fas eſt mortem animæ fateri.

Sibylla:

Εἰκὼν ἔστ' ἄνθρωπος ἐμὴ λόγον ὀρθὸν ἔχȣσα.

Imago

Imago eſt homo mea ſermonem rectum habens.

Pythagoras:

- - θεῖον γένος ἐςὶ βροτοῖσιν.

Ἡνίοχον γνώμην ςήσας καθύπερθεν ἀρίςην,
Ἢν δ' ἀπολείψας σῶμ' ἐς αἰθέρ' ἐλεύθερον ἔλθῃς,
Ἔσσεαι ἀθάνατος θεὸς, ἄμβροτος, ἐκ ἔτι θνητός.

- - Divinum genus eſt hominibus.
Aurigam mentem optimam ſi conſtitueris,
Vbi derelicto corpore ad liberum athera perveneris,
Eris immortalis Deus, non amplius mortalis.

Phocylides:

Ψυχαὶ γὰρ μίμνεσιν ἀκήριοι ἐν φθιμένοισι,
Πνεῦμα γάρ ἐςι θεῦ χρῆσις θνητοῖσι καὶ εἰκών.

Animæ enim manent expertes fati in mortuis,
Spiritus enim eſt Dei inſtrumentum in mortalibus & imago.

Item:

Ψυχὴ δ' ἀθάνατος, καὶ ἀγήρως ζῇ διὰ παντός.

Anima immortalis eſt, & perpetuo vivit, nunquam ſeneſcens.

Philoſtratus l. VIII. de vita Apollonii Thyanei veteris cujusdam Poëtæ verſus de immortalitate animæ adducit:

Ἀθάνατος ψυχὴ, κ' ἐ χρῆμα σὸν. ἀλλὰ προνοίης,
Ἡ μετὰ σῶμα μάραινθεν ἅτ' ἐκ δεσμῶν θοὸς ἵππος,

Ῥηϊδίως προθορῦσα κεράννυται ἠέρι κούφῳ,
Δεινὴν καὶ πολύτλητον ἀποσέρξασα λατρείην.
Eſt anima immortalis, non ſua res, ſed Providentiæ,
Quæ ex corrupto corpore ceu acer equus proſilit,
Facile libera miſcetur aëri tenui,
Grave & intolerabile exoſa ſervitium.

Epicharmus:

Εὐσεβὴς νῷ πεφυκὼς, οὐ πάθοις γ᾽ οὐδὲν κακὸν
Κατθανών, ἄνω τὸ πνεῦμα διαμένει κατ᾽ οὐρανόν.
Si fueris mente pius, nihil mali patieris mortuus,
Superius enim manet in cœlo ſpiritus.

Item:

Συνεκρίθη, καὶ διεκρίθη, καὶ ἀπῆλθεν, ὅθεν ἦλθε πάλιν,
Γᾶ μὲν εἰς γᾶν, πνεῦμα δ᾽ ἄνω. τί τῶν δὲ χαλεπόν; οὐδὲ ἕν.
Concretus eſt, ac diſcretus: rurſus abiit, unde venerat,
Terra quidem in terram, ſpiritus ad ſupera,
Quid horum grave ac difficile? nihil.

Hermes Triſmegiſtus in Pimandro ſuo: *Deus creavit hominem ſimilem ſibi, eumque tanquam ſuum partum adamavit; pulcer enim ille, & ad ſuam imaginem expreſſus, ſuaque ipſi opera omnia utenda dedit.* c. X. *Anima veſtimentum mentis: veſtimentum autem animæ ſpiritus quidam, quo illa connectitur corpori.*

pori. Mens vero id proprie eſt, quod Hominem appellamus, videlicet animal divinum, quod cæteris animalibus nullatenus, at Dis ipſi rectiſſime comparari poteſt, niſi & excellere etiam dicatur. Cælites enim deſcendere in terram non poſſunt, niſi relicto cælo: homo, licet in terra conſiſtat, metitur cælos: itaque homo terreſtris, veluti mortalis Deus eſt: Deus cæleſtis tanquam immortalis homo. Anacharſis: ψυχῆς ὄργανον τὸ σῶμα, θεοῦ δὲ ἡ ψυχή, id eſt, *animæ inſtrumentum corpus, Dei vero anima.* Plato in Critone: ἡ δὲ ψυχὴ χἄρα τὸ ἀειδὲς, εἰς τοιοῦτον τόπον ἕτερον οἴχεται, γενναῖον καὶ καθαρὸν καὶ ἀειδῆ εἰς ᾅδου, (ſcil. οἶκον domum) ὡς ἀληθῶς παρὰ τὸν ἀγαθὸν καὶ φρόνιμον θεὸν, id eſt, *anima vero, quæ inviſibile quiddam eſt, in quendam alium locum migrat, excellentem, purum, inviſibilem, nobis occultum, revera ad bonum ſapientemque Deum.* Plotinus Enn. IV. l. III. Anima cum Dîs commercium habet, immortalis eſt, & hanc inquit Plato, ſi puram limpidamque videre detur, haud dubie ita loquamur: At quia turbatam interdum eam videmus, neque divinam, neque immortalem cenſemus, cum ſane qui rei naturam expendere rite cupit, nudam, in ſua ſubſtantia, omnique aliena ſpoliatam conſiderare debeat. Quicquid enim rebus aut admiſcetur, aut adjungitur, perfectam earum cognitionem impedit. Intueatur ſe itaque quisque omni re aliena exutum, ita ut nihil niſi anima ſit, immortalem ſe profecto ſentiet, ubi, inquam, ſeſe in ſua natura pura, vereque intellectuali fuerit contemplatus. Animadvertet enim, intellectum in res proprie ſen-

ſibiles & mortales non dirigi, ſed virtute plane ſempiterna ſempiternas & intelligibiles complecti, adeo ut evadat ipſe, neſcio quo pacto mundus ipſemet intelligibilis & luminoſus. *Tyrius Maximus Serm. XXV.* ὃν γὰρ καλοῦσι πολλοὶ θάνατον, αὐτὸ τοῦτο ἦν ἀθανασίας ἀρχὴ, καὶ γένεσις μέλλοντος βίου: τῶν μὲν σωμάτων τῷ αὐτῷ νόμῳ καὶ χρόνῳ φθειρομένων, τῆς δὲ ψυχῆς ἐπὶ τὸν αὐτῆς τόπον καὶ βίον ἀνακαλουμένης, *id eſt*, hoc enim, quod mortem homines vocant, id ipſum eſt immortalitatis initium, & futuræ vitæ procreatio: pereuntibus ſcilicet ſua lege, ſuoque tempore corporibus, animis vero ad proprium locum, propriamque vitam aſcendentibus. *Ariſtoteles in l. de anima:* Intellectus hic poteſt ſeparari a corpore, & non miſcetur, & ſua ſubſtantia impaſſibilis eſt, & exiſtit, ſubſiſtitque actu, & per ſe, ideoque ubi ſeparatus eſt, immortalis & perpetuus, manet Denique nihil ei cum corpore commune, quia nihil eſt eorum, quæ ſunt, antequam intelligat, ac proinde ex omnibus corporibus quodnam tandem eſſe poſſit? *Item l. II. de Anima:* Quod Deus ſemper eſt, nos juxta modulum noſtrum ſumus: Separatus autem ſemper eſt a rebus corporeis: Separari ergo & nos aliquando poſſumus. *Epictetus:* Non pudeat nos vitam inhoneſtam ducere, & cedere adverſis? Dei agnati ſumus: Illinc venimus, liceat & illuc, unde profecti ſumus, reverti. *Heraclitus:* Vivimus beatorum mortem, id eſt, vita hæc mortis ſeries eſt, & morimur eorundem vitam, id eſt, mors noſtra ingreſſus eſt ad vitam beatam. *Archytas docuit:* inſpiratam

ho-

homini a Deo rationem, mentemque. *Philolaus autem:* animam corpori propter peccata alligatam eſſe, in eoque tanquam tumulo ſepultam. *Hierocles Pythagoræus c. 10.* Impius animam ſuam non vult eſſe immortalem: ob hoc, ne ſcelerum ſuorum luat pœnas. At Iudicis ſui ſententiam antevertit, quia ſeſe ipſe morte condemnat. *Alexander Aphrodiſ. l. 1. probl.* mens hæc, quæ nobis ineſt, extrinſecus advenit, & incorruptibilis eſt: incorruptibilem ajo quia ejus natura talis, & hæc illa eſt, quam extrinſecus illabi Ariſtoteles pronuntiat. *l. II. probl.* Si cui cerebrum læditur, anima rationalis, actiones quæ a cerebro proficiſcuntur, non recte exercebit. At in ſeſe nihilominus eadem permanebit, quoad eſſentiam, facultatem, virtutem, immortalitate ſua immutabilem, ut ſi bonum organum nanciſcatur rurſus, illas non aliter, quam antea exercere poſſit. *Cl. Galenus in lib. de doctrin. Hippocr. & Platonis:* Alterutrum, *inquit,* fateamur oportet (*quod Ariſtoteles & Stoici negare verentur*) animam æthereum & lucidum corpus eſſe, aut certe ſubſtantiam incorpoream, cujus tanquam vehiculum corpus, quod intermedio cæteris corporibus communicat. *Et in l. de concept.* Anima noſtra defluxio quædam eſt ab anima univerſali, e regione cœleſti deſcendens, & ſubſtantia ſciendi capax, quæ iter ſemper adfectat ad cœlum, & ad ſubſtantiam ſimilem & congenerem ſibi. Hæc inferiora iſta omittit lubens, ut altiora inquirat, & divinitatis cæleſtis particeps eſt, dumque ſuperiora cœlo contemplatur, præſentem ſeſe ei ſæpe exhibet, qui omnia moderatur. *Phavo-*

rinus: nihil in terra magnum præter hominem; nihil in homine præter mentem; ſi eousque ſcandis, cœlum tranſcendis; corpus ſi deſpicis, moxque cœlum ſuſpicis, muſcam te vides, & muſcâ quid minus. *Strabo l. XV. Geogr.* νομίζειν μὲν γὰρ χρὴ τὸν μὲν ἐνθάδε βίον, ὡς ἂν ἀκμὴν κυομένων εἶναι. τὸν δὲ θάνατον. γένεσιν εἰς τὸν ὄντως βίον, καὶ τὸν εὐδαίμονα τοῖς φιλοσοφήσασι, id eſt, *hæc vita putanda eſt quaſi quidam vividus hominum conceptus: mors vero nativitas ad veram illam & felicem vitam iis qui recte philoſophati ſunt:* Diodor. Sic. l. 1. Bibl. οἱ δὲ Αἰγύπτιοι τὸν μὲν ἐν τῷ ζῆν χρόνον εὐτελῆ παντελῶς εἶναι νομίζουσι. τὸν δὲ μετὰ τὴν τελευτὴν δι' ἀρετὴν μνημονευθησόμενον, περὶ πλείστου ποιοῦνται. καὶ τὰς μὲν τῶν ζώντων οἰκήσεις, καταλύσεις ὀνομάζουσιν, ὡς ὀλίγον χρόνον ἐν ταύταις οἰκούντων ἡμῶν, id eſt, *Ægyptii ſane omnino parvi faciendum præſentis vitæ tempus eſſe putant: futuræ vero gloriam, quæ virtute comparatur, maximi æſtimandam. Domos noſtras diverſoria appellant, tanquam brevi tempore a nobis inhabitandas.* Plutarch. in lib contra Coloten Epicur. μεταβολὴ τῆς ψυχῆς, οὐ φθορὰ, ὁ θάνατος, *mors loci mutatio eſt, non animæ exſtinctio.* In Platon. quæſt. ἡ δὲ ψυχὴ ἡ μετασχοῦσα, καὶ λογισμοῦ, καὶ ἁρμονίας. οὐκ ἔργον ἐστὶ τοῦ θεοῦ μόνον, ἀλλὰ καὶ μέρος. οὐδ' ὑπ' αὐτοῦ, ἀλλ' ἀπ' αὐτοῦ καὶ ἐξ αὐτοῦ γέγονεν, id eſt, *anima ratione ac prudentia gubernata, non ſolum opus eſt Dei, ſed etiam Dei pars quædam: neque ſub ipſo, ſed ab ipſo, & ex ipſo eſt.* Philo in l. de mundi opificio: ἡ δὲ ψυχὴ ἀπ' οὐδενὸς γεννητοῦ

τὸ

τὸ παράπαν, ἀλλ᾽ ἐκ τοῦ πατρὸς καὶ ἡγεμόνος τῶν ἁπάντων, id eſt, *anima ex nulla omnino re creata eſt, ſed ex patre atque rectore omnium rerum.* Fl. Ioſephus lib. III. τῆς ἁλώσεως: καὶ γὰρ εἰλήφαμεν παρ᾽ ἐκείνου τὸ εἶναι· καὶ τὸ μηκέτι εἶναι, πάλιν ἐκείνῳ δίδωμεν. τὰ μέν γε σώματα θνητὰ πᾶσι, καὶ ἐκ φθαρτῆς ὕλης δημιουργεῖται. ψυχὴ δὲ ἀθάνατος ἀεὶ, καὶ θεοῦ μοῖρα τοῖς σώμασιν ἐνοικίζεται, id eſt, *ab illo accepimus ut eſſemus: rurſumque ut eſſe deſinamus, illi reddendum eſt. Corpora quidem cunctis mortalia ſunt, ex caduca materia fabricata: anima vero ſemper immortalis eſt, Deique particula in corporibus collocata.* Philoſtrat. lib. VIII. de vita Apollonii Thyanæi: οἱ ἀγαθοὶ τῶν ἀνθρώπων, θεοῦ τι ἔχουσι, id eſt, *viri boni Dei particulam quandam habent.* M. Antoninus Cæſar libro ſeptimo, καὶ τὰ ἐκ γῆς μὲν φύντα, εἰς γαῖαν, τὰ δ᾽ ἀπ᾽ αἰθερίου βλαστόντα γένη, εἰς αἰθέριον πάλιν ἦλθε πόλον: *ex terra enim nata in terram redacta ſunt: quæ vero genus traxerunt cælitus, rediere ad æthereum polum.* Latinos jam videamus. Cicero libro 1. Tuſculanar. *Animorum in terris nulla origo inveniri poteſt; nihil eſt enim in animis miſtum, atque concretum, aut quod ex terra natum atque factum eſſe videatur, aut quod humidum, aut flabile, aut igneum. His enim nulla vis ineſt, memoriæ, intellectus, cogitationis, quæ præterita retineat, prævideat futura, præſentia comprehendat, quæ quidem omnia divina ſunt. Nec invenietur unquam, unde ad hominem venire poſſint, niſi a Deo.* Idem l. ult. Tuſculanar. 9. *Humanus autem animus decerptus*

ex mente divina, cum alio nullo, niſi cum ipſo Deo (ſi hoc fas eſt dictu) *comparari poteſt.* Idem in Somnio Scipionis: „Tu vero enitere, & ſic habeto, te non eſſe mortalem, ſed corpus hoc. Nec enim tu is es, quem forma iſta declarat: ſed mens cujusque is eſt quisque: non ea figura, quæ digito demonſtrari poteſt. Deum te igitur ſcito eſſe, ſiquidem eſt Deus qui viget, qui ſentit, qui meminit, qui prævidet, qui tam regit & moderatur, & movet id corpus, cui præpoſitus eſt: quam hunc mundum ille princeps Deus. Et ut mundum ex quadam parte mortalem ipſe Deus æternus, ſic fragile corpus, animus ſempiternus movet. *Seneca Epiſt. XIII.* tutum iter eſt, jucundum eſt, ad quod natura te inſtruxit. Dedit tibi illa, quæ, ſi non deſerueris, par Deo conſurges. Parum autem Deo te pecunia non facit. Deus nil habet. Prætexta non faciet. Deus nudus eſt. Fama non faciet, nec oſtentatio tui, & in populos demiſſa nominis notitia. Nemo novit Deum, licet multi male de illo æſtiment, & impune. Non turba ſervorum lecticam tuam per itinera urbana ac peregrina portantium. Deus ille maximus, potentiſſimusque ipſe vehit omnia. Ne forma quidem & vires beatum te facere poſſunt: nihil horum non patitur vetuſtatem. Quid ergo? animus, ſed hic rectus, magnus. Quid aliud voces hunc, quam Deum, in corpore humano hoſpitem: *Idem:* animus, ſi propriam ejus originem aſpexeris, non ex terreno & gravi concretus corpore, ex illo cœleſti ſpiritu deſcendit, nec eſt ratio aliud, quam in corpus pars divini ſpiritus merſa. *Idem:* animus quidem ipſe ſa-

cer

cer & æternus eſt, & cui non poſſit injici manus. Fruitur vero aperto & libero cœlo; exque humili & depreſſo in eum emicat locum, quisquis ille eſt, qui ſolutas vinculis animas beato recipit ſinu, omniaque rerum naturæ bona cum ſumma voluptate recipit. *Macrob. l. I. Somn. Scip.* Animarum originem manare de cœlo inter recte philoſophantes indubitatæ conſtat eſſe ſententiæ. Et anima dum corpore utitur, hæc eſt, perfecta ſapientia, ut unde orta ſit, de quo fonte venerit, recognoſcat. *Nec ipſi Poëtæ ab hac veriſſima abſunt ſententia. Lucretius, Epicuri alias ſectator, ſcite canit:*

Cedit enim retro de terra, quod fuit ante
In terra, ſed quod miſſum eſt ex ætheris oris,
Id rurſum cœli fulgentia templa receptat.

Manilius l. IV. Aſtronomικῶν ſic ait:

An dubium eſt, habitare Deum ſub pectore noſtro,
In cœlumque redire animas, cœloque venire?

Virgil. l. VI. Æneid.

Igneus eſt ollis vigor, & cœleſtis origo
Seminibus, quantum non noxia corpora tardant,
Terrenique hebetant artus, moribundaque membra.

Idem:

Donec longa dies perfecto temporis orbe
Concretam exemit labem purumque reliquit
Æthereum ſenſum, atque aurai ſimplicis ignem.

Ovi-

Ovidius:

Eſt Deus in nobis: agitante caleſc
Impetus ille ſacræ ſemina ment

Idem:

Sedibus æthereis ſpiritus ille v

Propert. l. V. El. VII.

Sunt aliquid Manes: lethum n
finit;
Luridaque evictos effugit umb

Iuvenal. Sat. XV.

- - Separat hoc nos
A grege mutuorum, atque ideo
ſoli
Sortiti ingenium, divinorumque c
Atque exercendis, capiendisque ar
Senſum a cœleſti demiſſum traxin
Cujus egent prona & terram ſpec

Claudian. in IV. Conſ. Honor.

- - Cum conderet artus
Noſtros, ætheriis miſcens terr
metheus
Sinceram patrio mentem furatus
Continuit clauſtris, indignante
vinxit.
Et, cum non aliter poſſent mortali
Adjunxit geminas. Illæ cum cor
Intereunt: hæc ſola manet, bu
perſtes

Evolat. Hanc alta capitis fundavit in arce
Mandatricem operum, proſpecturamque
labori.

Et hæc certiſſima de animarum ſtatu ſeu immortalitate ſententia. Sequitur jam alterum hujus doctrinæ membrum: quod eſt, de animarum transmigratione in aliud corpus. Et hanc etiam apud Aquilonares viguiſſe tradit Diod. Sicul. l. V. Bibl. Pythagoræ opinio apud Celtas invaluit, quod animæ hominum immortales in aliud ingreſſæ corpus definito tempore denuo vitam capeſſant. Cæſ. l. VI. Com. Bell. Gall. Imprimis hoc volunt perſuadere, non interire animas, ſed ab aliis poſt mortem transire ad alios. Lucanus l. I. Pharſ.

- - Longæ canitis ſi cognita vitæ
Mors media eſt. - -

Et hanc Pythagoram opinionem aluiſſe multi ex veteribus ſcribunt. Hermias Philoſ. Chriſt. hiſce verbis opinionem ejus taxat: ὅταν δὲ ἐμαυτὸν ἴδω, φοβοῦμαι τὸ σῶμα, καὶ οὐκ οἶδα ὅπως αὐτὸ καλέσω, ἄνθρωπον, ἢ κύνα, ἢ λύκον ἢ ταῦρον, ἢ ὄφιν, ἢ δράκοντα, ἢ χίμαιραν; εἰς πάντα γὰρ τὰ θηρία ὑπὸ τῶν φιλοσοφούντων μεταβάλλομαι, χερσαῖα, ἔνυδρα, πτηνὰ, πολύμορφα, ἄγρια, τιθασσὰ, ἄφωνα, εὔφωνα, ἄλογα, λογικά. νήχομαι, ἵπταμαι, πέτομαι, ἕρπω, θέω, καθίζω. ἔστι δὲ ὅτε Ἐμπεδοκλῆς καὶ θάμνον με ποιεῖ, id eſt, *Cum vero me intueor, corpus pertimeſco, & neſcio quo nomine id vocem, hominemne an canem, an lupum, an taurum, an avem, an ſerpentem, an draconem, an chi-*

ma-

Ovidius:

Eſt Deus in nobis: agitante caleſcimus illo:
Impetus ille ſacræ ſeminæ mentis habet.

Idem:

Sedibus æthereis ſpiritus ille venit.

Propert. l. V. El. VII.

Sunt aliquid Manes: lethum non omnia finit:
Luridaque evictos effugit umbra rogos.

Iuvenal. Sat. XV.

- - Separat hoc nos
A grege mutuorum, atque ideo venerabile ſoli
Sortiti ingenium, divinorumque capaces,
Atque exercendis, capiendisque artibus apti,
Senſum a cæleſti demiſſum traximus arce,
Cujus egent prona & terram ſpectantia.

Claudian. in IV. Conſ. Honor.

- - Cum conderet artus
Noſtros, ætheris miſcens terrena Prometheus
Sinceram patrio mentem furatus Olympo
Continuit clauſtris, indignantemque revinxit.
Et, cum non aliter poſſent mortalia fingi,
Adjunxit geminas. Illæ cum corpore lapſæ
Intereunt: hæc ſola manet, buſtoque ſuperſtes

Evolat.

Congeſtoque avidum pingueſcere corpore corpus,
Alteriusque animantum animantis vivere letho!
Scilicet in tantis opibus, quas optima matrum
Terra creat, nil te niſi triſtia mandere ſævo
Vulnera dente juvat? ritusque referre Cyclopum?
Nec, niſi perdideris alium, placare voracis
Et male morati poteris jejunia ventris?

Ibidem:

Morte carent animæ; ſemperque priore relicta
Sede, novis domibus vivunt, habitantque receptæ.
Omnia mutantur, nihil interit, errat & illinc,
Huc venit, hinc illuc, & quoslibet occupat artus
Spiritus, eque feris humana in corpora tranſit,
Inque feras noſter, nec tempore deperit ullo.

Horat. l. II. Carm. Od. XX.

Non inuſitata, nec tenui ferar
Penna biformis per liquidum æthera

Va-

meram? In cunctas enim beſtias, ab illis ſapientiæ ſtudioſis mutor, terreſtres, aquatiles, volucres, multiformes, agreſtes, cicures, mutas, vocales, brutas, ratione munitas. Nato, volo, ſublimis in aëre feror, ſerpo, curro, ſedeo. Eſt & cum Empedocles me arbuſtum facit. Abſtinentiam autem hiſce verbis exponit: καὶ φαγὼν ἐλαίας καὶ σῦκα, καὶ λάχανα τὴν ταχίστην ἐπὶ τὸ ὕδωρ στέλλομαι, id eſt, *& ubi olivas & ficus, ac olera comedero, quamprimum ad aquam me confero.* Superſtitione enim quadam abſtinebant a carnibus, ne avorum ſuorum animas turbarent. Hinc vulgatus ille verſus:

> Ἴσον τοι κυάμους τε φαγεῖν, κεφαλάς τε τοκήων.
>
> *Fabas edere, & capita parentum, idem eſt.*

Conſule etiam, ſi placet, Lucianum in Gallo ſeu ſomnio, qui egregie Pythagoram irridet. Empedocles autem hæc ſcribit:

> Ἤδη γάρ ποτ' ἐγὼ γενόμην κοῦρός τε, κόρη τε,
> Θάμνος τ', οἰωνός τε, καὶ εἰν ἁλὶ ἔλλοπος ἰχθύς.
>
> *Ipſe ego, qui ante fueram puerque, virgoque,*
> *Frutexque, avisque, & ex mari venditus piſcis.*

Ovid. l. XV. Metamorph.

> *Heu quantum ſcelus eſt in viſcera viſcera condi,*

Con-

Congeſtoque avidum pingueſcere corpore corpus,
Alteriusque animantum animantis vivere letho!
Scilicet in tantis opibus, quas optima matrum
Terra creat, nil te niſi triſtia mandere ſævo
Vulnera dente juvat? ritusque referre Cyclopum?
Nec, niſi perdideris alium, placare voracis
Et male morati poteris jejunia ventris?

Ibidem:

Morte carent animæ; ſemperque priore relicta
Sede, novis domibus vivunt, habitantque recepta.
Omnia mutantur, nihil interit, errat & illinc,
Huc venit, hinc illuc, & quoslibet occupat artus
Spiritus, eque feris humana in corpora tranſit,
Inque feras noſter, nec tempore deperit ullo.

Horat. l. II. Carm. Od. XX.

Non inuſitata, nec tenui ferar
Penna biformis per liquidum æthera

Va-

Vates: nec in terris morabor
Longius, invidiaque major
Vrbes relinquam. non ego pauperum
Sanguis parentum: non ego, quem vocas,
Dilecte Mecænas, obibo,
Nec Stygia cohibebor unda.
Jamjam reſidunt cruribus aſperæ
Pelles: & album mutor in alitem
Superne: naſcunturque leves
Per digitos humerosque plumæ.

Tibull. l. IV.

Quin etiam mea tunc tumulus quum texerit oſſa,
Seu matura dies celerem properat mihi mortem,
Longa manet ſeu vita tamen mutata figuram,
Seu me finget equum rigidos percurrere campos
Doctum, ſeu tardi pecoris ſim gloria taurus:
Sive ego per liquidum volucris vehar aëra pennis:
In quemcunque hominem me longa receperit ætas,
Inceptis de te ſubtexam carmina chartis.

Et

Et divinus Maro l. VI. Æneid.

> *Has omnes, ubi mille rotam volvere per annos,*
> *Lethæum ad fluvium Deus evocat agmine magno:*
> *Scilicet immemores ſupera ut convexa reviſant,*
> *Rurſus & incipiant in corpora velle reverti.*

Plato inſuper ſum̃us Philoſoph. ſic in Menone ait: Φασὶ γὰρ τὴν ψυχὴν τοῦ ἀνθρώπου εἶναι ἀθάνατον. καὶ τοτὲ μὲν τελευτᾶν, ὃ δὴ ἀποθνήσκειν καλοῦσι, τοτὲ δὲ πάλιν γενέσθαι ἀπόλλυσθαι δ' οὐδέποτε. δεῖν δὲ διὰ ταῦτα, ὡς ὁσιώτατα διαβιῶσαι τὸν βίον. οἷσι γὰρ ἂν περσεφόνα ποινὰν παλαιοῦ πένθεος δέξεται. εἰς τὸν ὕπερθεν ἥλιον κείνων ἐνάτῳ ἔτει ἀνδιδοῖ ψυχὰν πάλιν. ἐκ τῶν βασιλῆες ἀγαυοί, καὶ σθένει κραιπνοί, σοφίᾳ τε μέγιστοι ἄνδρες αὔξονται. ἐς δὲ τὸν λοιπὸν χρόνον ἥρωες ἁγνοὶ πρὸς ἀνθρώπων καλεῦνται, id eſt, *Ajunt enim homini animum immortalem eſſe, at tunc quidem decedere, cum mori appellatur: atque iterum redire, interire vero & extingui nunquam, quare vita eſt quam ſanctiſſime tranſigenda. Qui enim Proſerpinæ pœnas antiquæ miſeriæ jam dederint, eorum animas illa rurſus ad ſupernum tranſmittit Solem nono anno, atque reges fiunt gloria, potentia, ſapientiaque præſtantiſſimi, atque in numerum Deorum aut Heroum capiuntur.*

Et hæc μετεμψύχωσις * adeo placuit Phariſæis Judæis quidem hominibus, ut hanc e Gentiliſmo ** haurirent. Quod diſertiſſime teſtatur Joſephus l. II. c. VII. τῆς Ἁλώσεως. Hujus rei teſtimonium I. Druſius l. II. de tribus ſectis, p. 90. ex Matth. c. XIV. verſ. 1. Joh. IX. verſ. 2. probare conatur. Prius tamen D. Hieronymus in Com. in Matthæum f. 43. recte repudiat. Sed alterum firmius eſt c. IX. Joh. ubi ſic ſcribitur: ῥαββεὶ, τίς ἥμαρτεν; οὗτος ἢ γονεῖς αὐτοῦ, ἵνα τυφλὸς γεννηθῇ. Nullus ſane locus quæſtionis hujus eſſet, niſi trans-

* Illam nonnulli Judæorum approbarunt, nominatimque ex Recentioribus *Menaſſe ben Iſrael* in lib. de immortalitate animæ lib. 10. cap. 18. ſqq. ubi eam contra R. *Saadiam & Joſ. Albo* tum variorum Cabbaliſtarum Teſtimoniis, tum argumentis adſtruere conatur, quæ in compendio refert & confutat *Hoornbeckius* de convincendis Judæis p. 542. ſqq. & *Eiſenmengerus*, in Judaiſmo Detecto P. II. p. 61. ſqq. Confer elegantiſſimum *Humfredi Hodii* libellum de reſurrectione ejusdem corporis adſtructa p. 78-87. *Herm. VVitſii* Ægyptiaca lib. I. c. 4. *Paul. Slevogti* diſſ. de metempſychoſi Judæorum Jen. 1651. & diſſ. Academ. p. 829. ſeq. *Fevardentium* ad *Irenæi* II. 58. & Rev. *VVolfii* Bibl. Hebraicam. T. I. p. 389.

** Ethnici quoque non alieni fuerunt ab illa opinione: vid. *Steuchus Eugubinus* de perenni Philoſophia IX. 28. *Balthaſar Bonifacius* hiſt. ludicr. VII. 9. *Sam. Petitus* Obſervat. L. I. cap. 7. *Jo. Bapt. Criſpus* de Philoſophis caute legendis p. 427. ſeq. *Athanaſii Kircheri* Oedipus Ægyptiacus III. p. 391. *Theophil. Spizelius* de re literaria Sinenſium p. 274. ſeq. & *Rev. VVolfius* in Not. ad Origenis Philoſophumena p. 36. ſeq.

transmigrationem ex corpore in corpus ſtatuiſſent. Namque ex hoc colligebant, miſerum iſtum hominem ob ſcelera in alio corpore perpetrata in nativitatis puncto cæcitate punitum fuiſſe. Moderni etiamnum Judæi errorem hunc amplectuntur, & μετεμψύχωσιν vocant סוד הגלגול ſecretum revolutionis. Et quemadmodum Pythagoras, ut Laërt. Diog. de vita Philoſ. VIII. ex Heraclide Pontico refert, Æthalides Mercurii filius, inde Euphorbus, mox Aſpaſia Periclis Scortum, ut Lucianus in Gallo ſcribit, deinde Crates Cynicus fuiſſe dicitur: ſic Judæi dicunt animam Adami per סוד הגלגול ſecretum revolutionis migraſſe in Davidem; Davidis autem in Meſſiam, qui adhuc propter peccata Judæorum lateat; idque literis nominis אדם, hoc eſt, אדם דוד משיח Cabaliſtice deſignari volunt. Sed ad Ethnicos revertendum. Hi enim, neſcio qua amatoria dementia excæcati, animas credebant inſpirari poſſe, & amatorio oſculo in aliud transfundi corpus. Euſtathius: καὶ ὅλην κατέδακνον καὶ ὅλην ἀνέρροφον τοῖς χείλεσι. καὶ ὅλος ὅλην ὡς κίττος ξυνεῖχον κυπάρισσον ξυνεμχεκόμην τῇ κόρῃ, ξυνερριζούμην αὐτῇ καὶ τὴν φύσιν ἐζήτουν κοινώσασθαι i. e. *& totam mordebam oſculo, & totam exugebam labris, & totus totam, ceu hedera aſtringit expreſſum, amplexabar puellam, copulabar ipſi, & naturam ſeu animam quærebam communicare.* Phavorinus: τί γὰρ ἄλλο ποιοῦσι οἱ τῷ ςώματι ψαύοντες, συνάπτουσι τὰς ψυχάς, i.e. *quid enim aliud faciunt ora jungentes* (oſculantes ſe) *quam quod animas conjungant.* Petronius Arbiter in Satyr.

Qualis nox fuit illa, DI, Deaque!
Quam mollis thorus! baſimus calentes,
Et transfudimus hinc inde labellis
Errantes animas.

Plautus in Aſinar.

Fac prorſerpentem beſtiam me, duplicem ut
habeam linguam.

Macrob. l. II. Sat. II.

Dum ſembiulco ſavio
Meum puellum ſavior,
Dulcemque florem ſpiritus
Duco ex aperto tramite,
Anima ægra & ſaucia
Cucurrit ad labia mihi,
Rictumque oris pervium,
Et labra pueri mollia
Rimata itineri tranſitus
Vt tranſiliret nititur.
Tum ſi moræ quid pluſculæ
Fuiſſet in coitu oſculi
Amoris igni percita
Tranſiſſet, & me linqueret.
Et mira prorſum res foret
Vt ad me fierem mortuus,
Ad puerum intus viverem.

Genus autem hoc oſculi vocatur Græcis καταγλώ-

γλώτ]ισμα.* Veteres enim oſcula libantes ſolebant transdere linguas, & ſalivas oris miſcere. Hinc Apulejus l. II. Mil. arctius iſtam complexus, cœpi ſaviari; jamque patentis oris inhalatu cinnameo & occurſantis linguæ illiſu nectareo prona cupidine allubeſcente. Mecænas: *Si quis fœmina cirro criſpata labris columbatur.* Catullus:

Sed nunc id doleo, quod pura impura puella
Savia comminxit ſpurca ſaliva tua.

Cornelius Gallus in Lyrico:

Da columbatim mihi baſia,
Sugis amentis partem animi,
Cor mihi penetrant hæc tua baſia.

Apulejus l. VI. Mil. accepturus ab ipſa Venere ſeptem ſavia, & unum blandientis linguæ appulſu longe mellitum. Cn. Martius: *Columbatimque labra conſerens labris.* Lucian. ἑταῖρ. διαλ. ἐφίλουν με τὸ πρῶτον, ὥσπερ οἱ ἄνδρες, οὐκ αὐτὰ μόνον προσαρμόζουσαι τὰ χείλη, ἀλλ' ὑπανοίγουσαι τὸ ϛόμα, id eſt, *oſculabantur me primum, uti & viri, nec ipſa tantum adoptabant labra, ſed & ora applicabant.* Tibullus:

Et dare anhelanti pugnantibus humida linguis
Oſcula. - -

* Confer *Jo. Lomeieri* Dier. Gen. Dec. I. Diſſert. X. de Oſculis p. 382.

Sed ad Celtas iterum, eorumque μετεμψύχωσιν. Hac maxime ad virtutem Celtas Druydæ excitari putant, metu mortis neglecto, Cæſ. l. VI. Com. Bell. Gall. Diodorus Sicul. l. V. Bibl. Sunt inter ipſos, qui adeo mortem contemnunt, ut nudi ac ſubligaculis tantum recincti pugnæ diſcrimen adeant. Egeſippus l. II. *Germani magnitudine corporum, & contemptu mortis cæteris validiores.* Tacitus in l. de Mor. Germ. *pedites & miſſilia ſpargunt, pluraque ſinguli, atque in immenſum vibrant, nudi aut ſagulo leves.* Optime Lucan. l. I. Pharſal.

- - Certe populi, quos deſpicit Arctos
Felices errore ſuo, quos ille timorum
Maximus, haud urget lethi metus: inde ruendi
In ferrum mens prona viris, animæque capaces
Mortis, & ignavum rediture parcere vitæ.

Namque ut Tyrtæus canit:

Οὐδέ ποτε κλέος ἐσθλὸν ἀπόλλυται, οὐδ᾽ ὄνομ᾽ αὐτοῦ,
Ἀλλ᾽ ὑπὸ γῆς περ ἐὼν, γίγνεται ἀθάνατος,
Ὅν τιν᾽ ἀριστεύοντα, μένοντά τε μαρνάμενόν τε
Γῆς πέρι καὶ παίδων θοῦρος Ἄρης ὀλέσῃ,

Nunquam ejus bona gloria interit, neque nomen ipſius,
Sed quamvis ſub terra ſit, manet immortalis,

Quem

Quem ſe fortiter gerentem, manentemque,
& pugnantem
Pro patria & liberis vehemens Mars pere-
merit.

CAP. XX.

Phyſici *etiam erant Druydæ. Conditum mundum ſtatuerunt. Vti & cæteræ gentes. Igni aliquando mundum periturum affirmarunt. Teſtimonia veterum. De extremo judicio.*

MVlta præterea de ſideribus (verba ſunt D. Cæſ. l. VI. Comm. Bell. Gall.) atque eorum motu, de mundi ac terrarum magnitudine, de rerum natura, de Deorum immortalium vi ac poteſtate diſputant, & juventuti tradunt. Germani autem conditum mundum credebant, & ſe primos quidem eſſe; quod Tacit. in l. de mor. Germ. teſtatur: *Ipſos Germanos indigenas crediderim, minimeque aliarum gentium adventibus & hoſpitiis mixtos.* Idem: *ipſe eorum opinionibus accedo, qui Germaniæ populos nullis aliis aliarum nationum connubiis infectos, propriam & ſinceram, & tantum ſui ſimilem gentem exſtitiſſe arbitrantur.* Iuſtin. l. II. ex Trogo ſic refert: Scytharum gens antiquiſſima ſemper habita: quanquam inter Scythas & Ægyptios diu contentio de generis vetuſtate fuerit: Ægyptiis prædicantibus, initio rerum, cum aliæ terræ nimio fervore Solis arderent, aliæ rigerent frigoris immanitate,

ita ut non modo primæ generare homines, ſed ne advenas quidem recipere ac tueri poſſent, priusquam adverſus calorem vel frigus velamenta corporis invenirentur, vel locorum vitia quæſitis arte remediis mollirentur, Ægyptum ita temperatam ſemper fuiſſe, ut neque hyberna frigora nec æſtivi ſolis ardores incolas ejus premerent: ſolum ita fœcundum, ut alimentorum in uſum hominum nulla terra feracior fuerit. Jure igitur ibi primum homines natos videri debere, ubi educari facillime poſſent. Contra, Scythæ cœli temperamentum nullum eſſe vetuſtatis argumentum putabant. Quippe naturam cum primum incrementa caloris ac frigoris regionibus diſtinxit, ſtatim ad locorum patientiam animalia quoque generaſſe: ſed & arborum atque frugum pro regionum conditione, apte genera variata. Et quanto Scythis ſit cœlum aſperius quam Ægyptiis, tanto & corpora, & ingenia eſſe duriora. Cæterum, ſi mundi, quæ nunc partes ſunt, aliquando unitas fuit, ſive illuvies aquarum principio rerum terras obrutas tenuit, ſive ignis, qui & mundum genuit, cuncta poſſedit: utrisque primordii Scythas origine præſtare. Nam ſi ignis prima poſſeſſio rerum fuit, qui paulatim extinctus, ſedem terris dedit, nullam prius quam ſeptentrionalem partem hyemis rigore ab igne ſecretam, adeo ut nunc quoque nulla magis rigeat frigoribus. Ægyptum vero & totum Orientem tardiſſime temperatum: quippe qui etiam nunc torrenti calore Solis exæſtuet. Quod ſi omnes quondam terræ ſubmerſæ profundo fuerunt, profecto editiſſimam quamque partem decurrenti-

bus

bus aquis primum detectam; humillimo autem ſolo eandem aquam diutiſſime immoratam: Et quanto prior quaque pars terrrarum ſiccata ſit, tanto prius animalia generare cæpiſſe. Porro Scythiam adeo editiorem omnibus terris eſſe, ut cuncta flumina ibi nata in Mæotim, tum deinde in Ponticum, & Ægyptium mare decurrant. Ægyptum autem, quæ tot Regum, tot ſeculorum cura, impenſaque munita ſit, & adverſum vim incurrentium aquarum tantis ſtructa molibus, tot foſſis conſciſſa; ut cum hiſce arceantur, illis recipiantur aquæ: nihilominus coli niſi excluſo Nilo, non potuerit, non poſſe videri hominum vetuſtate ultimam, quæ ſive ex aggerationibus Regum, ſive Nili trahentis limum, terrarum recentiſſima videatur. His igitur argumentis ſuperatis Ægyptiis antiquiores ſemper Scythæ viſi. *Hæc ille.* Ex his liquet eos creationem mundi ſtatuiſſe. Quam etiam ſapientiores Ethnicorum cæteri crediderunt. Mercurii Trismegiſti Pimandrum, ſi conſultum videtur, evolve, quam luculenter ille de creatione mundi ſcribat inde cognoſces. Orpheus autem antiquiſſimus Græcorum Poëtarum in Argonaut. ſic canit;

Οὕνεκα σὺν τῷ παντὶ Διὸς πάλιν ἐντὸς
ἐτύχθη,
Αἰθέρος εὐρείης, ἠδ᾽ οὐρανοῦ ἀγλαὸν
ὕψος,

Πόντου τ' ἀτρυγέτου γαίης τ' ἐρικύδεος εὔρη,
Ὠκεανός τε μέγας καὶ νήετα τάρταρα γαίης,
Καὶ ποταμοὶ καὶ πόντος ἀπείρατος, ἄλλα τε πάντα,
Πάντες τ' ἀθάνατοι, μάκαρες θεοὶ, ἠδὲ θέαιναι,
Ὅσσα τ' ἔην γεγαῶτα καὶ ὕστερον ὅσσα ἔμελλεν
Γίγνεσθαι, ζηνὸς δ' ἐν γαστέρι σεῖρα πεφύκει.

Itaque una cum toto intra Jovem olim compacta erant,
Æther immenſus, & cæli ſplendida ſublimitas,
Pontique obſcuri, terræque contentioſæ inventio,
Oceanusque magnus, & recondita tartara terræ,
Et fluvii, & mare infructuoſum, cæteraque omnia,
Omneſque mortales, beati Dii, Deæque,
Quæque fuerunt & quæ poſtea futura ſunt,

Jovis

Jovis autem in ventre compages enata erat.

Item:

Πάντα τάδε κρύψας αὖθις φάος ἐς πολυγηθὲς
Μέλλεν ἀπὸ κραδίης προφέρειν πολυθέσκελα ῥέζων.

Cuncta hæc aſcondebat quæ in jucundam lucem
Prolaturus erat ex pectore mira faciens.

Linus ejus Præceptor antea librum de creatione mundi ſcripſerat, cujus principium hoc verſu legebatur:

Ἦν ποτέ σοι χρόνος οὗτος ἐν ᾧ ἅμα πάντ' ἐπεφύκει.

Erat tempus illud in quo hæc omnia nata ſunt.

Septimo autem die perfectum fuiſſe totum creationis opus hocce tradit metro.

Ἑβδομάτη δὴ οἱ τετελεσμένα πάντα τέτυκται.

Septimo vero die cuncta opera perfecta ſunt.

Heſiodus autem paſſim in Theogon. mundum ex Chao productum tradit. Euripides vero ſic canit:

Ὡς

Ω῾ς οὐρανός τε, γαῖά τε ἦν μορφὴ μία,
Ε᾿πειδὴ δ᾿ ἐχωρίσθησαν ἀλλήλων δίχα,
Τίκτουσι πάντα καὶ ἔδωκεν ἐς φάος,
Δένδρα, πτηνὰ, θῆρες, οὕς τε ἅλμη τρέφει,
Γένος τε θνητῶν.

Cælum, terraque unius formæ fuit,
Vbi autem ſecreta fuerunt ab invicem,
Pariunt omnia & ediderunt in lucem,
Arbores, volucres, feras, quosque alit mare,
Genusque hominum.

Aratus in Phœnomenis;

- - Τά γε σήματα ἐν οὐρανῷ ἐςήριξεν,
Α῎ςρα διακρίνας, ἐσκέψατο δ᾿ εἰς ἐνιαυτὸν
Α᾿ςέρας, οἵκε μάλιςα τετυγμένα σημαίνειεν
Ἀνδράσιν ὡράων ὄφρα ἔμπεδα πάντα φύωνται.
Τῷ μὲν ἀεὶ πρῶτόν γε καὶ ὕςατον ἱλάσκονται.

- - *Si-*

- - Signa autem in cælo collocavit,
Aſtraque diſtinxit, inque annum providit
Stellas, quæ maxime ratas ſignificarent
Hominibus tempeſtates anni, ut omnia certe
germinent.
Hunc ideo primum ſemper atque ultimum
placant.

Thales unus ſeptem Sapientum, Aquam rerum principium cenſuit; ex qua Deus ſolus ingenitus, principio, fineque carens omnes produxerit: Mundum autem pulcerrimum dixit, quia Dei opus. Plato in Timæo: Mundus enim ſi ipſum intuearis, corrumpti poteſt: quia quod compoſitum fuit, diſſolvitur tandem. Jamblich. de ſect. Pyth. ,, Homo ,,omnium animalium ſupientiſſimus creatus eſt, capax conſiderandi omnia & diſcendi, judicandique ,,de omnibus. Impreſſit enim ei Deus plenitudi,,nem omnium rationum; & ut fecit illum Orga,,num omnium, vocum, ſonorum, nominum, ſigni,,ficationum, ita & intellectuum & cogitationum, ,,quod Sapientiæ opificium eſt. Unde videtur mihi ,,homo compoſitus a Deo, ab eoque inſtrumenta ,,illa, facultatesque accepiſſe. *Plotin. Enn. II. l. I.* ,,*c. I.* Si dicamus cœlum eſſe æternum ratione totius ,,corporis, qui hæc, cum animalia intereant, & Ele,,menta invicem trenſeant, & cœlum ipſum, inquit ,,Plato, in fluxu perpetuo ſit? Sin animalia & Ele,,menta in ſpecie perpetuari, cur potius Cœlum in ,,numero & individuo? aut ſi forte, quia nihil ex

,, Cœlo

„Cœlo effluere poteſt, quod omnia continet, qua ra-
„tione conveniat hæc ratio planetis & aſtris, quæ
„non complectuntur, ut Cœlum, omnia, nec eo
„minus æterna dicuntur? Et ſi extrinſecus nihil of-
„fendit cœlum, quid vetat, quo minus intrinſecus
„labefactetur? cum animalia vitio ſuarum partium
„naturaliter intereant, etſi vivunt, interea dum diſ-
„ſolvuntur? Quid vero inde ſequetur, niſi utraque
„corpora perire, tum terreſtria tum cœleſtia? In eo
„tantum præſtare cœlum terræ, quod diutius duret,
„& tardius pereat? Certe ſi ita acceperimus hanc
„vocem, æternum ſeu ſempiternum, tum in univer-
„ſo, tum in partibus, ut non æternitatem ſignificet,
„ſed diuturnitatis differentiam tantum, minus am-
„biguitatis in re erit. Tolletur vero omnino, ſi vo-
„luntatem Dei ad continendum mundum per ſe ſuf-
„ficere dicamus. Sicuti enim ei viſum fuerit, alia
„ſecundum individua, alia ſecundum ſpecies, mero
„arbitrio ſuo perpetua fecerit. *Porphyrius de Int.*
„non in tempore, nec dum enim erat Tempus, & ex
„quo tempus factum eſt, ſi cum Intellectu confera-
„tur, vix dici poſſit, quod vere eſt.“ Ariſtotel. in
Metaphyſ. qui Deum ſeu mentem cauſam & autho-
rem dixit, non animalium modo, ſed naturæ ipſius,
& mundi & ordinis Univerſi, tanquam ſobrius & vi-
gilans loqui videtur, cæteri temere. Qui vero ſic
opinantur, optime cauſam illam Principium ejus
omnis quod eſt, ſtatuunt, & Principium certe, quod
omnibus rebus tribuit motum. Epictetus:
„Statuit Deus Hyemen & Æſtatem; frugum co-
„piam & inopiam, annonæ vilitatem & caritatem.
„Idem

„Idem terræ modo addit vires, modo minuit, & hæc
„contraria, ad Univerſi concentum divina providen-
„tia diſponit. Hominem is ipſe in Mundum induxit,
„corpus ei & membra, hæreditates & cohæredes de-
„dit. Viſum porro & colores fecit; Viſus vero &
„colores fruſtra absque luce. Ergo & lucem ipſam
„creavit. *Plutarch. de dogm. Philoſ.* Quidam Pla-
„tonis alioquin ſtudioſi, torquent omnibus modis
„ejus verba, ut creationem mundi & animæ negare,
„temporisque æternitatem aſſeverare videatur. At
„videant, ne egregiam illam Deorum adverſus im-
„pios orationem ei hac ratione tollant, qua nil Pla-
„tone dignius, nil Platonicum magis. Quid autem
„uno aut altero loco prolato opus eſt? cum Ti-
„mæus creationem mundi diſerte & de induſtria
„exponat. *Idem in Pſychogonia*: Si Deus omnia
„non fecit, a quibusdam rebus cogitur, & omnium
„Dominus non eſt. Deum autem omnium domi-
„num arbitrari oportet, ergo & ſingularum creato-
„rem. *Cicero l. I. de Inv.* Non temere nec fortui-
„to nati ſumus & creati, ſed profecto fuit quædam
„vis, quæ generi conſuleret humano, nec id gigne-
„ret aut aleret, quod cum exantlaſſet omnes labores,
„tum incideret in mortis malum ſempiternum. *Se-
„neca lib. I. de vita beat. c. XXXI.* Et non quæram,
„quæ ſint initia univerſorum, quis rerum formator,
„qui omnia in uno merſa & materia inerti convolu-
„ta diſcreverit? *Macrob. lib.* I. *Saturn.* Mundus
„non poteſt non novus admodum eſſe, cujus co-
„gnitio bis mille annos non excedat.“ Et hæc ve-
riſſima opinio; a qua nec Lucretius l. V. de nat rer.
abhorret:

Deni-

Denique jam tuere hoc circum, ſupraque, quod omnem
Continet amplexu terram: quod procreat ex ſe
Omnia, (quod quidam memorant) recepitque perempta:
Totum nativum mortali corpore conſtat.
Nam quodcunque alias ex ſe res auget, alitque,
Deminui debet, recreari cum recipit res.
Præterea ſi nulla fuit genitalis origo
Terrarum & cœli, ſemperque æterna fuere:
Cur ſupra bellum Thebanum, & funera Trojæ,
Non alias alii quoque res cecinere Poëtæ?
Quo tot facta virûm toties cecidere? nec uſquam
Æternis famæ monumentis inſita florent.

Cujus ſententiæ aſſertores Maron. Eccl. VI. Ovid. l. I. Metam. & l. II. de arte amandi evolve. Quemadmodum vero Druydæ conditum mundum credebant; ita & aliquando igni periturum affirmabant. Strabo l. IV. Geogr. *Ignem & aquam aliquando ſuperaturos affirmant.* Et hanc Panolethriam etiam reliquæ gentes agnoverunt. Orpheus:

Ἕκτῃ ἐν γενεῇ κατα παύσετε κόσμον ἀειδῆς.

In

In ſexto millenario expectate finem mundi.

Sibylla:

Ἔϛαι κόσμος ἄκοσμος ἀπολλυμένων ἀν-
θρώπων,
Καὶ τότ' ἀπ' ἠελίου πέμψειε θεὸς βασι-
λῆα,
Ὃς πᾶσαν γαῖαν παύσει πολέμοιο κα-
κοῖο.
- - πότ' ἂν ἔλθῃ
Πῦρ ἔϛαι, σκότος ἐν τῇ μέσσῃ νυκτὶ με-
λαίνῃ.

Erit mundus immundus deficientibus homi-
nibus,
Et tunc ab oriente mittet Deos Regem,
Qui omnem terram liberabit a malo bello.
- - Tunc cum veniet
Ignis erit, obſcura in media nocte nigredo.

Et Stoici conflagrationem mundi certa poſt ſecula fore opinabantur, quam paulo poſt rerum omnium in priſtinum ſtatum reſtitutio conſequutura eſſet: quæ Chryſippi in l. de Providentia ſententia fuit, a Lucano Stoico verſibus expreſſa, παλιγγενεσίαν vocavit Varro. Ovid. l. II. Metam.

Eſſe quoque in fatis reminiſcitur affore tem-
pus,

Quo mare, quo tellus, correptaque regia cœli
Ardeat, & mundi moles operoſa laboret.

Stat. II. Sylv.

- - omnia functa,
Aut moritura vides. Obeunt noctesque, dieſque,
Aſtraque, nec ſolidis prodeſt ſua machina terris.

Seneca in Hercule Oetæo:

Jamjam legibus obrutis
Mundo cum veniet dies;
Auſtralis polus obruet
Quicquid per Lybiam jacet,
Et ſparſus Garamas tenet.
Arctous polus obruet
Quicquid ſubjacet axibus,
Et ſiccus Boreas ferit.
Amiſſum trepidus polo
Titan excutiet diem.
Cœli regia concidet,
Certos atque obitus trahet.
Atque omnes pariter Deos,
Perdet mors aliqua, & chaos.
Et mors fata noviſſima
In ſe conſtituet ſibi.

Et hoc ejusdem:

Omnia

Omnia tempus edax depaſcitur, omnia carpit.
Omnia ſede movet; nil ſinit eſſe diu.
Flumina deficiunt; profugum mare litora ſiccat,
Subſidunt montes & juga celſa ruunt:
Quid tam parva loquar? moles pulcerrima mundi
Ardebit flammis tota repente ſuis.
Omnia mors poſcit, lex eſt, non pœna, perire;
Hic aliquo mundus tempore nullus erit.

Lucan. l. I. Pharſ.

- - ſic cum compage ſoluta
Secula tot mundi ſuprema coëgerit hora,
Antiquum repetens iterum chaos; omnia mixtis
Sidera ſideribus concurrent; undique pontum
Aſtra petent, tellus extendere litora nolet,
Excutietque fretum; fratri contraria Phœbe
Ibit, & obliquum bigas agitare per orbem
Indignata, diem poſcet ſibi, totaque diſcors
Machina divulſi turbabit fœdera mundi.

Et hæc veriſſima tam antiquorum Ethnicorum quam Chriſtianorum ſententia. Completis igitur annorum ſex millibus (verba ſunt Lactant. l. VII.

c. XXV.) mutationem iſtam fieri oportere, & jam propinquare illum ſummum concluſionis extremæ diem, de ſignis quæ prædicta ſunt a Prophetis licet noſcere. Prædixerunt enim ſigna, quibus conſummatio temporum, & expectanda ſit nobis in ſingulos dies, & timenda. Iudicium enim erit tunc de actis & geſtis cujusque hominis. Quod etiam Diphilus Comicus hiſce teſtatur:

Ἔςαι γὰρ, ἔςαι καινὸς αἰῶνος χρόνος,
Ὅτ' ἂν πυρὸς γέμοντα θησαυρὸν σχάσῃ
Χρύσωπος αἰθὴρ, ἡ δὲ βοσκηθεῖσα φλὸξ,
Ἅπαντα τ' ἐπίγεια καὶ μετάρσια
Φλέξει μανεῖσα. κλέπτ', ἀποςέρει, κύκα,
Μηδὲν πλανηθῇς, ἔςαι καὶ ἐν ᾅδου κρίσις,
Ἥνπερ ποιήσει ὁ θεὸς ὁ πάντων δεσπότης,
Οὗ τοὔνομα φοβερόν.

Erit certe, erit novum tempus ſeculi,
Quando ignis effundet refertas copias
Auratus æther, flamma quæ depaſta fuit,
Terrena cuncta, cunctaque ſublimia
Vret furens. Furare, defrauda, miſce,
Ne erres, erit in inferno Iudicium,
Quod faciet Deus omnium Dominus,
Cujus nomen formidabile.

Reſurrectionem enim crediderunt; qua in extremo die omnes omnino homines emergerent. Chryſippus: τούτου δὲ οὕτως ἔχοντος, δῆλον ὡς οὐδὲν ἀδύνατον,

κατον, καὶ ἡμᾶς, μετὰ τὸ τελευτῆσαι, πάλιν περιόδων τινῶν εἰληκμένων χρόνȣ, εἰς ὃ νῦν ἐσμὲν καταςήσεσθαι χῆμα, id eſt, *cum vero ita ſe hoc habeat, manifeſtum eſt, non eſſe impoſſibile, & nos, poſtquam defuncti erimus, rurſum temporis aliquot periodis exantlatis, in illud, quo nunc ſumus, ingreſſos corpus apparituros.* Senec. in Ep. ad Luc. *Et mors, quam pertimeſcimus, intermittit vitam, non eripit, veniet iterum, qui nos in lucem reponat dies.* Cæterum de Iudicio extremi diei hos Sibylla protulit verſus:

Ὁππότε καὶ τὸ λάβῃ τέλος αἴσιμον, ἠδὲ βροτοῖσι
Ἤδη ἀφίξηται κρίσις ἀθανάτοιο θεοῖο.
Ἥξει ἐπ' ἀνθρώπους μεγάλη κρίσις, ἠδὲ καὶ ἀρχή.
Ταρτάρεον δὲ χάος τότε δείξει γαῖα χανοῦσα.
Ἥξουσιν δ' ἐπὶ βῆμα θεοῦ βασιλῆες ἅπαντες.
Οὐρανὸν εἰχέξας γαίης κευθμῶνας ἄνοιξις,
Καὶ τότ' ἀναςήσω νεκροὺς μοῖραν ἀναλύσας.
Καὶ θανάτου κέντρον, καὶ ὕςερον εἰς κρίσιν ἄξω,

Κρίνον εὐσεβέων καὶ δυσσεβέων βίον ἀνδρῶν.

Tunc & accipiet finem juſtum, & mortalibus
Apparebit judicium immortalis Dei.
Veniet in homines magnum Iudicium, & principium.
Tartareum vero chaos tunc capiet terra hians
Apparebuntque ante tribunal Dei Reges omnes.
Cœlum involvet terræ latibulis ſciſſura,
Et tunc reſurgent mortui fato ſoluto;
Et mortis ſtimulos, & remotiſſimum ad judicium aget,
Iudicans piorum & impiorum vitam hominum.

Rurſumque hiſce præmia piorum, pœnasque impiorum commemoravit, ſic canens:

Δύσπιςου γὰρ ἅπαν μερόπων γένος, ἀλλ' ὅταν ἤδη
Κόσμου καὶ θνητῶν ἔλθῃ κρίσις, ἣ Θεὸς αὐτὸς
Ποιήσει, κρίνων ἀσεβεῖς θ' ἅμα εὐσεβέας τε,
Καὶ τότε δυσσεβέας μὲν ἐπὶ ζόφον ἐν πυρὶ πέμψει,

Ὅσσοι

Ὅσσοι δ' εὐσεβέουσι, πάλι ζήσουσ' ἐπὶ γαίης
Πνεῦμα θεοῦ δόντος, τιμὴν ἅμα καὶ βίον αὐτοῖς.
Πάσης γὰρ γαίης τότε θνητῶν σύγχυσις ἔςαι,
Αὐτὸς ὁ παντοκράτωρ ὅτ' ἂν ἔλθῃ βήματι κοῖναι,
Ζώντων καὶ νεκύων ψυχὰς, καὶ κόσμον ἅπαντα.

Incredulum autem omne hominum genus, ſed quando tunc
Mundi & hominum veniet judicium, quod Deus ipſe
Faciet, judicans impios ſimul, piosque,
Et tunc impios quidem in obſcurum ignis mittet,
Qui vero pii, rurſum vivent in terra
Spiritum Deo dante, bonorem ſimul & vitam ipſis.
Omnis enim terra tunc hominum confuſio erit,
Ipſe omnipotens quando veniet in tribunali judicaturus
Viventium & mortuorum animas, & mundum omnem.

Nec non eandem ſententiam talibus confirmat:

Ἄφθαρτος, κτιςὴς αἰώνιος αἰθέρα ναίων
Τοῖς τ' ἀκάκοις ἄκακον προφέρων πολὺ μείζονα μισθὸν,
Τοῖς δὲ κακοῖς, ἀδίκοις τε χόλον, καὶ θυμὸν ἀγείρων.

Incorruptus creator æternus ætherem inhabitans
Bonis non malam proferet mercem,
Malis vero, injuſtisque iram, & livorem perpetuum.

Plato in Georgia ſic ait: νόμος καὶ ἀεὶ καὶ νῦν ἔτι ἐςὶν ἐν θεοῖς, τῶν ἀνθρώπων τὸν μὲν δικαίως τὸν βίον διελθόντα καὶ ὁσίως, ἐπειδὰν τελευτήσῃ εἰς μακάρων νήσους ἀπίοντα, οἰκεῖν ἐν πάσῃ εὐδαιμονίᾳ ἐκτὸς κακῶν. τὸν δὲ ἀδίκως καὶ ἀθέως, εἰς τὸ τῆς τίσεώς τε καὶ δίκης δεσμωτήριον, ὃ δὲ τάρταρον καλοῦσιν, ἰέναι, id eſt, *Lex & ſemper & nunc extat apud Deos, ut quicunque homines juſte pieque vitam egiſſent, cum e vita migrarent, ad beatorum inſulas profecti, in omni felicitate viverent, a malis longe ſejuncti: qui vero injuſte impieque vixiſſent, in punitionis juſtique ſupplicii carcerem, quod appellant tartarum, irent.* Hierocles Pythagor. τέλος βίου, θεὸν ποιεῖν ἐκ τοῦ ἀνθρώπου κατὰ τὸ δυνατόν: *finis vitæ ut homo Deus fiat.* Pindarus:

Ψυχαὶ δ' εὐσεβῶν ἐν οὐρανοῖς νέουσαι

Μολ-

Μολπαῖς μάκαρα, μέγαν ἀειδουσιν ἐν
ὕμνοις.

Animæ piorum cœlos colentes
Cantum beatum, & magnum in hymnis
canunt.

Atheus etiam ille Lucianus, quamvis Chriſtianos paſſim ſannis excipiat, quod Gentium Deos abnegemus, & ἀνεσκολοπισμένον σοφιστὴν προσκυνῶμεν, id eſt, *crucifixum Sophiſtam adoremus*, in Philopatride ſic ſcribit: ἄνθρωπον ἐκ μὴ ὄντων Θεὸς ἐς τὸ εἶναι παρήγαγε, καὶ ἐστιν ἐν οὐρανῷ βλέπων δικαίους τε κἀδίκους, καὶ ἐν βίβλοις τὰς πράξεις ἀπογραφόμενος. ἀνταποδώσει δὲ πᾶσιν, ἣν ἡμέραν αὐτὸς ἐνετείλατο, id eſt, *Hominem ex nihilo ad eſſentiam produxit Deus, eſtque in cœlo aſpiciens juſtos pariter atque injuſtos, & in libris deſcribens, cujusque res & actiones. Rependet autem omnibus ea die, quam ipſe præfinivit.* Vbi tu quoque ſuſtinebis pœnam, Luciane, qui agnitam veritatis lucem reſpiciens animam tuam Dæmonibus mancipaſti; quorum etiam mancipium ob blaſphemum tuum os perpetuo eris.

Cap. XXI.

Temporis *obſervatio. Noctes numerant. Prior fuit nox. Romani a media nocte diem ducebant. Noctu nuptiæ celebratæ. Pueri faces nubentibus præferebant. Noctis color.*

IN temporum vero obſervatione Druydæ a Romanorum more diverſum quid ſtatuebant, * ut ex Tacit. l. de Mor. Germ, patet: *nec dierum numerum, ut nos, ſed noctium computant. Sic conſtituunt, ſic condicunt: nox ducere diem videtur.* Et D. Cæſ. l. VI. Com. Bell. Gall. *ſpatia omnis temporis, non numero dierum, ſed noctium definiunt: & dies natales, & menſium, & annorum initia ſic obſervant, ut noctem dies ſubſequatur.* Recte quidem noctem primam numerarunt. Namque ut Poëtæ tradunt, prima fuit Nox; ut Ariſtophanes in Avibus tradit:

Χάος ἦν, καὶ νὺξ, ἔρεβός τε μέλαν πρῶτον, καὶ
τάρταρος εὐρὺς,
Γῆ δ᾽ οὐδ᾽ ἀὴρ οὐδ᾽ οὐρανὸς ἦν.

Chaos erat, & nox, Erebusque niger primum, & Tartarus obſcurus,
Terra vero neque aër neque cœlum erat.

Hinc Aratus in Phænomen. Noctem antiquam vocat:

Ἀλλ᾽ ἄρα καὶ περὶ κεῖνο θυτήριον ἀρχαίη Νύξ.

Sed poſtquam & illic poſuit thuribulum antiqua Nox.

Idem ab Orpheo hominumque Deûmque parens dicitur, dum ſic canit:

Νύκτα θεῶν γενέτειραν ἀείσομαι, ἠδὲ καὶ ἀνδρῶν.

Noctem

* Vid. Cel. *Jo. Georg. Keyslerus* in Antiq. Sept. & Celt. p. 197. ſq. & *Cluverius* L. I. Germ. Antiq. c. 33.

Noctem Deorum matrem cano, & hominum.

Moſes etiam Gen. c. I. v. 5. ſcribit, ex veſpera & mane primum fuiſſe diem. Tenebras vero, ut Tremellico-Iuniana annotata habent, ſeu veſperam diei & luci anteponit Moyſes; tum quia tenebræ priores fuerunt tempore, verſ. 2. Quam in ſententiam rogatus Thales reſpondit: noctem unam fuiſſe priorem die, apud Laërtium, tum quia ex Scripturæ ratione, quam populi non pauci ſequuti ſunt, nocte inchoatur civilis dies. Populum etiam Romanum dies ſingulos numerare a media nocte A. Gellius l. III. Noct. Attic. ſcribit: Præterea Tribuni plebis, quos nullum diem abeſſe Roma licet, cum poſt mediam noctem proficiſcuntur, & poſt primam facem ante mediam ſequentem revertuntur, non dicuntur abfuiſſe unum diem, quando ante noctis horam ſextam regreſſi, partem aliquam in urbe Romana ſunt. Servius ad illud Virgil. l. VI. Æneid.

- - *Primi ſub lumina Solis & ortus.*

Sed, inquit, *loquutus eſt ſecundum Romanum ritum, quo dies creditur a medio noctis incipere.* Noctu * etiam apud Romanos nova nupta ad domum mariti deducebatur, ut Ambroſius de Viduis refert: *Cum accenſis funalibus nox ducitur. Nonne pompæ funebris exſequias magis parat, quam thalamum præparari?*

* De nuptiis noctu celebrari ſolitis, lege *Cornel. Adami* in Obſervat. p. 163. *Stuckium* in Antiquit. Convival. lib. III. cap. 24. *Jo. Mich. Dilherrum* Tom. I. Diſp. Acad. p. 797. *Ramireſium de Prado* in Pentecont. cap. 14. p. 97. *Feſſelium* T. II. Adverſar. Sacr. p. 111. ſq.

vari? Facibus enim deducebantur, ut Plin. l. XVI. c. 18. refert, & Apul. l. IX. Mileſ. Heliodor. l. II. Hiſtor. Æthiop. καὶ δᾷδες, αἱ τὸ γαμήλιον ἐκλάμψασαι φῶς, *& faces, quæ illuſtrabant thalamum lumine.* Senec. l. VII. Controverſ. *Cum infelici face ad dotalem ſuam nova nupta deduceretur.* Faces autem præferebant patrimi pueri, * qui ἀμφιθαλεῖς dicebantur, hoc eſt, interprete Zoſimo Hiſt. l. II. ἀμφοτέρους τοὺς γονεῖς ἔχοντες περιόντας, *ambos parentes habentes ſuperſtites.* Sequebantur autem novam nuptam viri & fœminæ plaudentes, ut Artemidor. l. II. refert: καὶ γὰρ τὰ αὐτὰ ἀμφοτέροις συμβαίνει, τῷ δὲ γαμοῦντι καὶ ἀποθνήσκοντι, οἷον παραπομπὴ φίλων ἀνδρῶν τε καὶ γυναικῶν, id eſt, *etenim hæc ipſa ambobus conveniunt, nubenti & morienti, qualiter pompa eſſe ſolet chariſſimorum virorum & mulierum.* Sed de noctis dicebantur colore Æthiopes, ut Arbiter in hiſce ſcribit:

Tinctus colore noctis
Manu puer loquaci.

ut Terentius Maurus adducit. Apulej. l. I. Florid. de Indis: *In corpore color eſt noctis.*

Cap.

** De tædis, quæ ſolebant præferri, diſſerit & *Mart. Delrio* in Comment. ad *Senecam* Tragicum p. 14. ſq. & *Jo. Triſtanus* in Nummis Imperator. T. II. p. 653. Vide etiam *Petronium* Clariſſ. *Burmanni* p. 87. 88. Benedictinorum notas ad S. *Ambroſium* T. II. p. 844. *Jo. Lomeierum* de Luſtrat. p 255. & *Jac. Elsnerum* in Obſervat. Sacr. T. I. p. 114. qui inter cetera quoque obſervat, lampadas has νυμφικὰς λαμπάδας vocari ſolitas.

Cap. XXII.

Sacrificia *curabant. Divinæ naturæ conſcii. Apud cæteras gentes certæ familiæ. Pinarii apud Romanos. Eumolpidæ apud Athenienſes.*

ADminiſtris autem Druydibus, ut Cæſ. l. VI. Comm. Bell. Gall. refert, ad ſacrificia Germani ſeu Celtæ utebantur. Nec cuiquam, teſte Diodor. Sic. l. V. Bibl. ſacrum facere absque Philoſopho fas erat. Per hos enim, ut divinæ naturæ conſcios, & quaſi collocutores gratiarum ſacra DIIS offerenda; per hos internuncios bona ab illis expetenda eſſe cenſent. Immolabant autem, ut Strab. l. IV. Geogr. author eſt, nequaquam Druydis abſentibus: quod etiam ex Tacit. lib. de Morib. German. patet. Erant etiam apud nonnullas gentes certæ quædam familiæ, quæ ſolæ nonnullorum Deorum ſacris initiarentur. Sic Herculi Pinarii & Potitii, ut ex Virgil. l. VIII. Æneid. Liv. l. 1. Macrob. lib. III. c. VI. patet. At Cereris ſacris apud Athenienſes ſoli initiabantur Eumolpidæ, quia primus Eumolpus illa ſacra celebravit, ut teſtatur Aceſorus his verbis: κατοικῆσαι δὲ τὴν Ἐλευσῖνα ἱστορῦσι, πρῶτον μὲν τοὺς αὐτόχθονας, εἶτα Θρᾷκας τοὺς μετ' Εὐμόλπου παραγενομένους πρὸς βοήθειαν, εἰς τὸν κατ' Ἐρεχθέως πόλεμον. τινὲς δέ φασι καὶ τὸν Εὔμολπον εὑρεῖν τὴν μύησιν τὴν συντελουμένην κατ' ἐνιαυτὸν ἐν Ἐλευσῖνι, Δήμητρι, καὶ Κόρῃ, id eſt, *Habitaſſe prius in Eleuſine indigenas narrant, at deinde Thra-*

ces,

ces, qui cum Eumolpo ſuppetias tulerunt per bellum, quod fuit cum Erechtheo. At alii inquiunt, Eumolpum inveniſſe ſacrificia, quæ fiunt anniverſaria in Eleuſine, Cereri & Proſerpinæ. Androtion vero l. II. de ſacrificiis, non eum Eumolpum inquit illa ſacrificia inveniſſe, ſed quintum a primo ejusdem nominis: Εὐμόλπου γὰρ γενέσθαι κήρυκα, οὗ δὲ Εὔμολπον, οὗ δὲ Ἀντίφημον, οὗ δὲ Μουσαῖον τὸν ποιητήν, οὗ δὲ Εὔμολπον τὸν καταδείξαντα τὴν μύησιν, καὶ ἱεροφάντην γεγονότα, id eſt, *num Eumolpum fuiſſe præconem, ex quo naſcitur Eumolpus; ex hoc Antiphemus, ex hoc Muſæus Poëta, ex hoc Eumolpus, qui ritum ſacrorum demonſtravit; atque functus fuit ſacerdotio.* Apud Germanos autem non certæ familiæ erant ſacris initiatæ; ſed quicunque doctrinæ gratia ad Druydas ablegabantur: quique perceperant doctrinam, ut jam alios erudire, & rite ſacrificiis præeſſe poſſent. Et hæc hactenus de Druydis dixiſſe ſufficiat, progrediemur jam ad locum illum, in quo ſacra ſua procurabant.

Cap. XXIII.

Locus ſacrificiorum. *Lucus. Sine imagine ſculptili Deorum. Ita apud Romanos priſcos in ſylva ſacrificabatur. Agrorum luſtratio. Sylvarum cura conſulum. Crebra in ſacris lucorum mentio* אלון *quid. Idem* האשרה. *Quod tamen & ſtatuam notat. Perſæ carebant imaginibus. In ſublimibus locis ſacrificia facta. Ara ſublimis Argonautarum.* Ἐπάκριος Ζεύς. *Iupiter* עב־לבעל. Ζεὺς

ἱερ-

ἐπικυκλίδιος. *Lapis circularis. Apollo ἀγυιεύς.* Βαίτυλος. *Saxum Brachthan colebant Saraceni. Vnde is mos.* Ἑρμαῖοι λόφοι. *Mercurius* ἐνόδιος. *Vnde is mos apud Græcos.*

ET quidem in lucis, * tanquam templis victimas ſuas mactabant. Tacit. in l. de Mor. Germ. *Cæterum nec cohibere parietibus Deos, nec in ullam humani oris ſpeciem aſſimilare, ex magnitudine cœleſtium arbitrantur. Lucos ac nemora conſecrant, Deorumque nominibus appellant ſecretum illud, quod ſola reverentia vident.* Idem: *Publice aluntur iisdem nemoribus ac lucis.* Idem: *Stato tempore in ſylvam auguriis patrum & priſca formidine ſacram omnes ejusdem ſanguinis populi legationibus coëunt. Eſt & alio luco reverentia. Nemo niſi vinculo ligatus ingreditur, ut minor & poteſtatem numinis præ ſe ferens: ſi forte prolapſus eſt, attolli & inſurgere haud licitum. Per humum evolvuntur, eoque omnis ſuperſtitio reſpicit, tanquam inde initia gentis, ibi regnator omnium Deus, cætera ſubjecta atque parentia.* Idem: *Eſt & in inſula Oceani caſtum nemus.* Idem: *Apud Nabarvalos antiquæ religionis lucus oſtenditur.* L. I. Ann.

* De cultu religioſo lucorum præter autores a Cel. *Fabricio* laudatos in Bibliograph. Antiq. p. 290. vide *Fraſſenium* in Disquiſit. Bibl. p. 274. *Jurieuum* Hiſt. Dogm. P. IV. cap. I. p. 753. *Jo. Georg. Eccardum* Diſſ. de Portu Iccio in Miſc. Lipſ. T. VIII. p. 283. *Dieter. Dreſlerum* Diſſ. de lucis religioni gentilium deſtinatis Lipſ. 1720. 4. Cl. *Jo. Georg. Keyslerum* Antiq. Sept. & Celt. p. 60. 72. 318. ſq. & *Petr. Zornium* Biblioth. Antiq. & Exeget. T. I. P. IV. p. 378. ſqq.

Ann. *Lucis propinquis barbaræ aræ.* L. XV. *Præſidium poſthac vicis impoſſitum, exciſique luci, ſævis ſuperſtitionibus ſacris.* L. IV. Hiſt. *Civilis primores gentis & promptiſſimos vulgi ſpecie epularum ſacrum in nemus vocatos, ubi nocte ac lætitia incaluiſſe videt, & cætera ſervitii mala enunciat.* Lucanus l. 1. de Druydis:

- - Nemora alta remotis
Incolitis lucis. - -

Et de Maſſylia urbe l. III. Pharſ.

Lucus erat longo nunquam viduatus ab ævo,
Obſcurum cingens connexis aëra ramis,
Et gelidas alte ſummotis ſolibus umbras.
Hunc non ruricolæ Panes, nemorumque potentes
Sylvani, Nymphæque tenent, ſed barbara ritu
Sacra Deûm, ſtructæ ſacris feralibus aræ,
Omnis & humanis luſtrata cruoribus arbos.
Si qua fidem meruit Superos mirata vetuſtas,
Illis & volucres metuunt inſiſtere ramis,
Et luſtris recubare feræ: nec ventus in illas
Incubuit ſylvas, excuſſaque nubibus atris
Fulgura: non ullis frondem præbentibus auris,
Arboribus ſuus horror ineſt. tum plurima nigris

Fon-

Fontibus unda cadit: ſimulacraque mœſta Deorum
Arte carent, cæſiſque extant immania truncis.
Ipſe ſitus, putrique facit jam robore pallor
Attonitos: non vulgatis ſacrata figuris
Numina ſic metuunt: tantum terroribus addit,
Quos timeant non noſſe Deos, jam fama ferebat
Sæpe cavas motu terræ mugire cavernas,
Et procumbentes iterum conſurgere taxos,
Et non ardentis fulgere incendia ſylvæ,
Roboraque amplexos circumfluxiſſe Dracones.
Non illum cultu populi propiore frequentant,
Sed ceſſere Deis. medio cum Phœbus in axe eſt,
Aut cœlum nox atra tenet, pavet ipſe Sacerdos
Acceſſus, Dominumque timet deperdere luci.

Sed & hæc fuêre apud Romanos, ut Plin. l. XII c. I. Nat. Hiſt. ſcribit, numinum templa, priſcoque ritu ſimplicia rura etiam nunc Deo præcellentem arborem dicant. Nec magis auro fulgentia atque ebore ſimulacra, quam lucos, & in iis ſilentia ipſa adoramus Sen. Epiſt. XLI. *Si tibi occurrit vetuſtis arboribus, & ſolitam altitudinem egreſſis frequens lucus, & conſpectum cæli denſitate ramorum aliorum alios*

protegentium ſubmovens, illa proceritas ſylvæ & ſecretum loci, & admiratio umbræ in aperto tam denſæ, atque continuæ fidem tibi numinis facit. Sed & Marti Sylvano in ſylvis ſacrificabant Romani, ut M. Cato in l. de re ruſtic. ſcribit. c. CLXXXIII. *Votum pro bubus, ut valeant, ſic facito.* Marti Sylvano in ſylva interdius, in capita ſingula boum votum facito farris adoret libras III. & lardi P. IV. & pulpæ P. IV. 5. vini ſextarios tres, &c. Modum autem conlucandi ſeu conſecrandi lucum idem tradit cap. CXXXIX. *Lucum conlucare Romano more ſic oportet. Porco piaculo facito. Sic verba concipito:* Si Deus, ſi Dea es, quorum illud ſacrum eſt, uti *tibi jus* ſiet porco piaculo facere, illiuſce ſacri coërcendi ergo. Harumce rerum ergo, ſive ego, ſive quis juſſu meo fecerit, uti id recte factum ſiet, ejus rei ergo te hoc porco piaculo immolando bonas preces precor, uti ſies volens propitius mihi, domo, familiæque meæ, liberisque meis. Harumce rerum ergo macte hoc porco piaculo immolandus eſto. Sed & agri luſtrandi modum idem nobis demonſtrat c. CXLI. quem vide. Cui etiam Virgil. l. I. Georg. adhæret, ſic ſcribens:

Cuncta tibi Cererem pubes agreſtis adoret,
Cui tu lacte favos, & miti dilue Baccho;
Terque novas circum felix eat hoſtia fruges,
Omnis quam chorus, & ſocii comitentur ovantes,
Et Cererem clamore vocent in tecta, nec ante

Fal-

Falcem maturis quiſquam ſupponat ariſtis,
Quam Cereri, tota redimitus tempora quercu
Det motus incompoſitos, & carmina dicat.

Hinc apud Romanos Sylvarum curam fuiſſe inter officia conſulis ex Suetonii Cæſare liquet. Id, quod cum ab Senatu ad occupandam extorti conſulatus authoritatem decretum eſſet: Maro in IV. Eccl. ad Pollion. *Si canimus ſylvas*, inquit, *ſylvæ ſunt conſule digna:* ut quantum depreſſiſſet Conſulis dignitatem Senatus ad ſylvarum usque humilitatem, tantum ſuis verſibus, novaque materiæ dignitate, extolleret ipſe ſylvas ad faſtigium conſulatus. Hæc Scalig. l. I. Poët. c. IV. Lucus ſane, teſte Servio l. III. Æn. nunquam ponitur ſine religione. Priſci autem Romani tempore Numæ nondum idola colebant, ſed ſacra in lucis operabantur: quod diſerte innuit Tertullian. in Apologet. c. XXV. *Etſi à Numa conſcripta eſt curioſitas ſuperſtitioſa, nondum tamen aut ſimulacris, aut templis res divina apud Romanos conſtabat, frugi religio & pauperes ritus, & nulla Capitolio certantia mole, ſed temeraria de ceſpite altaria, & vaſa adhuc Samia, & nidor ex ollis, & Deus ipſe nusquam.* Clemens Alexandr. Strom. l. I: Νουμᾶς δὲ ὁ Ῥωμαίων βασιλεὺς, πυθαγόρειος μὲν ἦν. ἐκ δὲ τῶν Μωϋσέως ὠφεληθεὶς διεκώλυσεν ἀνθρωποειδῆ καὶ ζωόμορφον εἰκόνα θεοῦ Ῥωμαίους κτίζειν. ἐκ γ᾽ οὖν ἑκατὸν καὶ ἑβδομήκοντα τοῖς πρώτοις ἔτεσι ναοὺς οἰκοδομούμενοι, ἄγαλμα οὐδὲν οὔτε πλαστὸν, οὔτε μὴν γραπτὸν ἐποιήσαντο. ἐπε-

δείκνυτο γὰρ αὐτοῖς ὁ Νουμᾶς διὰ ἐπικρύψεως, ὡς οὐκ ἐφάψασθαι τοῦ βελτίστου δυνατὸν ἄλλως ἢ μόνῳ τῷ νῷ, id eſt, *Numa vero Romanorum Rex, Pythagoricus quidem erat, ex Moyſe vero adjutus prohibuit humanam aut animalem formam Deo a Romanis tribui. Centum igitur & ſeptuaginta primis annis templa ædificantes, imaginem nullam neque formatam, neque ſcriptam ſeu pictam fecerunt. Oſtendit autem Numa ipſis ſymbolum, Deum neutiquam attingi poſſe, ſed ſola mente.* Vide hac de re Plutarch. in Numa, Ciceron. in Paradox. Plin. l. XXXIV. c. IV. Euſeb. l. III. de præpar. Evang. Auguſtin. l. IV. de C. D. c. XXXI. & IX. Sed & crebra in ſacris fit mentio lucorum, in quibus ſacra facta fuerunt; vel qui ob aliquam cauſam culti fuerunt. Gen. c. XII. v. 6. ויעבר אברם בארץ עד מקום שכם עד אלון מורה *& tranſivit Abram per regionem illam ad locum usque Sechemi, ad lucum usque More.* Gen. XVIII. verſ. 1. וירא אליו יהוה באלני ממרא: *& apparuit porro ei Iehovah in luco Mamre.* v. 8. והוא עמד עליהם *& ipſe ſtabat ſub illa arbore.* c. XIII. v. 18. ויבא וישב באלני ממרא *& veniens habitavit in luco Mamre.* * אלון autem lucum ſeu quercetum apud Hebræos denotat, quaſi idem cum אלה, quod ab אלה deſcendit. Namque etiam איל planities in plurali מאילים faciens, pro

* Confer de querceto illo Mambre *Ezech. Spanhemium* ad *Callimach.* p. 378. 480. *Dickinſoni* Delphos Phœnicizantes p. 190. ſq. *Guil. Cave* apparatum ad vitas Apoſtolorum p. 21. ſq. & *Fortunati Scacchi* Myrothecium ſacrum f. 947.

pro luco ſeu querceto ſumitur. Ieſ. I. v. 29. Et hanc ſententiam confirmat adductus verſiculus Gen. XVIII. v. 1. quia Abram ſub illis arboribus ſtetit, quæ in luco erant. Occurrit etiam Exod. III. v. 2. Iud. VI. v. 25. 1. Sam. XXII. v. 7. 1. Reg. c. XXXIV. v. 25. II. Reg. c. XXI v. 12. c. XXIII. v. 4, 7. luci mentio, ubi τὸ האשרה lucum denotat, ſic dictum, quod homines beatitatem in eo, utpote ſacro & religioſo quærerent, aut per Antiphraſin, quaſi minime beatus, ut Latine lucus, quaſi minime lucidus. Sed & hoc quandoque ſtatuam ſeu lignum denotat. Sic enim locus ille Iud. VI. v. 25. & 28. de Gedeone accipiendus: qui deſtruxit altare Baal, & ſuccidit lucum (האשרה) qui ſuper illud. Sic enim vertendum עליו, non juxta ipſum, ut nonnulli faciunt. Quippe LXXII Seniones verterunt ἐπ' αὐτῷ, id eſt, ſuper ipſum altare. Et R. D. Kimchi in radice אשר ſcribit, omne lignum, quod colitur, אשרה dici. Sed nullæ effigies Deorum in illis lucis apud Celtas & Germanos videbantur, quod nullum in locum dicerent Deorum numen eſſe includendum, quibus cuncta debent eſſe libera, & patentia, ut Cic. l. II. de Leg. ſcribit. Perſæ enim deridebant eos, qui ſtatuas facerent, easque adorarent, ut Herodotus in Clio teſtatur: Πέρσας δὲ, οἶδα νόμοισι τούτοισι χρεωμένους, ἀγάλματα μὲν, καὶ νηοὺς. καὶ βωμοὺς, οὐκ ἐννόμῳ ποιουμένους ἱδρύεσθαι, ἀλλὰ καὶ τοῖς ποιοῦσι μωρίην ἐπιφέρουσι, id eſt, *Perſæ, ut ego cognovi, his legibus utuntur, imagines quidem & templa, & aras non erigunt, pro ſuis inſtitutis, ſed & illos qui*

hæc faciunt, accuſant inſaniæ. Et Romani nullam Deorum iconem multis annis habuerunt: quippe Numa docuit, Deum mentem eſſe puram, minime genitam, aut viſui mortalium ſubjectam, quæque nulla humana induſtria exprimi poſſet. Cui & Demoſthenes in Orat. contra Ariſtogit. aſſentitur, pectus mortalium dicens eſſe templum Deo gratum, & optimum, & auguſtiſſimum, juſtitia, verecundia, & obſervantia legum communitum. Moris tamen erat, ut quædam gentes tam Aſiaticæ, quam Europeæ ſacra facerent in ſublimibus locis. De Perſis Herodot. in Clio hiſce: οἱ δὲ νομίζουσι, Διῒ μὲν ἐπὶ τὰ ὑψηλότατα τῶν οὐρέων ἀναβαίνοντες θυσίας ἔρδειν, τὸν κύκλον πάντα τοῦ οὐρανοῦ Δία καλέοντες, id eſt, *Iſtis vero ſancitum eſt, ut in altiſſimos montium vertices aſcendentes Jovi ſacrificent, Jovem, univerſi cœli ambitum appellantes.* De Judæis II. Reg. cap. XVII. v. 32. & 33. *Timebant itaque Dominum & fecerunt ſibi quosdam ſacerdotes, qui illis in fanis Excelſorum ſacra faciebant. Sic itaque timebant Dominum, & coluerunt Deos ſuos, juxta morem gentium, quas inde tranſtulerant.* 1. Reg. c. XV. v. 2. & 11. Paralip. c. XV. v. 16. etiam excelſorum fit mentio, & paſſim ſexcenties reperitur in ſacris mentio excelſorum, de quibus dicere ſupervacaneum eſſet. De Græcis Apollon. Rhodius l. 11. Argonaut.

Καὶ βωμὸν ποίησε μέγαν Διὸς ἰκμαίοιο,
Ἱερά τ' εὖ ἔρρεξεν ἐν οὔρεσιν, ἀστέρι κείνῳ

Σει-

Σειρίῳ, αὐτῷ τε Κρονίδῃ Διΐ τοῖο δ᾽ ἕκητι.

Et aram fecit magnam Jovis humentis,
Sacraque impoſuit in montibus, aſtroque canis
Sirii, *ipſi vero Saturnio Jovi, uti ipſe volebat.*

Et Argonautæ iidem Apollini aram in littore erexerunt, cumque mons nullus ibi eſſet, ſublimem fecere, ut idem teſtatur:

- - τὰ δὲ ῥέξομεν οἷα πάρεστι
Βωμὸν ἀναστήσαντες ἐνάκτιον.

- - *Ereximus autem illic aram*
Sublimem juſta ſolventes.

De Oelandiæ inſulæ Cothici maris incolis montem ceu Deum placantibus; vide Olaum Magn. l. II. c. XXIII. Pomp. Feſtus: *Altaria ab altitudine dicta ſunt: quod antiqui Diis ſuperis in ædificiis a terra exaltatis ſacra faciebant.* Lutatius: *Cælitibus ſacrificamus extructis focis, unde etiam nominata ſunt altaria, quod ſacrificantes manus porrigimus in altum.* Hinc & ἐπάκριος ζεὺς dicitur, teſte Heſychio, quod in ſummis montibus, & promontoriis ſolitæ erant aræ conſtitui Jovi. Unde Melanthes recte in lib. de ſacrificiis ait: πᾶν δὲ ὄρος τοῦ Διὸς ὄρος ὀνομάζεται, ἐπεὶ ἔθος ἦν τοῖς παλαιοῖς ὑψίστῳ ὄντι τῷ θεῷ ἐν ὕψει θυσίας ποιεῖσθαι, hoc eſt, *omnis autem Jovis mons appellatur, quoniam mos fuit antiquorum, ut altisſimo Deo exiſtenti in*

 ſubli-

ſublimi loco ſacrificarent. Sane Jupiter Orientalibus עגל-בעל, ſeu dominus rotundus, ζεὺς ἐπικυκλίδιος ſeu circularis, aut volubilis. Simulacrum enim ejus ut Herodianus in Heliogab. ait, fuit lapis magnitudine immenſa, baſi circulari, in conum deſinens: λίθος τίς ἐςι μέγιςος κάτωθεν περιφερὴς, λήγων εἰς ὀξύτητα: quem tamen Syri καὶ ἀνέργαςον ἡλίȣ εἰκόνα colebant magno honore. Tali effigie Apollo ἀγυιεὺς formatus erat. Et ἀγυιεὺς ara, quæ eſt ante ædes apud Sophoclem, ut annotat Suidas. Unde apud Demoſthenem κατὰ Μειδίȣ: Α᾽πόλλωνι ἀγυιεῖ, λατοῖ, ἀρτέμιδι. Vide etiam Stephanum de Vrbib. Et Pherecrates κραπατάλοις apud Suid. ὦ δέσποτ᾽ ἀγυιεῦ, ταῦτα ȣ̓ μέμνησό μȣ. Venus etiam Paphia non effigie humana erat, ſed continuus orbis latiore initio tenuem in ambitum metæ modo exſurgens. Tacit. l. II. Hiſtor. Vid. etiam Maxim. Tyr. ſerm. λη. Et Lapis hic Βαίτυλος dicebatur, teſte Heſychio, quorum aliquos Saturno, aliquos Jovi, Soliqne ſacratos Damaſcius in Iſiodor. vita apud Phot. Cod. CCXLII. refert. Philo Byblius ex Phœnicum Theologia: ἐπενόησε θεὸς ȣ̓ρανὸς Βαιτύλια, λίθος ἐμψύχȣς μηχανησάμενος: *Excogitavit Deus Vranus Bætylia, lapides animatos fabricans.* Unde autem deducta ſit vox Βαίτυλος nihil certi affirmant authores. Cl. Seldenius c. V. 1. Syntagm. de DIIS Syris deductum putat, a voce Bethel, quæ domus Dei redditur. Βαιθὴλ Græcis, & locus erat, ubi lapidem unxit Jacob, uti legitur Gen. XXVIII. v. 18. a quo nomine & ritu Βαίτυλοι & Βαιτύλια

*apud

*apud profanos ſcriptores manarunt. Quod & veriſimile videtur. Quam facile enim pro more illo priſcorum idololatrico tranſiit poſtmodum hæc conſecratio lapidis ad abuſum, ut cæteris etiam fictitiis Diis ſimili conſecratione lapides dicarent; easque primo nomine vocarent? De Circulari vero Deo vide Ariſtol. de Zenon. & Gorg. Cæterum Saraceni Venerem in magno illo lapide Brachthan **colunt, ſuper quem Abraham cum Agar coiit aut cui camelum alligavit, cum Iſaac filium erat ſacrificaturus, ut ſcribit Euthymius Zygabenus in Panoplia: ὁ δὲ ῥηθεὶς λίθος κεφαλὴ τῆς Ἀφροδίτης ἐςὶν, ἣν πάλαι προσεκύνουν οἱ Ἰσμαηλῖται. Φέρει γὰρ μέχρι καὶ νῦν τοῖς ἀκριβῶς κατασκοποῦσιν ἐκ γλυφίδος ἀποτύπωσιν κεφαλῆς, id eſt, *jam dictus lapis eſt caput Veneris, quam Iſmaë-*

Ii 5 *litæ*

* De lapidibus rudibus Bætiliis eorumque cultu vid. *Scaliger* in *Euſebium* ad num. M M C LI. *Bochartus* Canaan. L II. cap. 2. *Marshamus* in Can. Chron. p. 56. *Huetius* in Demonſtrat. Evang. Prop. IV. p. 258. *Stillingfletus* in Originib. S. p. 1167 *Owenus* in Theolog. p. 213. *VVitſius* in Ægyptiac. L. II. cap. 12. p. 144. ſeq. *Le Moyne* Var Sac. T. II. p. 569. *Jac. Gronovius* in notis ad *Minut* p. 20. *Sgambatus* in Archivis Vet. Teſt. p. 203. *Kircherus* Oedip. Ægypt. T. I. p. 389 *a Turre* in Monum. Vet. Antii p. 267. *Jo. Oliva* in Marmor Iſiacum p. 62. *Basnage* in Anal. ad A. C. 31. n. 46. & *Hallingii* Diſſ. de Bætiliis Veterum. Grœning. 1715. & Lipſ. 1724. 4.

** Falſum eſſe, Venerem aut Veneris caput, in lapide Bractan adorari a Mohammedanis contendit *Hadr. Relandus* de Relig. Mohammed. L. II. p. 155. ſeqq.

litæ olim adorabant. Si quis accuratius ſpectet, etiam capitis in eo delineamenta non obſcura erant. Et in Catecheſi Saracenorum: ἀναθεματίζω καὶ αὐτὸν τὸν εἰς τὸ Μάκει οἶκον τῆς εὐχῆς: ἐν ᾧ φασὶ κεῖσθαι μέσον λίθον μέγαν, ἐκτύπωμα τῆς Ἀφροδίτης ἔχοντα. τιμᾶσθαι δὲ τοῦτον, ὡς ἐπάνωθεν αὐτοῦ τῇ Ἄγαρ ὁμιλήσαντος τοῦ Ἀβραάμ. ἢ ὡς αὐτῷ τὴν κάμηλον προσδήσαντος ὅτε τὸν Ἰσαὰκ ἔμελλε θύειν. τοὺς δὲ εἰς εὐχὴν ἐκεῖ ἀπιόντας τὴν μὲν μίαν ἑαυτῶν χεῖρα πρὸς τὸν λίθον ἐκτείνειν, τῇ δὲ ἑτέρᾳ τὸ οὖς κατέχειν τὸ ἴδιον. καὶ οὕτω κυκλοτερῶς ἑαυτοὺς περιφέρειν, ἕως ἂν πέσωσι σκοτοδινιάσαντες, i. e. *anathemizo etiam ipſam illam precationis domum in Make: in cujus medio jacere ajunt lapidem magnum, Veneris effigiem in ſe habentem. honorari autem iſtum lapidem, quaſi Abraham ſuper eo cum Agare coiverit: aut camelum ei alligaverit, cum Iſaacum ſacrificaturus erat. eos autem qui precatum illuc eunt, alteram manum ad lapidem extendere, altera vero aurem ſuam tenere; atque in orbem ſeſe circumagere, donec a vertigine offuſis tenebris concidant.* Et veteres Arabes jamdum colebant quadratum lapidem tanquam Deum. Maxim. Tyr. ſermone XXXVIII. Ἀράβιοι σέβουσι μὲν, ὅν τινα δὲ οὐκ οἶδα. τὸ δὲ ἄγαλμα ὃ εἶδον λίθος ἦν τετράγωνος, *Arabes venerantur, qualem non vidi, Deum. Forma autem idoli eſt lapis quadratus.* Hujus etiam Clemens Alex. in Protrept. mentionem facit: *Arabes autem antiquitus lapidem adorabant, Perſæ vero fluvium.* Sed & lapides, qui

ἑρμαῖ-

ἑρμαῖοι λόφοι dicuntur, in viis publicis * coacervabant, quos viatores crebro lapidum jactu in honorem Mercurii augebant. Mercurius enim ab Ethnicis itineribus præpoſitus: hinc & ἐνόδιος ** dicitur. Hunc autem maxime iraſci tradebant hominibus, qui devianti viam minime monſtraſſent. Originem tamen hujus moris alium Græcæ fabulæ tradunt. Cum enim Mercurius ob Argum interfectum judicium eſſet ſubiturus, & quilibet Deorum calculo ſuo approbaturus eſſet damnationem ejus: in

* Morem hunc, monumenta talia lapidea erigendi ab una gente ad aliam dimanaſſe, *Jo. Schildius* auctor eſt L. II. de Caucis c. 4. p. 123. *Videre eſt*, ait, *eximiæ celſitudinis tumulos, Bremam inter, & præſulis arce nobilem Fordam, e lapidibus accumulatos, & quidem* Ε᾽νοδίους *hoc eſt, in ipſo propemodum militarium margine viarum. Tum & ii, quibus iter iſthac faciendum eſt, ut ſolent ſæpe tædia viarum non fabulis modo diſpungi commeantium, ſed & repetitis e domeſtica antiquitate ludicris levari, ſuum quisque colliculis iſtis lapidem adjiciunt, & in dies e magnis faciunt majores.*

** Vide *Gyraldum* Syntagm. Deor. IX. p. 306. *Tomaſinum* de Donar. cap. 24. *Ramireſium de Prado* in Pentecontarcho p. 274. *Seldenum* de Diis Syris Synt. II. 15. *Ouzelium* ad *Minutium* p. 17. *Everardum Ottonem* in Diſſ. de Diis Vialibus plerorumque populorum p. 112. ſeq. *Aleandrum* in expoſit. Tabulæ Heliacæ ſub titulo *cumuli lapidum*, *Bergierium* de viis militar. IV. ſect. 43. § 15. & ad illum *Henninium*, *Holſtenium* comment. in Nymph. Theſ. Ant. *Grævii* Tom. IV. p. 1802. *Voſſium* de Idol. II. 32. *Argolium* in *Panvin.* de Jud. Circ. I. 6. & Cl. *Zornium* Bibl. Antiq. & exeget. T. I. p. 177. ſeqq.

in gratiam quidem Jovis abſolutus fuit; nihilominus tamen calculi illi ante pedes ejus depoſiti: quo facto etiam Junoni aperirent, minime ſibi cædis hujus abſolutionem placuiſſe. Hinc in Mercurii honorem talis mos adhuc obſervatur: ὅθεν (ſcribit Didymus ad Odyſſ. π.) καὶ τοὺς ἀνθρώπους ἄχρι τοῦ νῦν εἰς τιμὴν ἑρμοῦ κατὰ τὰς ὁδοὺς διὰ τὸ τὸν θεὸν εἶναι τοῦτον καθηγεμόνα, καὶ τρόπον τῶν ἐκδικούντων, σωροὺς ποιεῖν λίθων, καὶ διάγοντας, προβάλλειν λίθους καὶ τούτους καλεῖν ἑρμαίους λόφους; *inde etiamnum in uſu eſt homines in Mercurii honorem, eo quod viarum ſit præſes, & ad morem Deorum eum abſolventium, lapidum acervos viis publicis congerere: hos autem prætereuntes crebro jactu augere, & acervos Mercuriales nuncupare.* Hom. Odyſſ. ρ.

Ἦδη ὑπὲρ πόλιος, ὅθι δ' ἑρμαῖος λόφος ἐςίν.

Prope urbem, ubi Mercurialis congeries eſt.

Conſule, ſi placet, Euſtath. Suidam, Heſych. alios, ubi plura de his reperies. Cæterum lapidum in magicis uſus varius. Philoſtrat. de vita Apoll. Thyan. l. VII. ἀνήπτει δὲ ἡ τέχνη τοὺς ἐρῶντας μάλιςα, νοσοῦντες γὰρ εὐπαράγωγον οὕτω νόσον, ὡς καὶ γραϊδίοις ὑπὲρ αὐτοῖς διαλέγεσθαι, θαυμαςὸν οἶμαι οὐδὲν πράττουσι προσιόντες τοῖς σοφιςαῖς τούτοις. οἱ κέςον τε αὐτοῖς φέρειν δώσουσι, καὶ λίθους, τοὺς μὲν ἐκ τῶν τῆς γῆς ἀπορρήτων, τοὺς δὲ, ἐκ σελήνης καὶ ἀςέρων, id eſt, *vendicat vero ſibi ars*

appe-

appetentes maxime, ægrotantes enim facile perſuadentur, morbum ſibi a vetulis ſegregari: mirabile ni fallor nihil faciunt accedentes tales ſophiſtas; qui ceſtum ipſis ferre dabunt, & lapides quos ex terra myſtice tollunt, & quos juxta lunam & ſydera legunt.

Cap. XXIV.

Lucus *non quivis, ſed quercus eligebatur. Nihil ſacratius robore. Quercus Celtis Jupiter, Sanctiva arbor. Theodo Rex Bojorum. Modus eligendi arborem. Acinaces ſuſpenſus in luco. Ratio. Polonorum mos. In quercubus Reges mortui ſuſpenſi. Jovi dicata. Sylvani ſylvarum Dii. Dryades. Unde dictæ. Varia Nympharum genera. Ephydriades. Genius uniuscujusque loci. Dæmones. Quercuum crebra in ſacris mentio. Quercus in ſanctuario apud Judæos. Sanctuarium quid.*

CEltæ autem non quoslibet lucos eligebant, ſed eos tantum, in quibus vetuſtiſſimæ & maximæ molis quercus & robora floreſcebant. *Nihil enim Druydæ habebant*, teſte Plin. l. XVI. c. XLIV. *robore ſacratius*. Jam per ſe roborum eligunt lucos; nec ulla ſacra ſine ea fronde conficiunt, uti inde appellati quoque interpretatione Græca poſſint Druydæ videri. Max. Tyr. Plat. diſſertatione XXXVIII. ſcribit, Celtas excelſam quercum coluiſſe, & Jovis nomine ſolemniter appellaſſe. Luidprandi Regis Longobardorum lex eſt: Qui ad Arborem, quam

Ruſtici Sanctivam vocant, adoraverit, vel incanta tiones fecerit, componat medietatem pretii ſui in ſa cro palatio. Avent. l. III. Ann. Bojor. Theodo Rex Bojorum lucum & montem proxime Regino-burgium Danubio imminentem more majorum Alemanno Herculi Victori, & Bellorum præſidi dedicavit, ejusque nomine appellari juſſit: ibi ſacris ritu patrio Divis operari præcepit. Ea ſylva poſtea Monachis D. Haymerani more majorum dicata eſt. Extabant in ripa Danubii & ora Germaniæ duæ vetuſtiſſimæ quercus prodigioſæ magnitudinis: millibus paſſuum viginti diſtabant, altera ſuperior, altera inferior cognominabatur. Has quoque gentili ceremonia Bojus conſecravit, eo frequens populus coiit, victimasque immolavit. Boji ubi religionem Chriſtianam receperunt, in templa, & inde cœnobia commutarunt; utrumque nomen vetus ſervat, *Altaichiumque* vocari ſolet, quod lingua Boja veterem ſignificat. Nam nihil ſacratius quercu majores noſtri habuerunt; nulla ſacra ſine hujus arboris fronde confecere. Vandali Aldenburgenſes, verba ſunt Alb. Cranz. l. IV. Vand. c. XXIII. inter vetuſtiſſimas quercus, ſacras habuere arbores, dicatas Deo Prone: quas ambiebat artium & ſepes accuratior; lignis extructa, continens duas portas. Lithuani olim, ut Cromer. l. XV. habet, Lucos & eximias quasdam arbores in ſylvis ſacroſanctas habebant, quas violare ferro nefas erat, nec impune erat tale quicquam auſis. Nam violentia dæmonum vel interibant ſubito, vel membro aliquo capiebantur. Modus autem dedicandi arborem

Deo

Deo hic erat. Eligebant Druydæ ſuo & totius populi conſenſu pulcerrimam totius luci arborem, & hujus exſertos ramos ab utroque latere iterum firmo & principali ſtipiti ſuperius jungebant: ita ut duo illa brachia unirentur ſtirpi. Superius ubi unio horum erat, inſcribebant cortici vocem Thau, uti & inferius, ubi brachia exibant ſimiliter: dextro ramo inſcribebant vocem Heſus, medio ſtirpi τὸ Tharamis, ſiniſtro ramo τὸ Belenus. Et hac conjunctione unum quidem Deum eſſe, ſed in tribus perſonis innuebant; quæ tamen unus tantummodo Deus eſſent. Quod autem ſcribunt, illos in lucis acinacem coluiſſe, alia videtur ratio. Et quidem de acinace culto Mela Pompon. l. II. c. I. ſic ſcribit: Pro ſimulacris enſes & tentoria dedicant, hominesque pro victimis feriunt. De inventione gladii Marti ſacri Priſcus apud Jornandem de rebus Gothicis diſſerit, quem cum Bonfin. l. III. Dec. I. vide. Clemens Alex. in Protrept. Et Scythæ quidem antiquitus adorabant acinacem. Idem: Mars bellicus ἄρης Græce dictus, *ἀπὸ τῆς ἄρσεως καὶ ἀναιρέσεως*, id eſt, *ab interfectione, & inſurrectione.* Qua ratione mihi videntur multi, cum ſolum enſem fixerint, tanquam Marti ſacrificare. Eſt autem hoc Scytharum, ſicut dicit Eudoxus in ſecundo de ambitu. Ex Scythis autem Sarmatæ, ut dicit Iceſius in opere de Myſteriis, adorant acinacem. Captivorum autem ſanguine inungebant ſacrum acinacem, ut Herodot. l. IV. tradit, quem conſule. Videntur autem hoc ſymbolo uſi, obtinentes hunc morem, ut omnibus ſignificarent, ſe religionem ſuam, tanquam

veris-

veriſſimam, gladio usque ad extremum vitæ articulum defenſuros: quod ab imperitis harum rerum. & tantæ pietatis ignaris aliter acceptum fuit. Et hæc opinio adeo veriſſima, ut luce clarior. Quippe ſimilis mos ſub Mieciſſao Principe Polonorum primo Chriſtiano inolevit apud Polonos, ut homines equeſtris ordinis in templis, dum ſacerdotes apud altare pronunciant, unde recitaturi ſint Evangelium, gladios medio tenus ſtringerent, quaſi profitentes Evangelii & religionis defenſionem. Choro autem reſpondente: *Gloria tibi Domine*, rurſus reconderent. Diuque his mos manſit in Polonia, uti Cromer. l. III. ſcribit. Forſitan etiam hoc ænigmate uſi ſunt, ad demonſtrandum, gentis totius vires in armis ſitas eſſe, & cibum hoc inſtrumento parari. Quemadmodum Hybrias Cretenſis in Scholio hoc gloriatur:

Ἔςι μοι πλοῦτος μέγα δόρυ, καὶ ξίφος,
Καὶ τὸ καλὸν λαισήϊον, πρόβλημα χρωτός.
Τούτῳ γὰρ ἀρῶ, τούτῳ θερίζω,
Τούτῳ πατέω τὸν ἁδὺν οἶνον ἀπ᾽ ἀμπέλω,
Τούτῳ δεσπότας κέκλημαι. τοὶ δὲ
Μὴ τολμεοῦντες ἔχειν δόρυ καὶ τὸ καλὸν λαισήϊον,

Πάν-

Πάντες γόνυ πεπτηῶτες ἐμοὶ κυνέοντι

Δεσπόταν, καὶ βασιλέα μέγαν φωνέοντι.

Eſt mihi pro divitiis magna haſta, & enſis,
Et pulcrum e crudo corio ſcutulum, propugnaculum corporis.
Hoc enim aro, hoc meto.
Hoc calco ſuave vinum ex vite,
Hoc dominus vocor. At qui
Non audent geſtare haſtam & pulcrum e crudo corio ſcutulum
Omnes in genua procumbentes coram me, adorant
Dominum & regem magnum appellant.

Quercus autem adeo apud Septentrionales colebantur, ut Sueonum & Gothorum Regum, qui ipſiſſimi Germani, teſte Tacito in l. de Mor. Germ. cadavera olim in quercubus, tanquam ſacris locis ſuſpendi ſolita teſtetur, Olaus M. l. XVI. c. XXXII. Sept. gent. Ex hujus fronde, ut ex Mart. XI. colligi poteſt, Heroicos Poëtas Romæ corona ſolitos donari, affirmat Scalig. l. I. Poët. c. XLI. Et priſci homines pro ſua erga Deos pietate non aliis materiæ generibus ad ſimulara Deorum uſi ſunt, quam quercu, &c. Pauſan. in Arcadic. Hæc edim arbor

apud cæteras gentes Jovi * dicata. Quippe cum Saturni tempore ante Jovem homines humanis carnibus veſcerentur, Jupiter vetuit, ne quis eo cibo uteretur, & ab humanis carnibus ad glandes convertit: quæ arbor ut ab eo primum monſtrata, conſecrata illi creditur. Hæc Diod. Sic. l. 11. Cum vero Sylvanos, Faunosque, ut Plin. l. XII. c. 1. ſcribit, & Dearum genera ſylvis, ac ſua numina, tanquam & cœlo attributa crederent, Nymphas arboribus præeſſe ſcripſerunt. Et has Dryades dixere: quæ cum arboribus & naſcerentur, & interirent, ut Callimach. in hymn. in Delum reliquit:

-- Ἐμαὶ θεαὶ εἴπατε μοῦσαι,
Εἰ ῥ' ἐγένοντο τότε δρυὲς ἡνίκα Νύμφαι,
Νύμφαι μὲν χαίρουσιν, ὅτε δρύας ὄμβρος ἀέξει,

Νύμ-

* Inde *Ovidius* Metam. lib. 2. 106. vocat Jovis arborem. Eſt enim quercus Jovi ſacra. vide *Plinium* lib. 12. Nat. Hiſt. cap. 1. *Ant. Auguſtinum* Antiquit. in nummis Veterum Dial. V. p. 72. & 73. *Paſchalium* lib. 7. de Coronis cap. 11. & 12. *Meurſium* Arboret. Sacr. cap. 2. *Tiraquellum* ad *Alex. ab Alexandro* Genial. dier. lib. 4. cap. 17. p. 1088. a. & *Jac. Gronovium* in Exercit. ad *Stephani Byzantini* de Dodone fragmentum p. 279. Vol. VII. Theſ. Græc. Antiquit. De celebri olim quercu Jovis in Haſſia a S. Bonifacio ſucciſa doctiſſimam Diſſertationem ann. 1714. habuit Cel. J. H. *Schminckius* P. P. Marpurg.

Νύμφαι δ' αὖ κλαίουσιν ὅτε δρυσὶν οὐκ ἔτι φύλλα.

- - meæ Deæ dicite Muſæ,
Si vere genitæ ſunt tunc ubi quercus Nymphæ,
Nymphæ quidem lætantur, cum quercus imber irrigat,
Nymphæ vero plangunt, cum quercubus cecidere folia.

Apollonius l. II. Argon. ſcribit, Paræbii parentem cum inſignem quercum eſſet exciſurus, Nympham vidiſſe, quæ ipſum ſupplex rogavit, ut ſibi parceret, cum vitæ ſuæ tempus in arboris ætate contineretur: cui cum illæ non paruiſſet, iratum numen in ipſum, totamque ſobolem deſæviit:

Ἀλλ' ὅγ' πατρὸς ἑοῖο κακὴν τίνεσκεν ἀμοιβὴν
Ἀμπλακίης. ὁ γὰρ οἶος ἐν οὔρεσι δένδρεα τέμνων,
Δή τόθ' Ἀμαδρυάδος νύμφης ἀθέριξε λιτάων,
Ἥμιν ὀδυρομένη ἀδινῷ μειλίσσετο μύθῳ,
Μὴ ταμέειν πρέμνον δρυὸς ἥλικος, ἥ ἔπι πουλὺν

Αἰῶνα τρίβεσκε διηνεκές. αὐτὰρ ὃ τήν γε
Ἀφραδέως ἔτμηξεν ἀγηνορίῃ νεότητος.
Τῷ δ' ἄρα νηκερδῆ Νύμφη πόρεν οἶτον
ὀπίσσω
Αὐτῷ καὶ τεκέεσσιν.

Sed patris ſui malam ſtultitiam luit
Perverſitatis, ille enim in montibus ligna
cædens,
Hamadryadis Nymphæ ſprevit querelas,
Illa quidem ſupplex triſti rogavit voce,
Ne ſecaret truncum quercus, cui ſemper
Coæva foret in trunco. Sed ille quidem
Demens hanc ſprevit ferox juventa.
Nympha autem hanc ſibi funeſtam fecit
Pignoribusque ſuis.

De Eriſichthone vide apud Ovid. l. VIII. Metam. Dictas autem Dryades Mneſimarchus tradit, quod in quercubus illarum ſit vita. Memoriæ prodidit Charon Lampſacenus, Arcadem Jovis filium & Calliſtum obviam habuiſſe in ſylvis, cum venaretur, unam ex Hamadryadibus Nymphis, quæ cum propius eſſet periculo, ne quercus a flumine convelleretur, cum qua nata fuerat, ac periret, Arcadem rogavit, ut quercum ſervaret: quare ille fluvium alio divertit, & quercum terra communivit. At Nympha, cui nomen erat Proſpeleæ, cum illo congreſſa ob acceptum beneficium, dicitur Elatum & Aphi-

& Aphidantem peperiſſe. Idem etiam tradit, Rhœcum quendam Cnidium genere in Nino regione Aſſyriorum pulchram quandam quercum jam prope lapſuram aliquando vidiſſe, quam cum aggeribus firmaſſet, fecit, ut diutius poſſet vivere. Huic Nympha, quæ cum planta eſſet peritura, cum gratias egiſſet, ac referre vellet, dixit, ut quicquid vellet a ſe peteret, quoniam fuerat eandem ætatem cum planta illa victura: hic illi reſpondit ſe ejus congreſſum petere, quod illa annuit, atque ſe apem temporis nunciam miſſuram inquit. Variæ autem Nymphæ * fuerunt apud Ethnicos. Cœleſtes, quas Muſas vocarunt, quæ præſederunt novem ſphæris. Terreſtrium quædam ſylvas pererrant, ut Dryades: aliæ arboribus, ut Hamadryades: quædam montibus, ut Oreades: aliæ paſcuis & floribus, ut Napææ: quædam fluviorum præſides, ut Najades: quædam maris, ut Nereides: ** quædam

 ſtagno-

* De Nymphis confer *Lambecium* III. de Bibl. Vindob p. 5. *Sponium* in Miſcell. p. 31. & Recherches curieuſes d'antiquité p. 480 *Sperlingium* de Baptiſmo Ethnicorum p. 122. *Eſchenbachium* de conſecrat. Gentil. Lucis. p. 239. *Zornium* in Biblioth. Antiq. & Exeget. T. I. p. 194. 202. *Jo. Valent. Merbitium* Diſſ. de Nymphis Lipſ. 1678. 4. S. R. *Dicemannum* in Specimine Gloſſarii, quod Rabano Mauro inſcribitur. p. 66. ſeqq. & *Sam. Pitiſcum* Lex. Antiq. Rom. T. II. p. 297. ſeqq.

** De Nereidibus erudite diſſerit *Mich. Frid. Loebnerus* in Diſſ. de Nereo & Rhododaphne Norimb. 1716. 4. qui p. 105. meminit Deæ Nehalenniæ fluvio-

ſtagnorum, ut Limneades: fontium vero Ephydriades: ut Hermocreon hocce Epigrammate contendit:

> Νύμφαι Ἐφυδριάδες, ταῖς Ἑρμοκρέων τάδε δῶρα
> Εἵσατο καλλινάου πίδακος ἀντιάσας,
> Χαίρετε, καὶ στείβοντ' ἐρατοῖς ποσὶν ὑδατόεντα,
> Τόνδε δόμον, καθαροῦ πιμπλαμέναι πόματος.

> *Nymphæ Ephydriades, quibus Hermocreon dona*
> *Tulit perpetuum fontem nactus,*
> *Salvete, & accedite amicis pedibus aquoſam*
> *Domum, puros latices nactæ.*

Vnicuique enim loco certus Deus præſidebat, ut *Dion*. Halicarn. l. I. tradit, ὄρη μὲν καὶ νάπας πανὶ, λει.

---

viorum Deæ & Jariboli fontium fluviorumque, de ſquo *Jo. Braunius* L. V. Sel. Sacr. Exercit. VII. p. 782. qq. De Dea aquarum Nehalennia Numine Veterum Zelandorum, Walachrorumque exſtat erudita Exercitatio Cellæ 1717. 4. in lucem edita a Cl *Jo. Georgio Keyslero*, recuſa deinde in ejusdem Antiq. Sel. Sept. & Celtic. Hanov. 1720. 8. p. 236. ſeqq.

λειμῶνας δὲ καὶ τεθηλότα χωρία Νύμφαις, ἀκτὰς δὲ καὶ νήσους πελαγίοις δαίμοσι. τῶν δὲ ἄλλων, ὡς ἑκάστῳ τι θεῷ καὶ δαίμονι οἰκεῖον, id eſt, *montes quidem & ſaltus Pani, prata & loca virentia Nymphis, & inſulas marinis numinibus: ex cæteris locis unicuique Deo, ſicut illius naturæ convenit.* Romæ ad imaginem Nymphæ dormientis:

HVIVS. NYMPHA. LOCI. SACRI.
CVSTODIA. FONTIS.
DORMIO. DVM. BLANDÆ. SENTIO.
MVRMVR. AQVÆ
PARCE. MEVM. QVISQVIS. TANGIS.
CAVA. MVRMVRA. SOMNVM.
RVMPERE. SIVE. BIBAS. SIVE. LAVERE. TACE.

Vti & inſcriptio Genio loci * dicata: namque unicuique regioni Deus erat ſingularis:

* Dæmones certis locis & regionibus præerant, tuncque dicebantur *Genii loci*, inſcriptio apud *Gruterum* VI. p. 4. I. O. M. ET. GENIO. LOCI. DIS. D. Q. OMNIBVS, & ſæpius alibi, quos *Ammianus Marcell. Locales* vocat. *Minut. Felix* in Octavio *Deos municipes*. *Servio* ad L. VII. Æneid. v. 47. *Dii topici* dicuntur. Præterea ἐγχώριοι, ἐντόπιοι θεοὶ, Ἐπιχώριοι, ἰδιοστόλοι, vel quo alio nomine illi fuere appellati. Vid. quæ monuere hanc in rem eruditione præſtantes viri, Ampliſſ. *Cuperus* Obſervat. L. III. p. 335. ſq. & in Harpocrat. p. 242. Illuſtr. *Spanhemius* Diſſ. III. de Præſt. & Uſu Numiſmat. p. 187. ſq. edit.

Q. VOLVSIO. SATVRN.
P. CORNELIO. SCIP. COS.
AVGVSTALES.
QVI. NERONI. CLAVDIO.
CÆSARI. AVGVST. ET.
AGRIPPINAE. AVGVSTAE.
I. O. M. ET GENIO. COLONIÆ.
LVDOS FECERVNT. XIV. XII. Mart.

Hos tamen omnes, uti revera aliter ſe res habere non poteſt, Dæmonas * fuiſſe Pſellus in Dæmon. ſcribit: Quicunque enim Dæmones in humidis vivunt, molli oremque vitæ ductum tenent, ſe avibus, mulieribusque ſimiles reddunt. Quapropter Najades, Nereides, & Dryades fœmineo ſexu hos cognominant: quicunque vero habitant ſiccioribus, corporaque habent ſubarida, quales ὀνοσκέλους ferunt, in viros ſe transformant. Sed in orbitam, hoc eſt, ad quercus redimus. Harum etiam mentio ſæpiſſime in ſacris literis occurrit. Sic Gen. XXXV. v. 4. ויטמן אתם יעקב תחת האלה: & *abſcondit Iacob*

edit. in 4. *Lindenbrogius* ad *Ammian.* XX. 5. Clariſſ. *Rubeus* in memoriis Brixianis Italice edit. p. 184. & 215.

* Nymphas pro Dæmonibus Græci habebant, unde eas *δαιμόνιά τινα ἐν γυναικείῳ σχήματι* Scholiaſtes *Theocriti* apud *Chabotium* ad *Horat.* p. 16. a. appellat: Et *Pſello* de Operat. Dæm. p. 125. Græcorum Nymphæ marinæ *Dæmones* audiunt.

Iacob ſub illa quercu. Dicitur autem abſcondiſſe inaures familiæ ſuæ. Non autem ſine ſingulari cauſa ſub arbore hac defoſſa fuerunt idola: cur enim non ſub alia ſed ipſiſſima quercu? Et verſ. 6. Debora nutrix Rebecæ ſub quercu quadam ſepelitur: ותקבר מתחת לבית־אל תחת האלון *& ſepulta eſt infra Bethel ſub quercu quadam.* Hæc vero ab ipſa nomen poſtea traxit: inditum enim ipſi nomen a planctu, & vocata eſt אלון בכות *quercus fletus:* namque ibi luxerunt eam, ut Tremellio-Iuniana annotata habent, & defleverunt mortem ejus. Et ipſe יהוה Iud. VI. v. 11. conſedit ſub quercu, quæ Ophræ erat. Sic enim Hebraica veritas ſonat: ויבוא מלאך יהוה וישב תחת האלה אשר בעפרעה: *Poſtea veniens Angelus Iehovæ conſedit ſub quercu illa, quæ eſt Ophræ.* Et verſ. 19. ויוצא אליו אל־תחת האלה: *protulitque ad eum ſub quercum illam & admovit.* In Exod. autem & Deuter. claris verbis expreſſerat Deus T. O. M. ne quisquam lucos adiret. Legitur etiam Iud. IX. verſ. 6. quod Sichemenſes ſub quercu Abimelechem inunxerint in Regem. Sic enim ſcriptum eſt: abeuntesque conſtituerunt Abimelechem in Regem עם אלון מצב־אשר בשכם *apud quercum ſtatuæ, quæ eſt Sichemi.* (Sic enim τὸ אלון interpretandum, non planities, ab אלה enim deſcendit, & idem ferme eſt cum אלון, id eſt, quercus. Et verſ. 37. מדרך אלון מעונבים *a via quercus Planetarum.* Vide etiam locos hoſce ubi quercuum fit mentio indiſcriminatim. 1. Sam. X. v. 3. c. XVII. v. 2. c. XXXI. v. 13. II. Sam. XVIII. v. 9. II. Reg. c.

XVII. 1. Chron. c. XI. v. 32. Ieſ. c. XVII. v. 5. c. LXI. v. 3. ubi juſti vocantur אלי צרק quercus Iuſtitiæ. Ezech. cap. XXXI. v. 14. Ioſ. etiam c. XXIV. v. 26. mentio fit quercus: ויכתב יהושע הרברים האלה בספר תורת אלהים ויקח אבן גרולה ויקימה שם תחת האלה אשר במקרש יהוח: id eſt, *deinde ſcripſit Iehoſua verba illa in libro legis Dei, & accipiens lapidem magnum erexit illum ibi ſub quercu illa, quæ erat in ſanctuario Iehovæ.* Et hæc quercus erat illa, cujus mentio fit Gen. XXXV. v. 4. & Iud. IX. verſ. 6. Sic enim Tremellico-Iuniana notata, & Andreas Maſius in c. VIII. Ioſ. ſcribit: Et ipſam quidem Sichem eſſe Elon Moreh ſtatuunt Thalmudici in סוטה cap. 7. Ego vero ei oppido propinquum potius fuiſſe locum dixerim: in quo Abram ſeceſſum quærens, primam omnium aram in Chananæa ei Deo ſtruxerit, a quo excitus patria illuc venerat: cum Iacob quoque eodem illo itinere ex Meſopotamia in patriam revertens memoretur, & ipſe pro urbe Sichem ſubſtitiſſe, aramque ſtruxiſſe: haud dubie eodem ſolo, quo ante avus ſuus Abram. Cur autem locus ille Elon, & Elon Moreh vocaretur, hanc ego veriſſimam afferri poſſe cauſam cenſeo: quia fuerit illic, אלה, Ela, arbor; ſive ea quercus ſit, ſive terebinthus, vel ἐλάτη, aut alius ſpeciei quæpiam: nam varia eſt apud Hebræos opinio. Hoc enim certum eſt vel Iacobi ex hiſtoria. Defodit enim ille ibidem ſub Ela familiariū ſuorū Deos, priusquam ad Bethel inde migraret. Et Ioſua noſter, paulo antequam exiret e vita hac, cum præſentis federis inſtaurationem celebraret eodem loco,

ſub

ſub Ela, ſtatuam poſuit. Quam ob rem deinceps appellatus eſt locus ipſe אלון מצב, hoc eſt, quercus, ſeu terebinthus, aut abies ſtatuæ. Nemo enim dubitare poteſt, quin אלה Ela, & אלון, Elon, atque etiam אלון Allon, eadem una poſitio ſit. Quercum autem hanc in ſanctuario fuiſſe annotata Tremellio-Iuniana contendunt; Hæc autem in Sanctuario fuiſſe dicitur, quia tabernaculum eo loco fuit conſtitutum, ubi erat quercus; atque hæc quercus atrio tabernaculi ſacri continebatur. Nam Sanctuarium in Scripturis pro loco ſancto accipitur, quamvis non Sanctiſſimo. Andreas autem Maſius hæc habet, ultimo capite Comm. in Ioſuam: Arborem אלה Ela ſeu אלה Alla; plerique Hebræorum opinantur, eam ipſam eſſe arborem, ſub qua olim Jacob Deorum ſimulacra condidit, quæ ſui familiares ex Meſopotamia aſportant. Sed cujus generis arbor fuerit, nihil certe a quoquam affertur, multi enim quercum fuiſſe arbitrantur: alii pinum, aut abietem. Cui opinioni favere videtur Græcum nomen ἐλάτη. LXXII. Terebinthum ſolent vocare. Sunt etiam qui ulmum; ſunt qui caſtaneam; neſcio an uſi conjectura aliqua, an temere; ſtatuant fuiſſe. Iſaias dicere videtur, hoc genus hyeme abjicere folia. Quod plerisque quidem accidere ſolet arboribus; ſed non abietum generi. Sic enim ego interpretor verbum שלכת, cum ille ait: כאלה ובאלון אשר בשלכת מצבת בם זרע קדש מצבתה: ut idem tempus ſignificet, quo arbores comam amittunt. Quaſi dicat, Sancti ſeminis vim, atque efficacitatem reliquam fore in Iſraëlitis, cum erunt

erunt in exilio, ſimiliter atque ineſt arboribus Ela, & Allon, quo tempore foliis omnibus nudatæ ſunt, vis reviviſcendi. Ego vero cum Aquila, Symmacho & Latino, ex quercuum, ſive roborum genere fuiſſe ſuſpicor. Nam referunt homines peregrini, etiam nunc אלון Elon, ſive Ilicem, oſtendi apud illam Abrahæ memorabilem habitationem; & folia illi eſſe paulo majora quam lentiſco: fructus vero, quales quercubus. Certum eſt autem glandiferarum illud genus, natura quam diutiſſime ſtare poſſe. Nempe quæ apud tantorum virorum monimenta ſatæ ſunt arbores, eæ ſempiternæ ſunt: & ipſa commemoratione perpetuo manent, vigentque. *Hæc ille.* Sed de quercu dixiſſe ſufficiat: quæ primis hominibus in magna erat veneratione.

Cap. XXV.

Altaria. *Primus Noë fecit. Memoriæ cauſa. Aræ unde dictæ. In lucis. Sub quercu. Triangulares. Ternarius numerus myſticus.*

VErgit jam res ad altaria, in quibus ſacrificia deponebantur, & offerebantur. Et altare quidem, ut legitur in Gen. & Polyd. Virg. l. V. c. VI. de Inv. rer. annotat Noë primus omnium fecit, & ſuper illud Domino holocauſtum obtulit. Abraham etiam exſtruxit altare Iehovæ, Gen. XII. v. 4. & XIII. v. 4. Iacob ſimiliter exſtruxit aram Gen. XXXIII. v. 20. Et Deus ipſe mandavit Iacobo, ut aram Betheli exſtrueret, c. XXXV. v. 1. Sed aras exſtru-

exſtructas legimus memoriæ cauſa, quemadmodum Ioſ. c. XXII. v. 10. & 11. poſuerunt aram Rubenitæ, Gaditæ, & dimidia tribus Manaſſes. Sic enim ipſi explicant, & Andreas Maſius annotat, quem vide p. 316. Aras autem Varro Divinar. l. V. ut Macrob. l. II. Saturn. c. II. annotat. anſas primum dictas dicit, quod eſſet neceſſarium a ſacrificantibus ea teneri. * Anſis autem teneri ſolere vaſa quis dubitet? commutatione ergo literarum, aras dici ceptas, ut Valeſios & Fuſios dictos prius, nunc Valerios & Furios dici. Hæc omnia illo Poëta executus eſt verſu:

Talibus orantem dictis, araſque tenentem
Audiit Omnipotens.

Nonne eo additum credideris, non quia orabat tantum, ſed quia & aras tenebat, auditum? Nec non cum ait:

Talibus orabat dictis, araſque tenebat.

Item:

Tango aras, medios ignes, & numina teſtor.

Eandem vim nominis ex apprehenſione ſignificat. Ovid. de art. am.

Tange manu menſam tangunt quo more precantes

Aras autem Germanis fuiſſe ex Tac. lib. 1. Ann. patet. *lucis propinquis barbaræ aræ*. l. XIV Ann. ſimiliter mentionem facit ararum in Inſula Mona. Et aræ

* Altaria vetuſtiſſima cornibus inſtructa fuiſſe, obſervat *Jo. Potterus* L. II. c. 2. Archæolog. Græc. p. 204. ſqq.

aræ hæ erant in luco poſitæ; * ex quarum medio quercus illa ſacra, de qua ſuperius dictum, ſurgebat, figura triangulari perfectum trigonum reddens. Triangulari forma myſterium contineri arbitrabantur. Non ternarius numerus perfectus ſummo Deo a Pythagoræis adſignabatur, a quo initium, & medium, & finis eſt, ut Servius Ecl. VIII. annotat. Hinc Ternarius numerus tam ſæpe apud authores occurrit; familiaris admodum Homero. Virgil. l. IV. Georg.

Ter liquido ardentem perfudit nectare Veſtam,
Ter flamma ad ſummum tecti ſubjecta volavit.

Æneid. VI.

Ter conatus ibi collo dare brachia circum;
Ter fruſtra comprenſa manus effugit imago.

Valer. Flac. l. 1. Argon.

Ipſe ter equoreo libans carcheſia patri.

Et Deorum prope omnium gentilium poteſtas triplici ſigno oſtenditur, ut Servius tradit: tria Virginis

* Hujusmodi ara reſtat in Dithmarſia Auſtrali advicum *Albersdorff*, orientem verſus, in confiniis Holſatiæ, & quidem Præfecturæ Pendsburgenſis, cujus figuram æri inciſam exhibet Cl. *Keyslerus* in Antiq. Sept. & Celt. p. 44. Similem aram ad Albim prope vicum *Wedel* ſitam & quercubus ordine plantatis ſtipatam deſcribit *Jo. Riſtius* Colloquior. Menſtrual. Dial. 6 Plures reſtant in tractu Holſatico, quas memorat *Trog. llus Arnkiel* in Religione Ethnica Cimbrorum P. I. cap. 30. §. 3. p. 70. ſq.

ginis ora Dianæ, Iovis fulmen * trifidum, Neptuni tridens, Plutonis canis triceps, Apollo idem Sol, idem Liber: vel quod omnia ternario numero continentur, ut Parcæ, Furiæ, Hercules trinoctio conceptus, Muſæ ternæ. Ternarius vero aſſignat animam tribus ſuis partibus abſolutam, ut Macrob. l. I. c. VI. in ſomn. Scip. ſcribit: quarum prima eſt ratio, quam λογιστικὸν appellant. Secunda animoſitas, quam θυμικὸν vocant, tertia cupiditas, quæ ἐπιθυμητικὸν nuncupatur. Obſervabatur præterea

* Fulmine Jupiter præcipue armatur, uti obſervant *Meurſius* ad *Lycophronem* V. 382. & *Cuperus* in Harpocrate p. 98. ſq. *Fulminantis*, *Fulgeratoris*, *Tonantis* nominibus Romanis cultus; ſicut præter Inſcriptiones antiquas & unam quidem *Jovi Sancto Brontonti*, firmant etiam obvii & frequentes Nummi cum epigraphe *Jovi Tonanti* aut *Jovi Fulgeratori*. Confer Illuſtrem *Spanhemium* Diſſ. V. de Præſt. & Uſu Numiſm. p. 394. edit. in 4. *Jo. Smetium* Antiquitat. Neomagenſ. p. 206. ſq. *Carolum Patinum* Theſaur. Numiſm. p. 43. & Impp. Romanor. Numiſmat. p. 226. *Lomeierum* de Luſtrat. p. 84. 90. *Eduard. Holthenum* in Epiſtol. ad. *Jo. Georg. Gravium* inſert. Biblioth. Libr. Nov. L. *Neocori & Henr. Sickii* A. 1699. p. 345. ſqq. *Cuperum* ad *Lactant.* de mortibus Perſecutorum p. 128. *Kuſterum* ad *Suidam* voce καταιβάτης. *Jac. Elsnerum* in Obſ. S. p. 420. *a Turre* Monum. Vet. Antii p. 291. ſq. G. *Onthovium* Judic. Jehovæ Zebaoth. p. 309. 315. *Zornium* Bibl. Antiq. & Exeget. T. I. p. 48. 52. *Jo. Anton. Aſtorium* Diſſert. de Deo Brontonte Venet. 1698. 8. recuſ. in Muſeo Minervæ Venet. (Galler. di Minerva) T. II. p. 146. & T. II. Theſ. Antiq. Rom. *Alb. Henr. de Salengre* p. 769. ſqq. & eruditiſſimum *Petrum Burmannum* in accurata Diſſert. de Jove Fulguratore in Cyrrheſtarum Nummis, Traj. Bat. 1700. 4.

terea ex inſtitutis ſacrificiorum, ut ternarius numerus in ſacris uſurparetur: nam ut ſcripſit Porphyrius in l. de ſacrific. mos fuit antiquorum, ut cum floribus herbas & ramos arborum & animalia Dæmonibus prius offerrent, cum eſſent altiſſimo Deo immolaturi: quod quidem ter faciebant, ut illi Dæmones ipſi ſummo Deo vota ac preces hominum ſacrificantium aſportarent, quos Dei ſupremi nuncios eſſe arbitrabantur. Merito itaque

- -Tris numerus ſuper omnia, ter Deus unus,

Vt Auſonius Edyll. XI. canit; cujus pulcerrimum ſcriptum de ternario numero evolve, in quo ferme omnia, quæ terni numeri ſunt, continentur.

Cap. XXVI.

Aræ *ceſpitibus conſtructa. Vnde is mos. Foci. Cæleſtibus Dis erecti.*

ARæ * autem ex ceſpitibus conſtabant; quod & Virgil. l. XII. Æn. tangit:

In medioque focos, & Dîs communibus aras
Gramineas.

Ser-

* De aris veterum Ethnicorum vide præter *Petr. Berthaldi* librum ſingularem de Ara Nannet. 1636. 8. & T. VI. Antiq. Rom. *Jo. Saubertum* de Sacrific. c. XV. *Salmaſium* ad aram Herodis & Doſiadæ, *Struvium* in Syntagm. Antiq. Rom. p. 528. ſq. *Godfrid Voigtium* de altaribus veter. Chriſtianorum Capite ultimo & *Jo. Arendt Bellvanni* Diſſert. de aris gentilium, Upſal. 1707. 8.

Servius ad hunc locum: Romani enim moris fuerat ceſpitem * aræ ſuperponere, & ita ſacrificare. Gramineas autem ideo, quia & de bello res agitur, & Marti ſacrificatur, cui gramen eſt conſecratum; quod ſecundum Plin. in nat. hiſt. ex humano cruore procreatur. Gramen autem herbæ ſpecies eſt, licet omnis herba gramen vocetur. Tibull.

- - factas exſtruet alte
Ceſpitibus menſas.

Ovid. l. IV. Met.

- - focos totidem de ceſpite ponit.

Stat. l. IV. Theb.

- - ara profunda
Erigitur Cereri.

Lutacius: tria ſunt in ſacrificiis loca, per quæ piaculationem facimus: Scrobiculo facto inferis, aris terreſtribus ſacrificamus, cœlitibus extructis focis, ** unde etiam nominata ſunt altaria, ad quæ ſacrificantes manus porrigimus in altum. Auſon. in Ephem.

Foculumque vivi ceſpitis
Vanis relinquo altaribus.

Vid. l. 12. §. ſacrif. C. Theod. Redimita vitis arbore

* De ara ex ceſpite virenti, aræ corona vide Tom. VIII. Theſauri *Graviani*. p. 357.

** Diis ſuperis altaria, Diis terreſtribus aræ, Diis inferis foci ponebantur, vt tradit *Varro* apud *Servium* in Eclogam V. *Virgilii*. Adde *Ryckium* de Capitolio p. 478. & *Potterum* p. 204. Archæologiæ Græcæ.

re vel erecta foſſis aræ ceſpitibus. Iuvenal. Satyr. XII.

Natali, Corvine, die mihi dulcior hac lux,
Qua feſtus promiſſa dies animalia ceſpes
Expectat, niveam regina cædimus agnam.

Cap. XXVII.

Infula *ſacrificantium. Piaculum quando committitur. Caſti. Galli ſacerdotes genitalia ſibi amputabant. Luſtratio. Lotio manuum. Corporis. Aquæ aſperſio. Veteribus tollere inceſtum credebatur. Cædem. Locus D. Matthæi. Victimæ lavabantur. Auribus infundebant aquam. Impurus fulmine percuſſus.*

SAcrificantes autem infula veſtiebantur. Infula enim, ut Gloſſ. Iſidor. habet, ſacerdotalis vitta. Emporeus de loco communi: Inſpiciendi ſunt Perſonarum habitus, ut ſacerdotis vittæ & infulæ. Flor. l. IV. quæ omnia velut infulæ in deſtinatam morti victimam congregantur. Sen. in Agamemn. Sacrata infula. Sueton. in Cal. c. XXVII. *Alterum qui ſe periturum pro ſalute ſua voverat, cunctantem pueris tradidit, verbenatum, infulatumque, qui votum repoſcentes per vicos agerent, quoad præcipitaretur ex aggere.* In omnibus autem ſacris committebatur piaculum, ſi quis impuris manibus ſacrificium offerret. Inque novem dies noctesque debebat ab omni libidine corpus præſervari, ut in his eſt:

Per-

Perque novem noctes Venerem, tactusque virorum
In vetitis memorant.

Namque ut Sibylla canit:

Ἁγνὸν χρὴ νηοῖο θυώδεος ἐντὸς ἰόντα
Ἔμμεναι.

Caſtum oportet templi divini tectum ingredientem
Manere.

Et Galli ſacerdotes genitalia * ſibi amputabant, quo caſti viverent. Athenienſium etiam quidam cicuta potiebantur, ut genitalia debilitarentur. Et mulieres initiandæ ſibi lectos e viticis foliis ſubſternebant, ut refrænarent libidinem. Optime igitur ſcripſit Demoſthenes in Orat. contra Timocratem hæc de Præſidib. ſacrorum: ἐγὼ μὲν γὰρ ἡγοῦμαι, δεῖνα τὸν εἰς ἱερὰ εἰσιόντα, καὶ χερνίβων καὶ κανῶν ἁψόμενον, καὶ τῆς πρὸς τοὺς θεοὺς ἐπιμελείας προστάτην ἐσόμενον, οὐχὶ προειρημένον ταχτὸν ἡμερῶν ἀριθμὸν ἁγνεύειν, ἀλλὰ τὸν βίον ὅλον ἡγνευκέναι τοιούτων ἐπιτηδευμάτων, id eſt, *ego ſane ſic exiſtimo, eum qui ad ſacra accedit, & res ſacras ſit tracturus, aut res ad Deos ſpectantes curaturus, oportere non prædictum, aut ſtatutum dierum numerum eſſe caſtum, ſed per univerſum vitæ ſuæ curſum ab huiusmodi turpibus ſtudiis abſtinuiſſe.* Luſtrabantur

* Confer *Jac. Ouzelium* ad *Minut.* p. 176. 227. *Voſſium* de Idolol. L. II. cap. 53. p. 600. & *Lomeierum* de Luſtrat. p. 266.

etiam ante ſacrificia ſulphure, ut Iuvenal. hiſce teſtatur:

> - - *cuperent luſtrari, ſi qua darentur*
> *Sulphura cum tædis.*

Addebant etiam Romani cæpas, & crines, & mænides piſciculos, ut Plut. in Numa ſcribit, accendebant & ova, ut Ovid. l. II. de arte am. canit:

> *Et veniat, quæ luſtret anus, lectumque locumque*
> *Præferat & tremula ſulphur & ova manu.*

Homer. Iliad. XVI.

> Τὸ ῥά τότ' ἐκ χηλοῖο λαβὼν ἐκάθηρε θεείῳ
> Πρῶτον, ἔπειτα δὲ νίψ' ὕδατος καλῇσι ῥοῇσι,
> Νίψατο δ' αὐτὸς χεῖρας, ἀφύσσατο δ' αἴθοπι οἶνον.

> *Hoc utique tunc ex arca ſumens purgavit ſulphure*
> *Primum, poſtea autem lavit aquæ amœnis fluxibus,*
> *Lavitque ipſe manus, hauſit autem ardens vinum.*

Neceſſe enim erat, ut aquam adhiberent, & ſe perſpergerent. Quod & Theocrit. in parvo Hercule ſcribit:

> - - καθαρῷ δὲ πυρώσατε δῶμα θεείῳ

Πρῶ-

Πρῶτον, ἔπειτα δ' ἅλεσσι μεμιγμένον (ὡς νενόμιςαι)
Θαλλῷ ἐπιῤῥαίνειν ἐςεμμένον ἀβλαβὲς ὕδωρ.
-- Puro vero purgate domum ſulphure
Primum, poſtea vero ſale mixtum, uti mos eſt,
Florida ramo aſpergere decet aquam.

Nec enim ad ſacra cuiquam accedere licebat, niſi lotis manibus. * Homer. Iliad. ζ.

Χερσὶ δ' ἀνίπτοισιν Διῒ λείβειν αἴθοπα οἶνον
Ἅζομαι, οὐδὲ πῄ ἐςι, κελαινεφεῖ Κρονίωνι
Αἵματα καὶ λύθρῳ πεπαλαγμένον εὐχετάασθαι.

Manibus vero illotis Iovi libare ardens vinum

 Vereor,

* Vide *Mich. Angelum Cauſeum de la Chauſſe* Tab. V. Dial. de inſignibus P. M. Flaminis Dialis &c. p. 315. T. V. *Grævii, Cauſinum* in Obſervat. ad *Hori Apollinis* Hieroglyphica p. 120. *Huetium* Demonſtrat. Evang. prop. IV. cap XI. §. 4. p. 160. *Cornel. Adami* in obſervat. theologico-philol. p. 191. *Lomeierum* in Epimenide p. 195. ſqq. *Filſacum* Select. lib. 2. p. 195. *Fortunatum Scacchum* Myrothec. P. 2. c. 49. & 75. *Dilherrum* T. I. diſſert. p. 201. *Sauberium* de Sacrif. c. XVII. p. 388. *Dougtaeum* anal. Sacr. P. I. excurſ. 138 p 219. *Jo. Broedaeum* Miſcellan. I. 38. & *Hier. Magium* Miſcell. IV. 10.

Vereor, nec ullo modo fas eſt, nubicogæ Saturnio
Sanguine & pulvere pollutum vota facere.

Idem l. γ. Odyſſ.

Χέρνιβά τ' οὐλοχύτας τε κατήρχετο πολλὰ δ' Ἀθήνῃ
Εὔχετ', ἀπαρχόμενος κεφαλῆς τρίχας ἐν πυρὶ βάλλων.

Molas atque aquas fudit multa Minervam
Precatus, incipiens capitis villos igni injecit.

Heſiodus nulli Deorum ſacra fieri oportere arbitratur, niſi manus lotæ fuerint:

Μηδέποτ' ἐξ ἠοῦς Διὶ λείβειν αἴθοπα οἶνον
Χερσὶν ἀνίπτοισιν, μηδ' ἄλλοις ἀθανάτοισι.

Nec unquam de mane Iovi libato nigrum vinum
Manibus illotis, nec aliis immortalibus.

Virgil. l. VI. Æn.

Idem ter ſocios pura circumtulit unda,
Spargere rore levi, & ramo felicis olivæ.

Et Iuno lib. IV. Metam. ab Inferis rediens luſtratur ab Iride:

Læta redit Iuno, quam cælum intrare parantem
Roratis luſtravit aquis Thaumantias Iris.

Ovid, l. V. Faſt.

Spar-

Spargit & ipſe ſuos lauro rorante capillos,
Incipit & ſolita fundere voce preces.

Et in l. VII. Metam.

Ter ſe convertit, ter ſumptis flumine crinem
Irroravit aquis: ternis & hiatibus ora
Solvit.

Varro l. X. rer. humanar. juxta Rhegium fluvii ſunt continui ſeptem, in hiſce matris cæde dicitur purgatus Oreſtes. Dion. l. XXXIX. πρὸς δὲ ὕδωρ ἀφικνεῖσθαι, κἀνταῦθα καθαρμόν τινα σφῶν ποιεῖσθαι, *ad aquam ſe demittere ſolebant, quando aliquis illorum purgationem facturus erat.* Nam ſcelera quævis, ut Serv. l. VI. Æn. ſcribit, aqua expiabant. Cato Orig. III. Tertull. de bapt. c V. Lactant. l. V. c. XXX. Senec. in Hercul. Furente, Apulej. Mil. l. XI. Dion. l. XLVIII. Euripid. in Iphig Taur. Clemens Alexandr. lib. VII. Stromat. Corpus autem totum vel manus tantummodo lavabant, ut Sophocl. enarrator: ἔθος γὰρ ἦν τοῖς παλαιοῖς, ὅτε ἢ φόνον ἀνθρώπου, ἢ ἄλλας σφαγὰς ἐποίουν, ἀπονίπτειν τὰς χεῖρας, εἰς κάθαρσιν τοῦ μιάσματος: *mos erat veteribus, quando ſive cædem hominis, ſive alias cædes feciſſent, lavare manus, in purgationem piaculi.* Caper: *in manus aquam poſcimus.* Sidon. Apollin. *retrorſumque converſus, tanquam manibus aquam peteret.* Athen. l. IX παρὰ γὰρ τοῖς παλαιοῖς, τὸ μὲν πρὸ ἀρίστου καὶ δείπνου λέγεσθαι κατὰ χειρὸς δὲ μετὰ ταῦτα ἀπονίψασθαι. *apud veteres enim optimum & grave habebatur manus lavare.* Plutarch. l. πῶς ἄν τις διακρίνειε τὸν κόλακα τοῦ φίλου.

λου. ἀλλὰ μὴ τοὺς αὐτοληκύθους τούτους λεγομένους, καὶ κόλακας νομίζωμεν, id eſt, *quomodo aliquis judicare adulatorem amici ſed non ſcurras hos dictos, ſed adulatores vocare conſuevimus.* Hi autem ſunt qui ſpontanea miniſteria obeunt, in balneum olei lecythum ſecum afferunt. Aſpergine inſuper credebant inceſtum tolli, ut Cic. lib. II. de L. L. ſcribit: aquæ inceſtum aſperſione tolli. Iuſtin. Martyr. Apolog. II. καὶ τὸ λουτρὸν δὴ τοῦτο ἀκούσαντες οἱ δαίμονες διὰ τοῦ προφήτου κηρυγμένον ἐνέργησαι καὶ ῥαντίζειν ἑαυτοὺς τοὺς εἰς τὰ ἱερὰ αὐτῶν ἐπιβαίνοντας, καὶ προσιέναι αὐτοῖς μέλλοντας λοιβὰς καὶ κνίσας ἀποτελοῦντας· τέλεον δὲ καὶ λοῦσθαι ἀπιόντας πρὶν ἐλθεῖν ἐπὶ τὰ ἱερὰ ἔνθα ἵδρυνται ἐνεργοῦσι. id eſt, *& balneum quidem hos reſciſcentes Dæmones a propheta prædicatum operati ſunt & ipſos aſpergere, ad ſacra ſua accedentes, & immittere eis conſtituerunt libamina, & nidores talia perficientes. Perficiebant vero ut accedentes ſe, lavarent priusquam aſcenderent ad ſacra, inde purgati operabantur ſacris.* Sed & cædem credebant aſpergine tolli. Quod Maro l. II. Æn. attingit:

Tu genitor cape ſacra manu, patriosque Penates,
Me bello e tanto digreſſum & cæde recenti
Attrectare nefas, donec me flumine vivo
Abluero.

Sen. in Herc. furent.

Et

Et tota Thetys per meas currat manus
Herebit altum facinus.

Tertull. c. V. de Baptiſm. Penes veteres quisquis ſe homicidio infecerat purgatrice aqua ſe expiabat. Hinc recte Anticlides l. LXXIV. redituum. ἔθος γὰρ ἦν τοῖς παλαιοῖς, ὅπερ καὶ νῦν ἀκμάζει, ὅταν ἢ φόνον ἀνθρώπων, ἢ καὶ ἄλλας σφαγὰς ἐποίουν, ὕδατι ἀενάῳ τὰς χεῖρας ἀπονίπτειν εἰς τοῦ μιάσματος κάθαρσιν: *erat enim mos antiquorum, qui nunc quoque ſervatur, ut qui cædem hominum, vel aliorum animalium commiſiſſent, perenni aquâ manus abluerent, ad commiſſi piaculi luſtrationem.* Hinc etiam Pontius Pilatus Matth. XXVII cædem illam in innocentisſimum Salvatorem noſtrum commiſſum, aqua abluere parat, ac ſi ipſe innocens foret, neutiquamque reus cædis illius, poſtquam ſe aqua abluiſſet: * λαβὼν ὕδωρ ἐπινίψατο τὰς χεῖρας, λέγων: ἀθῷός εἰμι ἀπὸ τοῦ αἵματος τοῦ δικαίου.

* Pilatum manus hic laviſſe more Gentilium, quo illi, qui cædis inviti imprudentesque rei facti eſſent, luſtrari debebant, putat Rev. *Jo. Chriſtoph. VVolfius* in Curis Philolog. & Crit. p. 398. Vide huc *Jo. Lomeierum* de Luſtrat. p. 79. *Corn. Adami* in Obſervatt. p. 193. & *Jac. Elsnerum* p. 122. ſeq. De lotionis ritu, in his caſibus olim recepto, lege *Jo. Adami Königii* Diſſert. in Theſauro Diſputatt. T. II. f. 227. recuſam, tum *Godofr. Arnoldi* Diſput Witeb. 1689. item *Jo. Georg. Leſchnerti* Diſp. de Lotione Manuum Innocentiæ ſigno, Witteb. 1710. 4. tum *Dilherrum* in Diſp. Academ. Tom. I. p. 202. & *Joſ. Arndium* in Miſcellan. p. 109.

Quem ritum etiam Heſychius tangit: *χερνίβιον τὸ ἁγνισθῆναι, δι' ὕδατος ἔχοντος κρίτας καὶ ἄλας*, polubrum aquam in ſe continens purgare judices, & aſſeſſores. Nec homines ſacrificuli tantum aqua lavabantur; ſed & victimæ: ut Dionyſ. Halicarn. l. VII. rer. antiq. ſcribit: *χερνιψάμενοι δὲ γὰρ αὐτοὶ, καὶ τὰ ἱερὰ καθαρῷ περιαγνίσαντες ὕδατι*, lavantur vero & ipſi, & ſacra puro luſtrant flumine. Sed & auribus infundebant aquam, ut victima annueret; quod Myrtilus l. II. rer. Lesbic. tradit: *οἱ μὲν οὖν ἱερεῖς τὸ ὕδωρ εἰώθασιν ἐμβαλεῖν εἰς τὸ οὖς τοῦ ἱερείου, ὡς ἐπινευσάσης τελεταῖς*, id eſt, *nam ſane ſacerdotes aquam infundere in aurem victimæ conſueverunt, ut illa annuat ſacrificiis.* Imo & ille, qui impuris manibus aram Jovis attigiſſet, fulmine percutiebatur, quod de Aſterio Timarchidas in l. de Coronis ſcribit:

Χερσὶν ἀνίπτοισιν ῥέζων Διὸς ἥψατο βωμοῦ,
Τοὔνεκά μιν πυρόεντι πατὴρ κατέφλεξε κεραυνῷ,
Ἔξοχα γὰρ καθαρὸν χρὴ θνητὸν θεῖα σέβεσθαι.

Illotis manibus libans Jovi attigit aram,
Propterea hunc flagranti pater uſſit fulmine,
Oportet enim mortalem purum ſacra contingere.

CAP.

Cap. XXVIII.

Ignis & aqua adhibebantur. Vnde is mos. Deus ignis comburens. Apud Perſas ſacer ignis. Magi Cappadocum. Heraclius ignem extinxit. Chaldæorum Deus vetuſtiſſimus. Ignis ſacer Hieroſolymitanus quando extinctus. Sacer ignis Roman. Imper. præferebatur. Vt Perſarum Regibus. Indorum tympana. Syrorum ſtola. Romanorum ſecures. Regibus & Principibus inaurati ac nudi gladii. Venetorum Duci argentea tuba.

IGnis ad ſacra adhibebatur, uti & aqua. Et ad fœdera facienda, teſte Servio l. XII. Æneid. ſemper aqua & ignis adhibetur, unde & quos arcere volumus a noſtro conſortio, eis aqua & igni interdicimus, id eſt, rebus, quibus conſortia copulantur. Ignis autem ſemper in altari ardebat, quem, ut etiam in Levitic. ſcriptum eſt, ſacerdos nutriebat: ſine quo nullum fas erat ſacrificium facere. Pollux: ἐφ' ὧν δὲ θύομεν, ἢ πῦρ ἀνακαίομεν, βωμὸς, θυμιατήριον, ἑστία, * ἔνιοι γὰρ οὕτως ὠνομάκασιν, οὕτω δ' ἂν κυριώτατα καλοίης τὴν ἐν πρυτανείῳ, ἐφ' ἧς τὸ πῦρ τὸ ἄσβεστον ἀνάπτεται, id

* Sacrificia Dei, quæ Joſ. XIII. 14. אשי ignes, appellantur, Veſtæ ſ. *ἑστίας* nomini originem dediſſe, oſtendunt *Galeus* in libro: the Court of the gentiles P. I. lib. 2. cap. 9. §. 5. *Voſſius* de orig. idolol. lib. II. cap. 65. p. 652. & *Dickinſonus* in Delphis Phœniciz. p. 120. ſeq.

id eſt, *ſuper quibus ſacrificamus aut ignem accendimus, altare, acerra, & eſta, nonnulli enim ſic appellarunt. Sic ſane aptiſſime illam, quæ eſt in Prytaneo, vocaveris: ſuper qua ignis ille perpetuus ardere ſolet.* Polyd. Virg. l. V. c. VII. de Inv. rer. Sic in igne præter alia elementa, ſacra omnia inſiſtebant, quod is, credo, proximus cœlo ſit, quod in ſpecie ignis Deus Moſen primum allocutus, quod de cœlo holocauſta accepta rapuiſſet. Apud nos itidem nullo magis honore, quam cereis candelis decorantur extrinſecus cœlicolæ. Eadem imprimis ratione, ut opinor, a Veſtalibus perpetuus ſervabatur: quoniam Deus noſter ignis comburens eſt, ac propterea merito ſacer habetur. Idcirco apud Perſas * ignis ſacer erat, ut Strabo l. XVII. teſtatur: ὅτῳ δ᾽ ἂν θύσωσι θεῷ, πρώτῳ τῷ πυρὶ εὔχονται. De Magis Phœnix Colophonius apud Athen. Dipn. l. XII.

Οὐ παρὰ μάγοισι πῦρ ἱερὸν ἀνέγησε
Ὥσπερ νόμος, ῥάβδοισι τοῦ θεοῦ ψαύων.

Non a Magis ignis ſacer reſuſcitatur
Sicut mos, virgis Dei tactus.

Eu-

* Ignem eos divino cultu proſequi haut ita pridem probare ſuſtinuit *Philippus a Turre* in Monumentis Vet. Antii p. 168. ſeq. contrarium recte defendunt *Thomas Hyde* in Perſ. relig. Hiſt. cap. I. VI. XXI. *Cudworthus* in Syſt. int. p. 286. *Gaffarellus* in curioſitatib. inaud. p. 181. *Huetius* in quæſt. Alnet. lib. II. cap. I. p. 100. *Cellarius* in diſſertationib. Acad. p. 635. & Rev. *Deylingius* P. II. Obſ. S. p. 132.

Euphrates Perſa apud Dioſcoridem Antholog. l. III. vetat, ne corpus ſuum cremetur igni, timens forſitan, ne corpore ſuo ignem contaminaret:

- - Πῦρ δὲ μιῆναι
Ἡμῖν τοῦ χαλεποῦ πικρότερον θανάτου.

- - Ignem vero contaminare
Vobis difficilis mortis acerbiſſimum puto.

Vide de hoc more Plutarch. in l. περὶ τοῦ πρώτου ψυχροῦ, & Jul. Firmic. de errore profan. rel. c. V. Strab. l. XV. de Magis in Cappadocia ignem ſervantibus hæc ſcribit: ἐν δὲ τῇ Καππαδοκίᾳ πολὺ ἐστι τὸ τῶν Μάγων φῦλον, οἳ καὶ πύρεθοι καλοῦνται. πολλὰ δὲ καὶ τῶν περσικῶν θεῶν ἱερά. οὐδὲ μαχαίρᾳ θύουσι. ἀλλὰ κορμῷ τινι ὡς ἂν ὑπέρῳ τύπτοντες. ἔστι δὲ καὶ πυραθεῖα, σηκοί τινες ἀξιόλογοι. ἐν δὲ τούτοις μέσοις βωμός, ἐν ᾧ πολλή τε σποδὸς, καὶ πῦρ ἄσβεστον φυλάττουσιν οἱ Μάγοι καθ' ἡμέραν δὲ εἰσιόντες ἐπᾴδουσιν ὥραν σχεδόν τι, πρὸ τοῦ πυρὸς τὴν δεσμὴν τῶν ῥάβδων ἔχοντες, τιάρας περικείμενοι πιλωτὰς, καθηκούσας ἑκατέρωθεν μέχρι τοῦ καλύπτειν τὰ χείλη καὶ τὰς παραγναθίδας, id eſt, *In Cappadocia magna eſt Magorum multitudo, qui Pyrethi dicuntur. Multa item Perſicorum Divûm-fana. Haud cultro ſed ſtipite mactant velut piſtillo verberantes. Sunt etiam* πυραθεῖα *ſacraria quædam memoratu digna. Horum in medio ara eſt, in quo cinis multus. Ignem autem ibi inextinguibilem ſervant Magi. Quottidie ingreſſi per horæ ferme ſpatium accinunt, faſciculum vir-*

virgarum ante Ignem tenentes. Tiaris laneis velantur, quæ utrimque aptatæ labra etiam & maxillas contegunt. Heraclius autem Imp. Perſiam vaſtans Pyrea * illa ſuſtulit, ut Suidas ſcribit: ὁ δὲ Ἡράκλειος τάς τε πόλεις καθήρει, καὶ τὰ πυρεῖα διέστρεφε τῶν Περσῶν, *Heraclius urbes vaſtavit, & Pyrea Perſarum evertit.* Vid. Hiſtor. Tripart. l. X. c. XXX. Theodorit. Hiſt. l. V. c. XXXIX. Procop. l. II. Perſic. & Nicephor. l. XIV. c. XIX. Sane vetuſtiſſimum hunc apud Chaldæos ignis uſum Hebræi tradunt, ut & אור ignem ſeu lucem denotare affirment: quod R. Moſes Ben-Maimon in More-Nebochim in l. III. c. XXX. tradit, cujus verba I. Syngramm. adducta vide. Ignis autem ſacer Hieroſolymitanus, qui in altari a ſacerdote ſervabatur, ultro demum extinctus eſt, Antiocho Rege vendente Jaſoni ſacerdotium: cum antea per LXX. annos Babylonicæ captivitatis occulto in loco ſub aquis inviolatus & æternus vixiſſet, ut D. Auguſtin. refert. Cæterum Romani Cæſares eo ſuperbiæ proceſſerant, ut ſacrum ignem, qui ſimiliter Regibus Perſarum mos erat, velut in imaginem imperii ſibi præferri ſinerent, eoque præcipuo inſigni & ſingulari ornatu uterentur. Alex. ab Alexandr. l. I. Gen. Dierum. c. XXVIII. Sic enim Q. Curtius l. III. ſcribit: Ignis quem ipſi ſacrum & æternum vocabant, argenteis altaribus præferebatur. Indorum Regibus tympana in deliciis erant, ut Alexand. ab

* Iſtiusmodi πυρεῖα ſive fani ignis imaginem exhibet *Th. Hyde* de relig. vet. Perſar. p. 354.

ab Alex. l. I. c. XXXVIII. ſcribit: Indi Reges pro regio ornatu habent, ut cum foras prodeunt, aurea mitra pluribus gemmis diſtincta, & ſindone amicti, tympaniſque & tintinnabulis præcedentibus, conſpicui fiant. Syri ſtolam & ſceptrum pro regio ornatu habuerunt: apud prius vero ſeculum Reges tenuiſſe haſtas, quas ſceptra nuncupant, pro majeſtate, proque diademate fuiſſe proditum eſt. Quod Romulus parto regno cum ſella curuli, trabeaque & reliquo habitu ſe auguſtiorem feciſſet, tum maxime duodecim lictoribus inſignem fecerit, qui faſces, ſecureſque velut inſignia majeſtatis præferrent, a multis eſt memoriæ mandatum. Item apparitoribus, & Viatoribus, & Accenſis, & Præconibus. Tubæ argenteæ, aurea umbella, ſella aurea, pulvinus aureus, verſicoloria vexilla ſunt inſignia Veneti Ducis ipſi a Pontifice conceſſa, Sabell. l. V. Enn. IX. Inſigne capitis ab initio in Phrygiæ mitræ ſpeciem in conum ibat, ut vetuſtiſſimæ principum teſtantur imagines. Hodie a fronte depreſſa eſt infula, retro attollitur in refracti formam cornu, ut appareat, faſtigium dignitatis in eo ordine eſſe, qui principem comitatur. Sabell. l. VII. Enn. VIII. Quoties Dux in publicum prodit, præferuntur inſignia: ipſe comitatus externorum Principum legatis, non multo poſt conſequitur: ornatiſſimo veſtium apparatu, & capitis tegumento ita compoſito, ut cornu integrum extet: quo plane inſigni teſtetur, ſe quidem Principem eſſe totius Reip. ut tamen Senatorius, qui ampliſſimus conſequitur ordo, præcipuam ſibi cum eo vendicet partem:

tem:

tem; quod & Patricius principem ſubſequens, gladium vagina aurea, tectum gerens facile oſtendit. Nam cum alii Reges & Principes præferre nudum enſem velint, ſupremæ ſuæ poteſtatis argumentum, quaſi alienæ ſententiæ non egeant, ipſe vagina tectum pone gerit; ut nec celeritatem ad ulciſcenda facinora præmaturam ſignificet, nec ſui arbitrii pœnitus totam eſſe Rempublicam ſed ſubſequentis ſenatorii ordinis, ſummam eſſe poteſtatem. Singulis hebdomadibus ſemel forum magiſtratusque omnes, qui juridicundo præſunt, obit: monetque, ut juſtitiæ memores, nihil odio aut gratiæ tribuant. Hæc Egnatius lib. II. c. I. Exemplorum.

Cap. XXIX.

Frondes *quernæ in ſacrificiis. Idem mos apud Græcos. Hecate quercu coronata. Vocales quercus. Coronæ quernæ. Laureæ in Apollinis ſacris. In Herculis populeæ. Myrteæ in Dionyſiacis. Victimæ coronatæ. Vaſa etiam. Supplicantium oleæ. Apud ſolos Athenienſes. Oleum in ſacrificiis Plutonis.*

NUlla autem ſacrificia Germani & Celtæ perficiebant, priusquam aræ quercus injeciſſent frondes. Plin. l. XVI. Celtæ nulla ſacra ſine fronde roborum conficiunt. Alex. ab Alex. ll. IV. c. XVII. Druydæ nullum ſacrum ſine roboris fronde conficiebant. Nec tantum apud Germanos, ſed & apud Græ-

Græcos aræ quernis frondibus ornabantur, ut Apollonius Rhodius l. Argonaut. hiſce ſcribit:

> Βωμὸν δ' αὖ χεράδος παρενήνεον, ἀμφὶ δὲ φύλλοις
> Στεψάμενοι δρυΐνοισι θυηπολίης ἐμέλοντο.

> *Aram hinc de cumulo acervarunt lapillorum, circum autem foliis*
> *Coronantes quernis jam ſacrum curabant.*

Et Hecate fingebatur coronata quercu, ut Sopho. in Rizotomis prodidit:

> Ἥλιε δεσπότα, καὶ πῦρ
> Ἱερὸν, τῆς εἰνοδίας Ἑκάτης,
> Ἔγχος τὸ δι' ὀλύμπου
> Καλὸν φέρει, καὶ γῆς ναίησ' ἱερὰς τριόδου
> Στεφανουμένη δρυσὶ καὶ πλείστοις
> Ὤμω σπειρήμασι δρακόντων.

> *O Sol o Rex, & ignis*
> *Sacer, in via habitantis Hecates,*
> *Haſta quam per cœlum*
> *Recte fert, ac terra habitat ſacra Trivia*
> *Coronata quercubus plurimis*
> *Super humeris ſpinis draconum.*

Quercus enim magno honore afficiebant, ita ut & vocales ſtatuerent. Quippe ad Dodonam urbem ampliſſimam & vetuſtiſſimam Moloſſidis in Epiro, vicinam nemori quercino tradunt vocales quercus creviſſe, quæ ſtatim, ubi acceſſiſſent interrogaturi, commoverint ſeſe, atque inſonuerint expreſſo, quod dandum erat, reſponſo, ibidemque ſtatuam ſtetiſſe, quæ virga æneos lebetes pulſarit, hos ad moderatos ictus paulatim increpuiſſe, & numeris ligata reſponſa edidiſſe. Hæc Peucerus de Oracul. & Lucian. in Alectryon. In Cerealibus etiam ſacris quercu coronabantur ad perpetuam accepti ab illa *Dea beneficii* memoriam, ut Virgilius libro primo Georgicor. ſcribit:

- - Nec ante
Falcem maturis quisquam ſupponat ariſtis,
Quam Cereri tota redimitus tempora quercu
Det motus incompoſitos, & carmina dicat.

Coronabantur enim in ſacris, ut teſtantur hæc Oraculi Delphici carmina, quæ Demoſthenes in Oratione contra Midiam adducit:

Αὐδῶ Ἐρεχθείδεσσιν ὅσοι Πανδίονος ἄςυ
Ναίετε, καὶ πατρίοισι νόμοις ἰθύνεθ᾽ ἑορτὰς,

Με-

Μεμνῆσθαι Βάκχοιο, καὶ εὐρυχώρους
καῖ' ἀγυιὰς
Ἱςάναι ὡραίων Βρομίῳ χάριν ἄμμιγα
πάντας,
Καὶ κνισσᾶν βωμοῖσι κάρη ςεφάνοις πυ-
κάσαντας.

Impero vobis Erechtides, qui Pandionis ur-
bem
Colitis, & patriis legibus ſolemnia facitis,
Memores ſitis Bacchi, & per latas vias
Solvatis paſſim Baccho grates omnes,
Coronate rite aras ſacris coronis.

Sane in Apollinis ſacro ex lauro corona erat; ut Apollon. Rhod. l. II. Argon. ſcribit:

Ξανθὰ δ' ἐρεψάμενοι δάφνῃ καθύπερθε
μέτωπα.

Flava vero redimiti ſunt lauro circa tem-
pora.

In Herculis autem ſacris corolla populea adhibebatur. Maro l. VII. Æneid.

Populeis adſunt evincti tempora ramis.

Quoniam autem aliæ arbores DIIS aliis fuerunt conſecretæ, idcirco DIIS ſacrificaturi varias etiam coronas capiti imponebant, ut in Dionyſiacis myrto, Veneri alias ſacra, ut ait Timarchidus in l. de Coronis, & Ariſtophanes in Ranis:

Πολύκαρπον μὲν τινάσσων
Ἀ'μφὶ κρατὶ σῷ βρύοντα
Στέφανον μύρτων.

Fructiferam quidem quatiens
Circa caput tuum virentem
Coronam myrtorum.

Memoriæ prodidit Andrætas Tenedius in navigatione Propontid. antiquos triplici ordine coronandi uſos fuiſſe in ſacris: cum alii capiti coronas ſuperius imponerent, alii ad tempora usque deducerent, quidam vero ad collum usque detraherent. Non vero ſolum ſacerdotes coronati erant in ſacrificiis, ſed & victimæ, * ut Ovid. l. VII. Metam. teſtatur:

- - Feriuntque ſecures
Colla toroſa boum, vinctorum cornua vittis.

Maro l. IX. Æneid.

Et

* Prius illud in opuſculo quodam ſuo diligenter ſe probas ſe teſtatur *Jo. Dougtaus* in Anal. N. T. Exc. LIV. cui iunge *Braunium* de Veſtitu Sacerdotum Hebræorum p. 643. & *Reineſium* ad Inſcriptionem XLI. p. 83. Poſterius autem l.c. idem *Dougtaus* ex antiquitate comprobavit. Confer in eandem rem, victimarum ſcilicet cornationem *Jo Saubertum* de Sacrific. p. 386. *Ouzelium* ad *Minut.* p. 340. ſeq. *Arndium* in Miſcell. Sacris p. 151. *Lometerum* in Epimenide p. 283. *Cornel. Adami* in Exercitat. Exegetic. p. 306. ſeq. & *Jac. Genſium* Victim. Human. P. II. p. 376.

Et ſtatuam ante aras aurata fronte juvencum
Candentem, pariterque caput cum matre ferentem.

Lucianus in Dial. de ſacrif. Ἀλλ' ὅγε θύοντες ςεφανώσαντες τὸ ζῶον, καὶ πολύ γε πρότερον ἐξετάσαντες εἰ ἐντελὲς εἴη. ἵνα μηδὲ τῶν ἀχρήςων τι κατασφάττασι προσάγουσι τῷ βωμῷ; *enimvero ſacrificantes victimam coronant, multoque prius ſtudio perquirunt, num perfecta ſit, ne quid inutile jugulent, atque ad aram deducant.* Et vaſa coronata legimus apud Maron l. III. Æneid.

Tum pater Anchiſes magnum cratera corona
Induit, implevitque mero, divosque vocavit.

Oleum autem adhibebant in deprecationibus & ſupplicationibus. Maro l. XI.

Velati ramis oleæ, veniamque rogantes.

Idem l. XII. Æneid.

Paciferaque manu ramum prætendit olivæ.

Livius: Legati Locrenſium ramos oleæ velamenta ſupplicium porrigentes. Idem l. IV. Dec. V. Statius l. XII. Thebaid.

- - *Supplicis arbor Olivæ.*

Idem:

- - *Ramos oleæ vittaque precantis*
Tradit.

Apulej. Mil. III. Heliodor l. IX. ἀθροίσαντες οὖν πᾶσαν ἡλικίαν καὶ κλάδους εἰς ἱκετηρίαν ἀναλαβόντες, κηρούς τε καὶ δᾳδας ἁψάμενοι, id eſt, *congregantes igitur omnem ætatem & ramos ad ſupplicationem accipientes, candelas & faces præferentes.* Olea autem priſcis temporibus, ut Herodotus in Terpſich. ſcribit, apud Athenienſes duntaxat inveniebantur: ἐδέοντο ὦν οἱ Ἐπιδαύριοι Ἀθηναίους ἐλαίην σφι δοῦναι ταμέεσθαι, ἱρωτάτης δὴ κείνας νομίζοντες εἶναι. λέγεται δὲ ὡς ἐλαῖαι ἔσαν ἄλλοθι γῆς οὐδαμοῦ κατ' ἐκεῖνον τὸν χρόνον ἢ Ἀθήνῃσι, id eſt, *rogarunt igitur Athenienſes Epidaurii, ut ſibi olivam cædere permitterent, cum maxime ſacras illas arbitrarentur. Ferunt enim, quod per id tempus nullibi, niſi apud Athenienſes, eſſent olivæ.* Plutoni tamen oleum effuſum eſſe in ſacrificio, Maro l. VI. Æneid. tradit:

Tum Stygio Regi nocturnas incboat aras:
Et ſolida imponit taurorum viſcera flammis,
Pingue ſuperque oleum fundens fumantibus extis.

Oleum enim pro vino in ſacrificiis Plutonis adhibebatur: quippe ſacra ejus non prorſus a ſuperorum ſacrificiis abhorrebant. Hinc addebatur ignis hujus ſacris, & illi delectæ cæſarum victimarum partes imponebantur comburendæ.

CAP.

CAP. XXX.

Converſio in ſacris. In lævum Celtæ. Athenæi locus interpretatur. Mos augurum. Ad Orientem converſi. Judæorum mos contrarius. Chriſtianorum templa ad Orientem. Ob quam cauſſam Elxai hæreticus. Mos in lavacro ſacro ſuſcipiendo Græcorum.

NUmæ præceptum eſt, circumagas te, dum Deos adoras, ſedeas cum adoraveris, inquit Plutarch. in Numa. Converſio adorantium ſimulacrum orbis mundi dicitur eſſe; quo magis videatur, qui adorat Deos, (quanto Orientem ſpectantibus templis averſus eſt ab ortu) eo ſe flectere: & mox ſe convertere ad Deum, orbem conficiens, & committens ex ambobus conſummationem propriam. Plin. l. XXVIII. c. I. In adorando dextram ad oſculum referimus, totumque corpus circumagimus, quod in lævum feciſſe Galli religioſius credunt. Reſpiciebant etiam Orientem, Augur enim, ut Liv. l. I. V. C. habet: *Ubi proſpectu in urbem, agrumque capto Deos precatus, regiones ab Oriente ad Occaſum determinavit, dextras ad Meridiem partes, lævaſque ad Septemtrionem dixit.* Callixenus Rhodius in rebus Alexandr. τοῖς μὲν οὖν κατοιχομένοις περὶ τοῦ ἡλίου δυσμὰς ἐναγίζομεν. τοῖς δὲ οὐρανίδαις ὑπὸ τὴν ἕω τοῦ ἡλίου ἀνατέλλοντος ἱερεύομεν, id eſt, *vita defunctis ſane circa occaſum Solis parentamus: at cœleſtibus Diis auroræ tem-*

pore ſub exortum Solis ſacrificamus. Poſidippus hæc ſcribit:

Ἦρε δ' ἀνοιγόμενοι πρῶτον λάβον Ἠε-
λίου φῶς,
Ναοὶ Λητοΐδαο καὶ Ἡφαίςοιο θέοιο,
Priores autem cepere Solis *lumen,*
Delubra Apollinis & Vulcani Dei.

Cratius in Chirone:

Ἄγε δὴ πρὸς ἕω πρῶτων ἁπάντων
ἵςω,
Καὶ λάμβανε χερσὶ σχῖνον μεγάλην,
Χέε τάδε, τὸ ὕδωρ ἐκ τῶν κρατήρων χέε.
*Age vero ad auroram primum omnium con-
ſiſte,*
Et cape manibus juncum magnum,
Funde hæc: aquam e crateribus funde.

Orpheus in Hymn.

Ἦ ι χαίρει θνητῶν μερόπων μένος, οὐδὲ
τίς ἐςιν,
Ὃς φεύγει τὴν σὴν ὄψιν καθυπέρτερον
οὖσαν,
Ἡνίκα τὸν γλυκὺν ὕπνον ἀπὸ βλεφά-
ρων ἀποσείσης.

Πᾶς δὲ βροτὸς γήθει, πᾶν ἑρπετὸν, ἄλλά τε φῦλα
Τετραπόδων, πτηνῶν τε, καὶ εἰναλίων πολυεθνῶν.

Qua gaudet hominum mortale genus, nec ullus eſt,
Qui fugit tuam faciem e fluctibus exiſtentem,
Cum dulcem ſomnum ab oculis excutis.
Omnis vero mortalis lætatur, omne reptile, cæteraque genera
Quadrupedum, natantium, & marinorum animalium.

Recte itaque Virgil. l. XII. Æneid. Reges ſacrificantes introducit, Orientem reſpicientes:

Illi adſurgentem converſi lumina Solem.

Servius: non utique nunc Solem orientem dicit, jamdudum enim dies erat, ſed diſciplinam ceremoniarum ſequutus eſt. Vt Orientem ſpectare diceret eum, qui eſſet precaturus. Promachidas Heracleota, & Dionyſius Thrax his verbis in l. III. Diæreſeωn diſſerit: οἱ γὰρ ναοὶ τῶν παλαιῶν καὶ τὸν ἥλιον ὑπερκύψαντα εὐθὺς ὑποδέχεσθαι εἰώθεσαν, καὶ τοῦ φωτὸς εὐθὺς ἐμπίπλασθαι τῶν θυρῶν ἀναπεπταμένων· ὅπου καὶ τὰ ἱερὰ ἔρρεξαν, id eſt, *antiquorum enim templa exorientem Solem ſtatim excipere ſolebant. & ſtatim orto lumine feneſtris ac foribus pateſactis repleri, ubi ſacrificia fiebant.* Templa enim Orientem ſpectari debere

 bere

bere docet Vitruvius Architect. l. IV. c. V. Mercurius Triſmegiſtus in Aſclep. c. XV. Sole etenim occidente cum quis Deum orare voluerit, illuc debet intendere: ſicut & Sole oriente in eum, qui Subſolanus dicitur. Et apud Judæos hic mos a Gentibus traductus erat. Ezech. c. VIII. v. 16. Et ecce juxta oſtium templi Domini inter veſtibulum, & altare erant quaſi viginti quinque viri, quorum terga erant ad templum Domini & facies eorum ad Orientem, adorabantque Solem ad Orientem. Sanctum enim Sanctorum parte templi Judaici Occidentali collocatum erat. Ideoque præcepit Dominus per Moyſen *in Deuteronomio*, ne more aliarum gentium contra Orientem, ſed quoquo verſum intoirent contra templum, Deum orantes, ne viderentur Solem, ut factitabant Idololatræ, colere, teſte D. Hieronymo. Noſtra autem templa introimus ab Occidente Orientem verſus, non ſolum quod Chriſtus crucifixus Occidentem ab Oriente ſpectaret, atque ita ab adorantibus in Orientem quaſi ſuſpici poſſet, verum etiam quia ille Sol Juſtitiæ eſt, ut ſcriptum Malach. c. IV. v. 2.: וזרחה לכם יראי שמי שמש צרקה *exorietur autem vobis, ô timentes nominis mei, Sol Juſtitiæ.* Quia & ab ortu Solis ut idem Propheta, c. I. v. 11. tradit usque ad occaſum magnum erit nomen Jehovæ in gentibus, & in omni loco ſuffimentum affertur nomini ejus, & purum munus. Et ſicut fulguris ab Oriente in Occidentem motus, Matth. c. XXIV. verſ. 27. ita magno illo, quem expectamus, die, erit adventus filii hominis. Clemens

mens Alexandr. l. VII. Strom. *Licet ergo ne voce quidem emittere orationem, ſed ſolum quicquid eſt intrinſecus ſpirituale intendere in vocem, quæ mente percipitur, per indivulſam ad Deum converſionem. Quoniam autem diei naturalis imago eſt Oriens, illinc quoque lux augetur, quæ primum illuxit ex tenebris, ſed etiam iis, qui volutantur in ignoratione, exortus eſt dies cognitionis veritatis, ea ratione qua Sol in Oriente matutino, nempe Orationes. Unde etiam quæ erant ex templis antiquiſſima reſpiciebant ad Occidentem, ut qui ſtantes vultu converſi ad imagines, doceantur verſi ad Orientem.* *Dirigatur oratio mea tanquam incenſum in conſpectu tuo, elevatio manuum mearum, ſacrificium veſpertinum, ajunt Pſalmi.* Juſtin. Martyr. Reſponſ. CXVIII. *Quandoquidem apud nos nos præſtantiſſima quæque ad honorem & venerationem Dei deſtinamus: opinione autem hominum præſtabilior eſt Oriens aliis creaturæ partibus: eam ob rem precationis tempore, vultu ad Orientem omnes convertuntur: perinde atque dextra manu in nomine Chriſti nos conſignamus, qui ſigillo tali indigent, eo quod præſtare ſiniſtræ putetur, quamvis poſitura, non natura, ab illa differat. Haud aliter & Oriens ut præſtantior creaturæ pars ad Deum adorandum eſt deſignata. Et quod ad Orientem ſpectantes, precationes peragimus, non id Propheticis & Apoſtolicis adverſatur vocibus. In omni enim loco exiſtit Oriens precantibus.* Tertullian. in Apologet. c XVI. *Ad Orientem ſuſpicientes Chriſtiani manibus expaſſis, quia innocuis: capite nudo, quia non erubeſcimus, denique ſine monitore,*

tore, quia de pectore oramus. Origen. in Num. Homil. V. *Quid genua flectimus orantes, & quod ex omnibus partibus cœli ad ſolam Orientis plagam converſi orationem fundimus: non facile cuiquam puto ratione compertum.* Hinc Elxai hæreticus, ut Epiphanius adverſ. Oſſen. ſcribit: prohibuit ſectatoribus ſuis, ne ad Orientem reſpicientes precarentur: ſed ex omnibus orbis partibus ad Hieroſolymam converſos orare voluit, ne forſitan Chriſtianorum Orthodoxorum ritum imitarentur, quibus minime aſſentire volebat. Præter hoſce conſule Damaſcenum de Orthodox. fide lib. IV. c. XIII. & Dionyſium Areopagitam in Cœleſt. Hierarch. cap. II. ubi qui ſacro lavacro ſuſcipiendus eſt, Diabolum Occidentem verſus ter ſolemni ritu, & quæ ſunt ejus regni ejurat, ac ſtatim Chriſtum in Orientem adorat.

Cap. XXXI.

Victimæ *homines. A Druydis mactati. Nec Celtæ ſoli, ſed etiam cæteræ nationes ritu hoc delectabantur. Carthaginenſes, Phœnices. Vnde origo immolationis puerorum apud Phœnices.* Μȣνογενὴς. Ἰεȣ́δ. *Idolum ventriloquum. Græci. Diana Taurica. Plinius correctus. Romani* τεκνοθυσίας *ſtudioſi. Dii ipſi homicidæ. Homines in ludis Circenſibus feris objecti. Germani hoſtium capita cuſtodiebant. Coria humana. Domibus affixa. Idem mos apud Orientales. Ritus in conficiendis Teraphim. Statuæ Aſtrologicæ. Spiritibus plenæ. Modus*

dus conficiendi. Memnonis ſtatua canora. Sylveſter II. caput fudiſſe ſcribitur, quod reſponſa daret. Hoſtia ſacrilegis in uſu. Ex H. Cardano. Conjectura in loc. II. Reg. c. III. *Mos evocandi numina tutelaria. Iephtha votum examinatur. Votum duorum membrorum. Primogeniti non mactabantur. Iephtha filiam non immolavit. Cælebs manſit. Michaëlis Glycæ opinio refellitur.*

SAcrificia autem procurabantur a Druydis, qui victimarum loco homines * mactabant, ferali quodam ritu. *Strab. l. IV.* Hominem divinationi deſtinatum in tergo ferientes, ex ipſo impatientiæ afflictandique modo vaticinium capiebat. *Idem l. VII. de Cimbris:* diſſecto ventre captivorum ex inteſtinis victoriam interpretabantur. *Diod. Sic l. V. Bibl.* Hominem immolatum ſupra transverſum pectoris

* De barbaro hoc homines immolandi more apud varias gentes recepto vide *Jo. Lomeierum* de Luſtrat. c. 22. *Jo. Meurſium* in Cypro L. I. cap. 8. & 22. *Petr. Dan. Huetium* in Alnet. quæſt. p. 278. *Jo. Freinshemium* ad *Flori* III. 4. n. 2. & *Curtii* IV. 3. 23. *Phil Cluverum* Germ. antiq. p. 250. ſq. *Steph. Jo. Stephanium* ad *Saxonem Grammaticum* p. 92. ſq. P. *Francii* Nazianz. p. 230. ſq. *Jac. Genſium* in opere duos in Tomos diviſo, quod inſcribitur Victimæ Humanæ, Groning. 1675. 12. *Jo. Jonſenii* ſ. *Jonſii* tractat. de ἀνθρωποθυσίᾳ gentilium, Hamb. 1654. 4. *Michael. Hertzii* Exercitat. de Victimis Humanis, Erfurt. 1660. 4. *Chriſtiani Henr. Bartholi* Diſſ. de ritu ſacrificandi homines apud Ethnicos. Haſn. 1704. 4. *Jo. Potterum* Archæolog. Gr. p. 230. & *Petr. Petitum* libro ſecundo de ἀνθρωποφάγοις. c. 9. & 10.

ctoris ſeptum enitentur; quo cæſo, prolapſoque, tum e caſu & convulſione membrorum; tum e cruoris fluxu, quid eventurum ſit, præſagiunt. *Et ex longa vetuſtatis obſervatione hoc apud eos fidem invenit. D. Caeſ. l. VI. Bell. Gall.* Natio eſt omnis Gallorum admodum dedita religionibus; atque ob eam cauſam, qui affecti gravioribus morbis, quique in præliis, periculisque verſantur, aut pro victimis homines immolant, aut ſe immolaturos vovent, adminiſtrisque ad ea ſacra Druydibus utuntur: quod pro vita hominis, niſi vita hominis reddatur, non poſſe Deorum immortalium numen placari arbitrantur; publiceque ejusdem generis habent inſtituta ſacrificia. *Lucan. l. I. Pharſ.*

Et quibus immitis placatur ſanguine cæſo
Theutates, horrensque feris altaribus Heſus,
Et Tharamis Scythicæ non mitior ara Dianæ.

Plin. l. XXX. c. I. *Cn. Cornelio Lentulo, P. Licinio Craſſo Coſſ. Senatusconſultum factum eſt, ne homo immolaretur: palamque in tempus illud ſacra prodigioſa celebrata. Gallias utique poſſedit, & quidem ad noſtram memoriam.* Tacit. l. 1. Ann. *lucis propinquis barbaræ aræ; apud quas tribunos, ac primorum ordinum centuriones mactaverant.* L. XIV. Ann. *nam hominum fibris conſulere Deo fas habebant.* in l. de Mor. Germ. *humanis quoque hoſtiis litare fas habent.* Ibidem: *cæſo publice homine celebrant barbari ritus horrenda primordia.* Lucan. l. III. Pharſ.

ſed

- - ſed barbara ritu
Sacra Deûm, ſtructæ ſacris feralibus aræ,
Omnis & humanis luſtrata cruoribus arbos,

Tertullian. in Apologet. c. IX. *Major ætas apud Gallos Mercurio proſecatur.* Lactant. l. I. c. XXI. *Galli Heſum & Theutatem humano cruore placabant Deos.* Procop. l. XI. de bello Goth. ait, Francos etſi Chriſtum jam colerent, humanis tamen ad ſuum ævum hoſtiis uſos. Ditmarus l. 1. Normannos & Danos quotannis menſe Ianuario DIIS ſuis immolaſſe XCIX homines, totidem equos cum canibus & gallis ſcribit. De Gothis & Sueonibus vid Iohan. Magn. lib. I. cap. X. De Scythis, qui Germani & Celtæ, hæc ſcribit Herodotus in Melpomene: ὅσους ἂν τῶν πολημίων ζωγρήσωσιν, ἀπὸ τῶν ἑκατὸν ἀνδρῶν ἄνδρα ἕνα θύουσι τρόπῳ οὐ τῷ αὐτῷ ᾧ καὶ τὰ πρόβατα, ἀλλ' ἑτεροίῳ. ἐπεὰν γὰρ οἶνον ἐπισπείσωσι κατὰ τῶν κεφαλέων, ἀποσφάζουσι τοὺς ἀνθρώπους ἐς ἄγγος, id eſt, *quoſcunque ex hoſtibus vivos ceperint, ſingulos e centum hominibus deligunt, quos non eodem modo, quo pecudes mactant, ſed longe diverſo. ubi enim vinum in capita effuderunt, homines in quoddam vas jugulant, ſanguinem eorum colligentes.* Nec Germani ſolum ferales hoſce ritus, victimasque nefandas in ſacrificia offerebant, aut exercebant, ſed & reliquæ gentes. Pelasgi enim cum aliquando peſte afficerentur, voverunt optima, quæ naſcerentur ſe DIIS ſuis conſecraturos: mox facti voti compotes non reddiderunt, quod promiſerunt, precioſis retentis, ut Dion. Halicarn. l. 1. ſcribit;

bit: *εἰσηγησάμενον δέ τινος γνώμην, τὸν θεὸν ἐπέρεσθαι, εἰ αὐτῷ φίλον ἀνθρώπων δεκάτας ἀπολαμβάνειν, πέμπουσι τὸ δεύτερον θεοπρόπους· καὶ ὁ θεὸς ἀνεῖλεν οὕτω ποιεῖν*, id eſt, *ſententiam ferente quodam Deum eſſe interrogandum, an ſibi gratum eſſet hominum decumas perſolvi, rurſus ſciſcitatum mittunt; quibus reſpondit oraculum ita eſſe faciendum.* Lactant. l. I. c. XXI. Div. Inſtit. refert Carthaginenſes * Saturno humanas hoſtias ſolitos immolare, & cum victi eſſent ab Agathocle Rege Siculorum, iratum ſibi Deum putaviſſe, itaque ut diligentius piaculum ſolverent, ducentos nobilium filios immolaſſe. Quibus filii non erant, ut Plutarch in l. de ſuperſtit. adfert, emebantur ab aliis immolandi. Dionyſ. Halicarn. l. I. *λέγουσι δὲ καὶ τὰς θυσίας ἐπιτελεῖν τῷ Κρόνῳ τοὺς παλαιοὺς, ὥσπερ ἐν Καρχηδόνι, τέως ἡ πόλις διέμεινε, καὶ παρὰ Κελτοῖς εἰς τόδε χρόνου γίνεται, καὶ ἐν ἄλλοις τισὶ τῶν ἑσπερίων ἐθνῶν, ἀνδροφόνους*, id eſt, *fama eſt antiquos Saturno, veluti Carthagine, antequam urbs everteretur, & ut fit apud Celtas hoc etiam tempore, & in aliis nonnullis locis apud Heſperias nationes, ſacra facere ſolitos, in quibus homines cæderentur.* D. Athanaſ. in Orat. adverſus Gentes: *Φοίνικες καὶ Κρῆτες τὸν Κρόνον ἐν ταῖς τεκνοθυσίαις ἐθρήσκευον.* Diod Sic. l. XX. *Saturnum præterea ſibi adverſum eſſe cauſabantur, quod, cum ſuperiori tempore filiorum*

* De ἀνθρωποθυσίᾳ Carthaginenſium conſule *Hug. Grotium* ad Deut XIIX. 10. & *Hendreichium* in Carthagine p. 180-191.

rum præſtantiſſimo huic Deo ſacrificarent, pueros deinde clam emptos & enutritos ad ſacrificium mitterent. Et habita inquiſitione, ſubdititii nonnulli ex immolandis ſunt reperti. His animo perpenſis, cum & hoſtes ante urbem caſtra habere cernerent, religio injicitur, quaſi patritos Deorum honores abrogaſſent. Errata igitur illa, ut absque mora corrigant, ducentos ex præcipua delectos nobilitate pueros ſacrificio publico immolant. Alii etiam criminationibus obnoxii, non pauciores trecentis ſponte ſe offerunt. Iuſtin. l. XVIII. hiſt. *quippe homines, ut victimas immolabant, & impuberes (quæ ætas etiam hoſtium miſericordiam provocat) aris admovebant: pacem ſanguine eorum expoſcentes pro quorum vita Dî rogari maxime ſolent.* Vide plura de his apud Euſeb. de præp. Evang. l. IV. Cyrill. adverſ. Iulian. l. IV. Minut. Felic. alios. Horrendi autem illius ſacrificii originem, ſi inveſtigamus, ab Abrahamo deducendam eſſe manifeſtum erit. Tradidit enim Porphyrius (ut Euſeb. l. I. & IX. de præpar. Evang. ſcribit) Saturnum, quem Phœnices Iſraël nuncupabant, ut ex Iuſtino l. XXXVI. patet, Regem Phœniciæ vetuſtiſſimum, ut regnum ſuum ab imminente ſummo belli periculo liberaret, ſuperosque propitios haberet, unicum (μȣνογενῆ) quem ex Anobreta ſuſceperat filium regio ornatu ac faſtu conſtructam ſuper aram immolaſſe. Quo exemplo nefaria poſteritas non rite intellecto uſa eſt. Quis enim Μȣνογενὴς iſte, niſi Iſaac, quem Porphyrius & Philo Byblius Ieoud dicunt. & Gen. c. XXII. v. 2. Iſaac vocatur בנך את־יחידך, id eſt, filius tuus unicus tuus. Sane

ne Iehud facile in Ieoud tranſire poterit. Ac Alexander Polyh. ſacrificium illud Abrahami ampliſſime deſcribit, & quos ex Chetura liberos ſuſtulit. Et Melo contra Iudæos; Abrahamum duas uxores habuiſſe narrat: ex una & ea quidem Ægyptia XII. liberos ſuſcepiſſe, inter quos diviſa Arabia; quæ ipſius tempore duodecim Regibus parebat. Ex altera & quidem Chaldæa, unicum nomine Iſaac. Hecatæus etiam Abderita, diu in Iudæa verſatus, librum de vita Abrahami conſcripſit. Said tamen Aben Batrich Seruchi ævo nefandum hunc ritum ortum fuiſſe tradit: Dæmonii ſcilicet ventriloqui, ſeu ex demortui parentis, qui ut numen colebatur, imaginis ſacræ ventre, (id eſt, من حوف الصم ex idoli ventre, uti ejus verba ſunt) loquentis juſſu. Atque exinde, addit, cœperunt homines فبحون بنيهم للشياطين *immolare filios ſuos Dæmonibus.* Sed & apud Græcos ſimilis erat mos Genius enim placabatur virgine cæſa, ut Pauſanias in Eliacis refert: Quo tempore unus ex Vlyſſis ſociis a Temeſſenſibus cæſus fuit, illos juſſos fuiſſe per aſſiduas patriæ calamitates unam ex Virginibus, quæ eſſet formoſiſſima, vovere quotannis manibus ejus ſocii Vlyſſis. Sed & apud Arcadas, ut Hecatæus Mileſ. l II. Genealog. ſcribit: *οἱ πάντες ἀσεβείᾳ καὶ ὑπερηφανίᾳ ἐνίκων. ὁ δὲ ζεὺς χερνήτῃ εἰκασθεὶς παραγίνεται αὐτοῖς ὃν αὐτοὶ καλέσαντες ἐπὶ ξένια ἕνα τῶν ἐγχωρίων παιδαρίων σφάττουσι, καὶ τὰ σπλάγχνα συμμίξαντες, παρέθεντο*

τῇ

τῇ τραπέζῃ, id eſt, *Omnium igitur horum admirabilis erat improbitas, & temeritas: ſiquidem vel Iovi in pauperem operarium verſo, quem ipſi in hoſpitium invitaverant, dicuntur unum ex indigenis infantibus jugulaſſe, & ejus inteſtina Iovi cum aliis commiſta epulanda in menſa appoſuiſſe* Et notum eſt Dianæ ſacrificium in Aulide, quod Deorum juſſu factum. Maro l. II. Æn.

Suſpenſi Eurypylum ſcitatum oracula Phœbi
Mittimus, iſque adytis hæc triſtia dicta reportat:
Sanguine placaſtis ventos, & virgine cæſa,
Cumprimum Iliacas Danai veniſtis ad oras.

Lucret. l. I.

Religio peperit ſceleroſa atque impia facta,
Aulide quo pacto Triviai virginis aram
Iphianaſſai turparunt ſanguine fœde.

Phanodemus tamen in reb. Attic. ſcribit: Iphigeniam non immolatam fuiſſe, ſed Dianæ miſericordia in urſam verſam. Nugæ. Diana autem Taurica placabatur etiam cæſo hoſpite, ut Euripid. in Iphig. Taur. ſcribit:

Τὰ τῆς θεοῦ δὲ μέμφομαι σοφίσματα,
Ἥτις βροτῶν μὲν ἤν τις ἅψηται φόνου,
Ἢ καὶ λοχείας, ἢ νεκροῦ θίγῃ χεροῖν.
Βωμῶν ἀπείργει μυσαρὸν ὡς ἡγουμένον,
Αὐτὴ δὲ θυσίαις ἥδεται βροτοκτόνοις.

Deæ vero non probo ſententiam,
Quæ ſi quis mortalium ſe polluerit cæde,
Vel adulterio, vel mortuum attingendo,
Ab aris ſuis ceu profanum arcet,
Ipſa vero ſacrificio gaudet caſi hominis,

Romanos tamen ab hoc ferali ritu puros fuiſſe, Plin. l. XXX. c. I. innuit: *non ſatis æſtimari poteſt, quantum Romanis debeatur, qui ſuſtulere monſtra, in quibus hominem occidere religioſiſſimum erat; mundo vero etiam ſaluberrimum.* Sed fabulæ hæ. Quippe Saturno cæſæ ſunt humanæ hoſtiæ, ut verſus hic oraculi innuit:

Καὶ κεφαλὰς Κρονίδῃ, καὶ τῷ πατρὶ πέμπετε φῶτα.

Et capita Saturnio, & Patri mittere capita.

Tertullian. in Apolog. c. IX. *Ecce in illa religioſiſſima Æneadarum urbe piorum eſt Iupiter quidam, quem ludis ſuis humano proluunt ſanguine.* Lactant. l. I. c. XXI. *feralis hic ritus ſimiliter diu apud Italos ſtetit, qui Latialem Iovem & Saturnum humana placabant hoſtia.* Tertullian. in Apolog. c. IX. *Cum propriis filiis Saturnus non pepercit, extraneis utique non parcendo perſeverabat, quos quidem ipſi parentes ſui offerebant, & libenter exponebant: & infantibus plaudebatur; ne lacrumantes immolarentur: & tamen multum homicidio parricidium differt.* Quintilian. declam. CCCXXIV. *in peſtilentia reſponſum eſt, virginem immolandam; ſorte ductam pater virginem negavit, magiſtratus immolavit, non finiebatur peſtilentia, iterum ſortiti ſunt, altera immolata*

lata eſt. Nec mirum hos ritus in ſacris fuiſſe: quippe Dî illorum & parricidæ, & adulteri, & homicidæ, & fœdifragi & pejores quidem peſſimis hominibus, ut paſſim ex Veterum Hiſtoricorum etiam ſcriptis cognoſcitur. Idcirco & crudeliſſima facta perpetrabant, Deorum facinoribus allecti, ut ſtupro eos & ſanguine propitios redderent. Cujus crudelitatis non leviſſima nota eſt in lege quadam XII. tabularum, qua debitor, qui ſolvendo non erat, vivus a creditoribus dividebatur, & quisque partem ſibi ex diviſo vendicabat: ut A. Gellius l. XX. c. I. ſcribit: *Æris confeſſi, rebusque jure judicatis* XXX. *dies juſti ſunto, poſt deinde manus injectio eſto, in jus ducito, ni judicatum fecit, aut qui pſeudo eo jure vim dicit, ſecum ducito, vincito aut nervo, aut compedibus* XV. *pondo, ne minore, aut ſi volet majore vincito: ſi volet, ſuo vivito, ni ſuo vivit, qui eum vinctum habebit, libras farris indies dato, ſi volet plus dato: In vinculis LX. dies habeto; Inter eos dies trinis nundinis continuis ad prætorem in comitium producito, quantæque pecuniæ judicatus erit, prædicato. Tertiis autem nundinis* (ſi interea pactus non ſit) *capitis pœnas dato, aut trans Tyberim peregre venum ito, & ſi plures forent, quis reus eſſet judicatus, tertiis nundinis partes ſecanto, ſi plus minusve ſecuerunt, ſine fraude eſto.* Et in ſpectaculis, in circo, in theatris paſſim homines a feris lacerabantur in honorem Dei illius, cui ludi dicati erant. Graviter Salvianus l. VI. reprehendit, & taxat perditos hos mores. „ In ſpectaculis, *inquit*, primum deliciarum genus eſt mori homines, impleri ferarum alvos humanis carnibus,

cum circumſtantium voluptate, & conſpicientium lætitia. Atque ut hoc fiat, orbis impendium eſt. Adeuntur loca abdita, luſtrantur invii ſaltus, peragrantur ſylvæ inexplicabiles: & ut devorari poſſint homines, non licet naturam rerum aliquid habere ſecretum. *Tertullian. cap. IX. in Apologet.* Nobis vero ſemel homicidio interdicto, etiam utero conceptum, dum adhuc ſanguis in hominem diſtillatur, diſſolvere non licet. Hodie iſtic Bellonæ ſacratus ſanguis de femore proſciſſo in palmulam exercitus ſui datur anteſignanis. Item illis qui munera in arena noxiorum jugulatorum ſanguinem recentem de jugulo decurrentem, exceptum avide ſibi comitiali morbo medentes hauſerunt. Vbi ſunt item illi, qui de arena ferinis obſoniis cœnant? qui de apro, qui de cervo petunt? Aper ille, quem cruentavit, colluctando depreſſit, cervus ille in gladiatoris ſanguine jactavit: ipſorum urſorum alvei appetuntur, cruditantes adhuc de viſceribus humanis. Ructatur proinde ab homine caro paſta de homine. Hæc qui editis, quantum abeſtis a conviviis Chriſtianorum? minus autem & illi faciunt, qui libidine fera humanis membris inhiant; quia vivos vorant? minus humano ſanguine ad ſpurcitiem conſecrantur, quia futurorum ſanguinem lambunt? non edunt infantes plane, ſed magis puberes. Erubeſcat error veſter Chriſtianis, qui ne animalium quidem ſanguinem in epulis eſculentis habemus, qui propterea quoque ſuffocatis abſtinemus & morticinis, ne quomodo ſanguine contaminemur, vel intra viſcera ſepulto. Denique inter tentamenta Chriſtianorum botu-

botulos etiam cruore diſtentos admovetis, certiſſimi ſcilicet, illicitum eſſe penes eos, per quod exorbitare nos vultis. *De hoc vid. Actor. cap. XV. 1. Corinth. cap. VI. Dan. cap. I. Hieronym. adv. Iovinian lib. II. Nomades & Troglodytæ, & Scythæ, & Hunnarum nova feritas, ſemicrudis veſcuntur carnibus. Porro Ichthyophagi gens errans in littore maris rubri, ſuper Petras Solis calore ferventes, aſſant piſces, & hoc ſolo alimento victitant. Sarmatæ, Quadi, Vandali, & innumerabiles aliæ gentes equorum * & vulpium carnibus delectantur. Quid loquar de cæteris nationibus, cum ipſe adoleſcentulus in Gallia viderim Scotos, gentem Britannicam humanis veſci carnibus, & cum per ſylvas porcorum greges & armentorum, pecudumque reperiant, paſtorum nates, & fœminarum papillas ſolere abſcindere, & has ſolas ciborum delicias arbitrari.* Petronius Arbiter in Satyr ſcite ſuorum popularium impietatem taxat:

Quæritur in ſylvis Mauri fera, & ultimus Ammon
Afrorum excutitur, ne deſit bellua dente
Ad mortes precioſa ſuas; premit advena claſſes
Tigris, & aurata gradiens vectatur in aula,
Vt bibat humanum populo gaudente cruorem:

* Carnis equinæ uſus olim in deliciis fuit habitus, uti ex antiquis Scriptoribus probat Cel. *Keyslerus* in Antiq. Sel. Sept. & Celt. p. 332. ſq.

Heu pudet effari, perituraque prodere fata.
Priſci autem Germani hoſtium etiam capita condebant odoribus, ut Strabo l. IV. refert; eaque peregrinis oſtendebant, nec tantidem auri redimi dignabantur. Et prælio decedentes cervicibus equorum hoſtium capita ſuſpendunt; eaque domum delata, ut ſint ſpectaculo, poſtibus affigunt. Herodot. in Melpom. *Sunt quoque nonnulli Scytharum* (hi nempe Germani) *qui coria hæc humana, tanquam brutorum conſuant, quibus pro amiculis utantur. Multi etiam cæſorum hoſtium manus dextras cum unguibus excoriant, iisque opercula pharetrarum integunt. Eſt autem inter omnia coria humanum fere & craſſum maxime, & candore ſplendidum. Multi etiam totos homines excoriatos, & ſuper ligna extentos ſuper equos circumferunt.* Diod. Sic. lib. V. Bibl. *Truncata hoſtium capita equorum collis ſuſpendunt, ſpolia hoſtium ſanguine polluta famulis velut in triumpho præferenda tradunt; ipſique victorialem hymnum orantes decantant. Et has manubiarum primitas quaſi non ſecus atque feras a ſe trucidatas, veſtibulis domorum affigunt. Nobiliſſimorum capita hoſtium cedrino peruncta diligenter in arcis ſervant & hoſpitibus oſtentantes, gloriantur quod majorum aliquis, vel parens ſuus, vel etiam ipſe, magnam licet pecuniæ vim pro hoc capite mutare noluerint; ut barbaram hoc pacto animi magnitudinem oſtendant.* Tac. l. 1. Ann. *adjacebant fragmina telorum, equorumque artus, ſimul truncis arborum antefixa ora.* S. Ruf. Feſtus in Breviar. *multa de ſævitia Scordi-*

ſcorum fabuloſa memorantur, quod hoſtias captivorum DIIS *ſuis aliquando libaverint, atque ſanguinem humanum in oſſibus capitum potare ſint ſoliti.* Mos etiam hic feralis apud Orientales invaluerat. Sic enim Elias in Thisbi refert ex Capitul. R. Eleazaris: *Mactabant hominem primogenitum, cujus caput torquendo præſcindebant, vel ungue ſecabant; Caput vero abſciſſum ſale & aromatibus condiebant, ſcribebantque ſuper laminam auream, nomen ſpiritus immundi, qua ſuppoſita capiti ejus, ponebant illud in pariete, incendentes coram eo candelas, & adorantes coram eo. Atque cum iſtiusmodi loquutus fuit Laban. Labanis autem* DII *vocabantur* תרפים * Gen. XXXI. v. 9. Sic enim inquit ille: *cur furatus es Deos meos?* Quidam tamen putant, non fuiſſe caput humanum, ſed ſtatuam humana forma factam ab Aſtrologis, ut cæleſtis influentiæ capax futura prædiceret, ut R. D. Kimchi, & R. Abeneſra, notant. R. M. Ben-Maimon in More Nebochim l. III. c. XXX. ſic ait: *& ædificaverunt palatia, & poſuerunt in eis imagines, & dixerunt, quod ſplendor potentiorum ſtellarum diffundebatur ſuper illas imagines, & loquebantur cum hominibus, & annunciabant eis utilia.* Loquutas enim fuiſſe Zachar. X. v. 2. ſcribit: *Teraphim locuta ſunt vanitatem, & divini viderunt mendacium.* Modum vero conficiendi τὰ Teraphim tradit author Carpi,

* De Teraphim varias variorum obſervationes collegit Cl. *Petr. Zornius* in Biblioth. Antiq. & Exeget. T. I. p. 138-154.

quod vulgus Ptolomæi centiloquium vocant. c. IX. τὰ ἐν τῇ γενέσεως καὶ φθορᾷ εἴδη πάσχει ὑπὸ τῶν οὐρανίων εἰδῶν. διὰ τοῦτο χρῶνται τούτοις οἱ στοιχειωματικοὶ τὰς ἐπεμβάσεις τῶν ἀστέρων σκοποῦντες ἐπ' αὐτά, id eſt, *vultus hujus ſeculi ſunt ſubjecti vultibus cæleſtibus, & ideo Sapientes, qui Imagines faciebant Stellarum, introitus in cæleſtes vultus inſpiciebant, & tunc operabantur quod debebant.* Arabs Haly Abra Rodoan ad hunc locum ſic ſcribit: „In hoc Capitulo vult Ptolemæus multa Imaginum „ſecreta patefacere, & vultus, quos in hoc ſeculo „eſſe dixit, ſunt ſpecies Animalium, & ſpecies Plan„tarum; & ideo dicit, quod omnibus iſtis ſpeciebus „dominantur ſibi vultus|conſimiles|in Cœlo manen„tes. Verbi gratia: Scorpio cæleſtis terrenis Scor„pionibus dominatur, & cæleſtis ſerpens terrenis „Serpentibus, & Sapientes Imagium inſpiciebant „quando Planeta ſub radiis Solis egrediebatur, & „ingrediebatur hos vultus, eumque in Aſcendente „ponebant; & vultum, quem intrabat, ſculpebant „in lapide, & miſcebant cum eo alia ad hæc neceſſa„ria, faciebantque cum eo ex aptatione vel deſtru„ctione quod volebant, & vis illa in lapide multis „temporibus durabat.“ Refer hic ſtatuas illas argenteas adverſus Barbarorum incurſus in confiniis Thraciæ & Illyrii poſitas, & ſub Conſtantio Imp. repertas, quorum mentionem facit Olympiodorus apud Phot. Cod. LXXX. Nec Memnonis ſtatua alia erat, cujus mentionem facit Lucian. in Pſeudo Phil. Statua illius nempe, quæ fuit in templo Serapidis in Ægyptiis Thebis erecta ſponte ſua,

cum

cum radiis Solis tangeretur, ſuavem ſonum emitte-bat, atque neſcio quid lacrymabile ſub Solis occaſum, cum matris adventu lætari, triſtari, diſceſſu putaretur. Tac. l. II. Annal. Memnonis ſaxea effigies, ubi radii Solis icta eſt, vocalem ſonum reddens. Strabo l. XVII. *Se Thebas*, ſcribit, *aliquando in Ægyptum contendiſſe, ubi duo altisſimi erant colosſi ex integris lapidibus inter ſe propinqui, quorum alterius ſuperiores partes jam corruerant ob terræ motum: hujus pars illa quæ reliqua erat ſuper baſe, circiter horam primam, ut inquit, ſonum emiſit haudquaquam magnum ingenti præſente multitudine.* Sic *enim erat artificioſe in ipſa baſe inciſa.* Zezes Chil. VI. hiſt. XLIX. *Cippum* ait *vocatum fuiſſe Memnonem, ab Ægyptiis, & columnam rubri varii lapidis fuiſſe, quæ ſonum illum emitteret: lætum quidem per diem, quia lætaretur matris præſentia, at lugubrem per noctem, quia doleret illius diſceſſu.* Conſule etiam Suidam in Memnone, qui pluribus hæc tangit. Harum ſtatuarum etiam meminit Hermes Triſmegiſtus in Aſclepio: *Ita Humanitas ſemper memor humanæ naturæ & originis ſuæ in illa Divinitatis imitatione perſeverat, ut ſicut pater ac Dominus ut ſui ſimiles eſſent, Deos fecit æternos; ita Humanitas Deos ſuos ex ſui vultus ſimilitudine figuraret.* Statuas dicis ô Triſmegiſte? Statuas ô Aſclepi, videsne quatenus tu ipſe diffidas? Statuas animatas ſenſu, & ſpiritu plenas, tantaque facientes & talia. Statuas futurorum præſcias, ea quæ forte omnis Vates ignoret, in multis & variis rebus prædicentes, imbecillitates hominibus facientes, easque curan-

rantes, triſtitiam lætitiamque pro meritis. Pontifex etiam M. Sylveſter II. alio nomine Gerebertus dictus, Epiſcopus primum Rhemenſis, deinde Ravenn. Archiepiſcopus, & poſtea P. M. a Saracenis Magiam edoctus, ſtatuæ caput ſibi conflavit, quod oracula ederet. G. Malmesburienſ. de Geſtis R. Anglor. lib. XII. cap. X. de Gereberto fama diſperſit, fudiſſe ſibi ſtatuæ caput, certa inſpectione ſyderum; cum videlicet omnes Planetæ exordia curſus ſui meditarentur, quod non niſi interrogatum loqueretur, ſed Verum vel affirmative vel negative pronunciaret. Verbi gratia, cum diceret Gerebertus, ero Apoſtolicus? reſponderet ſtatua: *Etiam*. Moriar antequam cantem miſſam in Jeruſalem? non. Deceptus tamen fuit ambiguitate reſponſi. Reſponderat enim effigies, ut ſi caveret Hieruſalem, diu ſe victurum. Imprudens Sylveſter ſtatuit Hieroſolyma urbem Judææ non adire, ſed cum in æde ſanctæ crucis dicta in Hieruſalem, quarto demum poſt anno rem divinam faceret, oraculi ſtatim memor, fato moriturum ſe cognovit. Hæc Polydor. Virgil. l. V. c. VIII. Ex luto etiam ejusmodi quid Oxoniæ factum refert Cl. Seldenus in Synt. cap. II. de DIIS Syris, & quædam, quæ etiamnum memorantur, fuiſſe loquutum ſub *Richardo* II. tradunt. Et Joannes Govveris Poëta Cl. in Confeſſione Amantis Robertum Lincolnienſem antiſtitem ſub Henrico III. Magicum opus ſimile aggreſſum, haud accurate ſatis momento temporis obſervato, fruſtra fuiſſe, ſcriptum reliquit. Hieron. Cardan. l. XIX. de ſubtil. capitis etiam cujus-

dam

dam meminit, cujus formam & ritum myſticum pluribus tradit. Quoties veneficus ille rem non divinam, ſed diabolicam facturus eſſet, depromebatur profanis manibus cæleſte myſterium, atque e ſtramentis erutum nudatumque exponebatur. Filia puella, neque dum virum paſſa, enſem nudum manu ſublata tenebat, quod id muneris, niſi a virgine obiri rite non poſſet, mucronem in ſacrum illud corpus intentans, ſcilicet minitanti ſimilis. Tum caput quoddam proferebatur, ex neſcio qua materia, triplici facie cælatum; nempe monadem illam triformem, & triadem uniformem repræſentans. Id novies reducto ambitu cingebatur. In hoc mille figuræ Thau, inauditis angelorum nominibus inſcriptæ: poſtea totidem ambitus cacodæmonum horrendis vocabulis diſtincti. His ita compoſitis maleficus antiſtes explicitis libris, execratur illis precibus, Hecate dictante, primum adorandam triadem & angelorum quamplurimos ſuo quosque choro: deinde cacodæmonum ſexcenta nomina citat; neque finis donec dæmon ille præſto ſit, præſensque vocanti reſpondeat. Hactenus ille. Sed ad mactationem illam hominum redimus. Erat autem hæc etiam apud alias gentes uſitatisſima, ut ex infinitis S. Scripturæ locis apparet, & præſertim II. Reg. c. III. v. 27. ויקח את־בנו הבכור אשר־ימלך תחתיו ויעלהו עלה על־החמה ויהי־קצף גדול על־ישראל ויסעו מעליו וישבו לארץ: *Sed cepit filium ejus primogenitum, qui regnaturus erat pro eo, & obtulit holocauſtum ſuper murum ipſum: unde*

unde exſtitit fervor magnus contra Iſraëlitas : quare profecti ab eo reverſi ſunt in regionem ſuam. Ex hoc apparet apud Orientales etiam evocandi ritum in uſu fuiſſe : namque Moabitarum Rex in ſummis anguſtiis regni ſui conſtitutus filium immolat, adductus religione, neſcio qua, ut evocaret Deos hoſtium tutelares Conſtat enim, ut Macrob. lib. III. Saturn. cap. IX. refert, omnes urbes in alicujus Dei eſſe tutela, moremque Romanorum arcanum & multis ignotum fuiſſe, ut cum obſiderent urbem hoſtium, eamque jam capi poſſe confiderent, certo carmine evocarent * tutelares Deos: ** quod aut aliter urbem capi poſſe non crederent: aut etiam ſi poſſet, nefas exiſtimarent Deos habere captivos. Carmen autem evocatorium idem tradit eodem capite; quod vide. Et Decius Mus Coſ. ſe pro Romanis legionibus devovit, ut Livius l. VIII. refert: Con-

* De evocatione Deorum ejusque ritu lege *Ant. Borremanſium* Veſper. Gorinchem. p. 51. ſeq. *Jo. Lomeierum* de Luſtrat. Cap. IV. p. 35. & 39. ſeq. *Andream Cirinum* Libro de Veteri Roma Cap. IV. T. II. Theſaur. *Sallengr.* p. 54. ſeqq. & *Jo. Gu. Bergerum* Diſſ. II. de Evocatione Deorum ex oppidis obſeſſis. Vitemb. 1714. & 1715. 4.

** De Diis Tutelaribus Veterum Gentium vid. Diſſert. erudita *Jo. Georg. Neuſchleri*, quæ prodiit Lugd. Bat. 1719. 4. Eorum ſimulacra ante urbem in portis ſæpe olim locata fuiſſe ex veteribus conſtat. Confer *Æſchylum* in Septem contra Thebas v. 170. & *Lycophronem* v. 356. ibique *Meurſium* & *Potterum*, tum vero *Ezech. Spanhemium ad Callimachi* hymnum in Pallad. p. 591. nec non *Elsnerum* Obſ. S. p. 425 Sinenſes hodieque ſimulacrum Deum imponere iis, teſtis *Gonzalus Mendoza* de Sinenſium moribus l. II. c. II.

Conſpectus jam devotus DIIS Manibus, ab utraque acie aliquanto auguſtior humano viſu, ſicut cœlo miſſus, piaculum omnis Deorum iræ, qui peſtem a ſuis averſam in hoſtes ferret. Ita omnis terror, pavorque cum illo latus, ſigna primo Latinorum turbavit: deinde in totam penitus aciem pervaſit. Evidentiſſimum id fuit, quod quacunque equo invectus eſt, ibi haud ſecus quam peſtifero ſidere icti pavebant, ubi vero corruit obrutus telis, inde jam haud dubie conſternatæ cohortes Latinorum, fugam ac vaſtitatem late fecerunt. Ejus etiam filius ſimili fato periit, & devotione ſua Romanis victoriam perit, ut idem l. X. V. C. refert. Cæterum hujus ſententiæ authores vide Flor. lib. I. c. XIV. Plin. l. XXII. c. V. Plut. in Dec. Valer. Max. l. I. c. VII. & l. V. c. VI. Auguſtin. l. III. c. XVIII. Sabell. l. IV. En. IV. & l. IV. En. 1. Hinc in ſacris legitur, magnum fervorem contra Iſraëlitas exſtitiſſe, qui furor unde fuerit, non expreſſus eſt in S. Codice. Forſitan & ipſi Iſraëlitæ offenſi iſta abominatione timuerunt, ne Deus in ipſos quoque iraſceretur. Vel quod Edomitæ auxiliares rebellarunt, & ex indignatione, ut Tremellico-Juniana annotata volunt, a caſtris diſceſſerunt. Rediens enim ex impreſſione Rex Moabitarum filium Regis Edomæorum captivum ſecum abduxit in oppidum, qua ex forte ſequutum eſt, ut Rex Edomæorum obſidionem deſeruerit ſtudio liberandi filii, & contra Regem Iſraëlitarum ira exarſerit, pertinacius in obſidione contendentem. Proinde Iſraëlitæ de capienda urbe deſperantes ab imperato anathemate perficiendo deſtiterunt diffidentia. Et hoc videtur

Amos

Amos c. II. v. 1. annuere; ubi dicit: Jovam punitum Moabum, eo quod combuſſerit oſſa Regis Edomæorum, ut calcem. Eo enim ſeſe in odio Iſraelitarum confirmaverat, ut non tantum in Iſraëlitas ipſos, ſed in auxiliatores quoque atrociſſime ſæviret. Quemadmodum vel hoc unum exemplum oſtendit, quod Rex Moabitarum, Kir-Chareſchetæ a tribus Regibus obſeſſus eruptionem tentavit, & capiens filium Regis Edomæorum primogenitum, qui regnaturus erat pro eo, effecit ut frangeretur animus Edomæi, conſtitutaque obſidio ſolveretur: qua ſoluta non tamen deſtitit Moabita in Iſraëlem, & auxiliares ſævire, ſed filium Edomæi captivum in holocauſtum obtulit: unde fervor magnus Edomæo, & ſemen defectionis paulo poſt ſequutæ enatum eſt, 2 Reg. c. III. v. 24. Hæc Tremellico-Juniana annotata ad hunc locum. Sed quid de Jephthæ voto * dicendum, qui victoria elatus vovit Jehovæ votum de omni, quod primum egrederetur ex domo ſua obviam ipſi. Sic autem vovet Jud. c. XI. v. 31. והיה היוצא אשר יצא מדלתי ביתי לקראתי בשובי בשלום מבני עמון והיה ליהוה והעליתיהו עולה: *utique erit quodcunque egredietur foribus meis domus meæ ob-*

* De Voto Jepthæ vide Interpretes ad Judic. XI. 31. *Jo. Jac. Schudtium*, in libro, qui recenſetur in Act. Erudit. A. 1702. p. 30. ſeq. *Petr. Jurieuum* in Hiſt. Critica. p. 376. ſeq. *Eduard. Pocockium* in miſcellan. ſacr. p. 415. ſeq. *Nat. Alexandrum* Hiſt. Eccl. V. T. ætate mundi IV. differt. XIX. p. 55. ſeqq. & *Sebaſt. Schmidium* in faſciculo diſſ. p. 587. ſeq.

obviam mihi, quando revertar cum pace ab Hammonitis, erit inquam Jehovæ, aut offeram illud in holocauſtum. Votum hoc bipartitum eſt: prior pars hæc eſt: quodcunque egreſſum fuerit de domo mea, erit Domini: altera pars: aut offeram illud in holocauſtum. Conjunctio enim ו hic non copulativa eſt, ſed disjunctiva, ut Gen. XXVI. v. 11. Exod. I. v. 10. & XXI. v. 15. Senſus itaque Jephthæ fuit, aut immolabitur Domino holocauſtum, ſi ejus generis erit, ut immolari poſſit; aut ſi non offerri licebit, erit alioquin Deo conſecratum. Et Andreas Oſiander in d. l. putat Jephtham diſtinctive voviſſe, ut quicquid prius egrederetur domo ipſius, aut ſervitio cultus divini deputaretur, aut ſi idoneam ſacrificii materiam præberet, immolaretur. Vide & Tremellio - Juniana annotata ad Biblia. Quod vero ſcribitur v. 39. ויהי מקץ שנים חדשים ותשב אל־אביה ויעש לה את־נדרו אשר נדר׃ *fuit vero exactis duobus menſibus, quum reverſa eſſet ad patrem ſuum, ut exſequeretur in ea votum ſuum, quod voverat.* Longe aliter autem vota hæc intelligenda, non quod ſacrificaverit, ſed quod Deo dicaverit: priorem enim partem voti implevit. Nam quod de ἀνθρωποθυσία quidam interpretentur, nec ea delectatur Deus, nec ſivit Jephthæ fides. Deus enim prohibet eam, & damnat lege, Deut. XII. v. 31 ideoque primogenitos redimi mandavit, & tantum abeſt, ut vel peccatoris mortem deſideret, ut contra dederit filium ſuum pro peccatoribus moriturum. Si enim ſacrificium Iſaaci, quod impetraverat, recuſavit,

quanto minus votivum fuiſſet accepturus? Nulla etiam ſacrificia procurabantur, niſi a Levitis, & quidem Sacerdotibus, qui Jehovæ victimas in ara illa ænea offerebant. Et Jephtha haud dubie ſciſcitatus eſt de hac difficili cauſa ſummum ſacerdotem, qui ipſi nequaquam conceſſit, ut victimam minime gratam Deo offerret. Et Jephthæ affuit Spiritus Jehovæ, ut v. 29. legitur: ותהי על־יפתח רוח יהוה qui ſi bonus, & Deus, ipſe nequaquam malum operans, non illud voviſſet, a lege Dei remotiſſimum, & maxime piaculare. In Epiſtola etiam ad Hebræos fides ipſius c. XI. v. 32. tantopere prædicatur ab Apoſtolo, ut etiam inter Deo chariſſimos viros numeretur: quod neutiquam factum, ſi tam nefario cultu aram illam Deo T.O.M. dicatam polluiſſet. Sed cœlebs manſit Virgo, filia ejus, ut idem textus innuit: והיא לא־ידעה איש *& ipſa non novit virum.* Non enim redemit æſtimatione pecuniæ ſecundum legem, quæ habetur Levit. ult. v. IV. ſed reliquit conſecratam Domino: ideo non paſſus eſt illam nubere, ne alterius quam Jehovæ eſſe videretur: quod ex legis ignoratione (ut corrupta erant tempora) profectum eſt. Dicit enim v. 37. ſe non poſſe repetere: & puella patri fidem habens, virginitatem ſuam deflet. Sic enim Chytræus ſuper hunc locum: *Sentiunt aliqui, Jephtham non interfeciſſe filiam, ſed cælibem Deo conſecraſſe, ut virgo ſine marito & liberis ſeorſim ab aliorum hominum & æqualium conſortio recluſa vitam finiret. Circumiens enim filia Jephthæ in montibus non amiſſionem vitæ ſeu mortem ſuam, ſed virgini-*

ginitatem perpetuam, quod abſque marito & liberis victura eſſet, deplorat. Sicut Hannam matrem Samuelis ſterilitatem ſuam, quod nullos Dei cultores procrearet lacrumis defleviſſe legimus. Albertus M. de muliere forti. c. Roſ. 20. §. 1. lit. B. dicit, filias naturæ quæ animum & voluntatem ad propagationem naturæ ponunt, hoc optimum arbitrantes jucundari ſcilicet in filiis & marito; ſignificari per filiam Jephthæ, quæ duobus menſibus ſuam virginitatem flevit in montibus, eo quod ſemen ſuper terram non relinqueret. Expaveſcebat autem ſe virginem morituram, & a patre deflendi virginitatem tempus tantum duorum menſium poſtulavit. Maledictionem etiam ſterilitatis metuebat, Exod. XXIII. Si enim mactata fuiſſet, non planxiſſet ſuper virginitate ſua, ſed ſuper anima ſua. Nec in hiſtoria dicitur, Jephtham filiam in holocauſtum mactaſſe, ſed tantum feciſſe ei, ſicut voverat: ſc. ut virum non cognoſceret; ſed perpetuam virginitatem ſervaret. Et v. ult. dicitur filias Iſraëlitarum veniſſe quotannis confabulandum cum filia Jephtha: מימים ומימה תלכנה בנות ישראל לתבות לבת לפתח: *de anno in annum ibant filiæ Iſraëlitarum ad confabulandum cum filia Jephthachi.* Vbi τὸ לתנות ad confabulandum, a R. D. Kimchi redditur: *ut ſcilicet amicis colloquiis eam de virginitate & ſtatu vitæ ſolitario conſolarentur:* deſcendens a rad. תנה mercede conduxit. Chaldæus vero & R. Sal. Jarchi, ad lamentandum explicant; nempe ſuper virginitate ejus, ut R. D. Kimchi eos interpretatur. Quod vero ſcribunt quidam Naza-

ræos * non fuiſſe in gente Dei, qui conjugio abſtinerent, neſcio ſane quo argumento probent. Id ſane certum eſt, Eſſæos apud Judæos, non duxiſſe uxores, ut Joſephus l. II. c. XII. τῆς ἁλώσ. & l. XVIII. c. XII. τῆς ἀρχαιολογ. refert. Textus etiam ipſe affirmat, ſic ſonans : והיא לא־ידעה איש ותהי־חק בישראל: *Et ipſa non novit virum, fuitque ritus in Iſraël.* Sic enim verba illa intelligenda. Quod ejus exemplo ante & poſtmodum multæ fuerint factæ Nazaræ: textus enim ibi claudit ſententiam. Quod autem M. Glycas Ann. p. 11. ſcribit: *Quod Judices & Reges poſt magnas res geſtas etiam magnam perpetrarint ſtultitiam, ad evitandam nimiam ſuperbiam*: frivolum ſane hoc eſt, & maxime in Deum injurioſum, eum arguere hujus rei authorem, ac ſi ab ipſo immitteretur peccatum illud, quo in officio Reges vel Judices ſuos contineret.

* De Naſiræis confer *Melch. Leideckerum* de Rep. Hebr. l. XII. p. 665. ſqq. *Leisdenium* in Philologo Hebræomixto. Diſſ. XXII. G. F. *Meinhardi* Diſſert. tres de ritu Naſiræatus Jen. 1676. 4. & *Guſtavi Peringeri* Diſput. ſingularem Upſal. 1683. 8.

CAP.

Cap. XXXII.

Cruor *effuſus excipiebatur. Eo adolebant aras. Holocauſtum hoc DIIS gratum putabant Muſcæ gentium ſacra infeſtabant. Achor Deus, Jupiter Ἀπομυῖος. Θεὸς μυῖα. Muſcæ ſacra veri Dei non infeſtabant. Lacedæmonii puerorum plagis Deam placabant. Sacris præerat Sacerdos fœmina. Certus numerus plagarum. Orientales inter ſacrificandum ſeipſos incidebant. Archigallus. Stigmata Britannorum. Statuæ pelle humana obtectæ. Palladium Trojanum ex oſſibus humanis. Pellis Pherecydis. Minervæ ægis. Dagon Syrorum veſtitus pelle cetacea. Forma ejus. Odacon. Etymon. Mactatis hoſtiis precabantur. Peractis ſacrificiis ludi.*

EFfuſum autem cruorem excipiebant pateris, & eo adolebant aras, ut Tac. l. XIV. Ann. refert: *Nam cruore captivo adolere aras, & hominum fibris conſulere Deos fas habebant Druydæ.* Lucan. l. III. Pharſ.

Omnis & humanis luſtrata cruoribus arbos.

Nec mirum hoc illos feciſſe, cum cæteræ gentes gratum etiam DIIS ſuis illud ſacrificium putarent. Homerus Iliad. 1.

Ἀ'ιλέν τως ἀρνῶν κνίσσης αἰ γῶν τε τελείων.
Βούλεται ἀντιάσας, ἡμῖν ἀπὸ λοιγὸν ἀμῦναι.

Si forte ovium nidorem, caprarumque integrarum,
Aſſequutus velit a nobis peſtem depellere.

Hoſtias autem creberrimæ infeſtabant muſcæ, aſſiduo nidore allectæ. Quo igitur ab harum peſte liberarentur, inſtituere Gentes quædam ſacrificia, quibus abigerentur. De Cyrenaicis memorat Plin. l. X. c. XXVIII. Hiſt. Nat. *Cyrenaici Achorem Deum invocabant, muſcarum multidine peſtilentiam afferente, quæ protinus intereunt, poſtquam litatum eſt illi Deo.* De Palæſtinis Philaſtrius: *Qui muſcam colunt in civitate Accaron dicta.* Ælian. l. XI. de animal. ait: *Muſcis ſacra fieri in Apollinis Actii fano.* Græci Jovem Ἀπόμυιον, * ut Pauſan. in Eliacor. 1. teſtatur, in Olympico certamine placabant. Arcades autem Herculem Μυίαγρον, ut idem in Arcadic. refert, venerabantur; quem Plin. l. XXIX. c. VI. Myoidem vocat. Cui etiam Clemens Alexandrinus in Protrept. aſſentitur: Ἀπομυίῳ Διὶ θύουσιν ἠλεῖοι, Ῥωμαῖοι δὲ Ἀπομυίῳ Ἡρακλεῖ. Flav. Joſeph. τὸν Ἀκκάρων θεὸν Μυῖαν tradit. Veri autem Dei ſacra muſcas nequaquam infeſtaſſe traditur, Pircke Aboth c. V. §. 6. 7. non conſpecta eſt muſca in domo mactationis. Et judicio magni Scaligeri, id quod dicebatur Baalzebahim ** Deus victimarum, immolationum, ſacrificio-

* Vide huc G. *Outhovium* in Judic. Jehovæ Zebaoth. p. 107. ſeq.

** De hoc nomine variorum ſententias lege apud *Bochar-*

ficiorum, joculari vocabulo ſcriptura vocavit Deum muſcæ, quod in templo Hieroſolymitano muſcæ carnes victimarum non liguriebant, quum tamen gentium fana a muſcis infeſtarentur propter nidorem victimarum. Lacedæmonii autem quamvis juſtiſſimi haberentur, ſuperſtitionem hanc effugere non potuerunt. Nam ut ſcribit Pauſan. in Lacon. Orthiæ ſeu Lygodeſiniæ Deæ nuncupatæ, quæ eſſe Dianæ ſtatua putabatur e Tauris eo ab Oreſte & Iphigenia deportata, homines ſorte deſtinatos immolabant: quem poſtea ritum Lycurgus ad puberes tranſtulit, cum a cædibus res incepta eſſet: quam commiſerunt Aſtrabacus, & Alopecus Irbi filii, ubi reperto Dei ſimulacro mente capti ſunt, atque inter ſacra ipſius Deæ reſponſum mox eſt ab oraculo, illam aram humano ſanguine aſpergi debere. Atque cum prius mactandi ſorte ducerentur, deventum eſt tandem ad plagas, ut ita ſanguine nihilominus imbueretur. Plutarchus: *παῖδες παρὰ αὐτοῖς ξαινόμενοι μάστιξι δι' ὅλης τῆς ἡμέρας ἐπὶ τοῦ βωμοῦ Ὀρθίας Ἀρτεμίδος, μέχρι θανάτου πολλάκις διακαρτεροῦσι ἱλαροὶ καὶ γαῦροι. καλεῖται δὲ ἡ ἅμιλλα διαμαστίγωσις*, id eſt, *pueri apud ipſos lacerati*

chartum in Hierozoico P. II. p. 499. ſeq. *Poſſinum* in Spicileg. p. 30. *Cheitomaum* de Vocibus Græco-barbar. N. T. p. 34. ſeq. *Owenum* V. 5. Theologum. *Montacutium* II. Origg. p. 137. ſeq. *Kircherum* T. I. Oedipi p. 271. ſeq. *Voetium* in Diſſert. Sel. Tom. I. p. 906. ſeq. *Lomeierum* de Luſtrat. p. 23. G. *Outhoſium* l. c. p. 102. ſeqq. & Rev. *VVolfium* in Cur. Philolog. p. 184. ſeq.

cerati flagellis per totum diem ad aram Orthiæ Dianæ, usque ad mortem ſæpe perferunt plagas alacres & contumaces; vocatur vero illa dimicatio flagellatio. Philaſtrius l. VI. de Apoll. Thyan. τὸ δὲ μαστίγων ἔθος, τῇ ἀρτεμίδι τῇ ἀπὸ Σκυθῶν δρᾶται, χρησμῶν φασιν ἐξηγουμένων. ταῦτα οὐ σοφοὺς ἔφη τοὺς τῶν ἑλλήνων θεοὺς εἴρηκα, εἰ μαστίγων ἐγίγνοντο ξύμβουλοι τοῖς τὴν ἐλευθερίαν ἀσκοῦσιν. οὐ μαστίγων εἶπεν ἀλλὰ τῷ αἵματι ἀνθρώπων τὸν βωμὸν ῥαίνειν ἐπειδὴ καὶ παρὰ Σκύθαις, τούτων ἠξιοῦντο σοφισάμενοι δὲ οἱ λακεδαιμόνιοι τὸ ἀπαραίτειτον τῆς θύσεως, ἐπὶ τὸν τῆς καρτερίας ἀγῶνα ἥκουσιν, ἀφ᾽ ἧς ἐστι μήτε ἀποθνήσκειν καὶ ἀπάρχεσθαι τῇ θεῷ τοῦ σφῶν αὐτῶν αἵματος, id eſt, *flagellantium mos Dianæ apud Scythas obſervatur, & oraculis quidem, uti dicunt, jubentibus. Cæterum non ſapientes dixit Græcorum Deos, niſi flagellorum fierent compotes, & libertatem exercerent. non flagellorum dixit, ſed ſanguinis humani copia aram aſpergere, quemadmodum & apud Scythas, ſatagunt. Sapientes vero Lacedæmones inexcuſabile ſacrificium ad demonſtrandam fortitudinem in certamine inſtituerunt: ad quam neque mori facile eſt: & nihilominus libamina Deæ eorum ſanguine offeruntur.* Vide Lucian. Icaromenip. Arrian. Diſſ. Epictet. l. I. c. 3. Tertullianus ad Martyr. c. IV. *Nam quæ hodie apud Lacedæmonios ſolemnitas eſt maxima,* διαμαστίγωσις, *ideſt, flagellatio, non latet. In quo ſacro ante aram nobiles adoleſcentes flagellis aſſignantur.* Hinc Petronius in Satyr. *Et ego quidem tres plagas Spartana nobilitate concoxi.* Sen. de Prov.

c. IV.

c.IV. *Num quid tu inviſos Lacedæmoniis liberos ſuos credis, quorum experiuntur indolem publice verberibus admotis? Ipſi illos patres adhortantur, ut ictus flagellorum fortiter perferant, & laceros ac ſemianimes rogant, perſeverent vulnera præbere vulneribus.* Præerat autem ſacris ſacerdos fœmina, * quæ tam diu parvam & levem Deæ ſtatuam ſuſtentabat, dum pueri cæderentur, ut Silenus Chius in fabuloſ. Hiſtor. tradit. At vero ſi illi, quibus datum erat negotium cædendi, miſericordia ducti ob formam aut claritatem Ephæborum, parcius aut lenius hoc facerent, ita fieri grave ſignum dicebatur, ut ſacerdos illud non poſſet ſuſtinere. Certus alias numerus plagarum erat, ut Zonaras tom. III. ſcribit: τοῖς δὲ λοιποῖς ἐκκόψας τὰ ὄμματα, καὶ περιγραπτοὺς ὁρίους συγκλείσας αὐτοὺς ἔνθα κατ' ἐνιαυτὸν πέμπων ἑκατὸν βουνεύρεις ἤκιτεν ἕκαστον, id eſt, *cæteris vero eradicans oculos, & circumſcriptos terminos præfigens ipſos illic ſingulis mittens, centum plagas infligi juſſit.* D. Paul. II. ad Corinth. c. XI. ἐν κόποις περισσοτέρως, ἐν πληγαῖς ὑπερβαλλόντως ὑπὸ Ἰουδαίων πεντάκις τεσσαράκοντα παρὰ

 μίαν

* De ἀρχιερείαις & Sacerdotibus fœminis variarum Dearum apud Græcos Romanosque conſule Clariſſ. *Montfauconum* in Palæographia Græca p. 160. *Anton. van Dalen* ad Antiquit. & Marmora Diſſ. I. p. 97. 142. Diſſ. III. p. 257. & *Caroli Patini* Commentarium ad vetus Monumentum Marcellinæ, ubi & de tribus ordinibus Antiſtitum fœminarum μελλιερέως, ἱερέως, & παριεραῖς e *Plutarcho*. p. 795. Sacerdotis maximæ Matris Deum Magnæ Ideæ & Sacerdotis maximæ Veſtalis Icon apud *Sponium* p. 150. Miſcelllan.

μίαν ἔλαβον. Sanguine autem adſpergebant aras, ut paſſim ex ſacro patet Codice. Hinc & Ovid. l. VII. Metam.

- - Et patulas perfudit ſanguine foſſas.

Maro l. IV. Æneid.

Supponunt alii cultros, tepidumque cruorem
Suſcipiunt pateris. - -

Et l. XII. Æneid.

- - Tum rite ſacratas
In flammam jugulant pecudes. - -

Cæterum Belum Antiſtites ſui cruore placabant humano, & ſeipſos inter ſacrificandum ſcindebant, quo numen ipſius evocarent, 1. Reg. c. XVIII. *Clamaverunt voce magna, & incidebant ſe more ſuo gladiolis & lanceolis, donec ſanguinem ex ſe effunderent.* Tertullian. in Apologet. c. XXV. *M. Aurelio apud Sirmium reipublicæ exempto, die decimo ſexto Kalend. April. Archigallus ille ſanctiſſimus die nono Kalend. earundem, quo ſanguinem impurum, lacertos quoque caſtrando litabat pro ſalute Imp. Marci jam interempti ſolita æque imperia mandavit.* Prudent. περὶ ςεφάν. Hymn. X. in Rom. Antioch.

Sunt ſacra, quando voſmet ipſi exſcinditis,
Votivus & quum membra detruncat dolor:
Cultrum in lacertos exerit fanaticus,
Sectisque matrem brachiis placat Deûm.

Athenagor. in Orat. pro Chriſtian. *Quidam enim pudenda abſcindunt, ſicut Rheæ: nonnulli autem contundunt aut incidunt, ut Dianæ ſacerdotes.* Hinc Iunius in notis ad Tertullian. Gallos nuncupatos arbitra-

bitratur a verbo Galal, quod removere & reſecare eſt, quemadmodum inde Gilgal in populo Iſraëlis ſolitum eſt nomen, Ioſ. V. quod ut hi præputia, ſic Galli membrum exſecarent, probrum amoventes a ſe, ut in caſto eſſe putarentur. Solemne autem habebatur etiam apud Britannos incidere corpus. Hinc Herodian. l. III. τὰ δὲ σώματα στίζονται γραφαῖς ποικίλων ζώων παντοδαπαῖς εἰκόσιν. ὅθεν οὐδ' ἀμφιέννυνται, ἵνα μὴ σκέπωσι τοῦ σώματος τὰς γραφὰς, *corpora vero Britanni incidunt ſtigmatibus, variorum animalium omnimodis figuris. unde non veſtibus amiciuntur, nec tegunt corporis picturas*. Tertull. c. X. de Virgin. Veland. *Debebunt etiam & ipſa aliqua inſignia ſibi defendere, aut pennas Garamantum, aut crobylos Barbarorum, aut cicadas Athenienſium, aut cirros Germanorum, aut ſtigmata Britonum.* Cæterum nemini ſit mirum Deos illos fuiſſe gaviſos humana cæde, cum ipſi etiam pelle humana obtegerentur. De Pallade Iſacius hæc habet: ἡ πάλλαιτα τὸν ἴδιαν πατέρα πτερωτὸν ὑπάρχοντα, καὶ βιάζοντα ταύτην, ὡς θέλοντα συγγένεσθαι. ἡ τὴν παρθενίην τιμῶσα, τοῦτον ἀνεῖλε, καὶ τὸ δέρμα αὐτοῦ ὡς αἰγίδα περιεβάλετο, καὶ τὰ πτερὰ τούτου ποσὶ ταύτης προσήρμοσεν: *Vel Pallantem patrem ſuum alatum, ipſamque violantem ut volentem cum illa concumbere; quæ virginitatem plurimi faciens ipſum cecidit, ejusque pellem ut ægida geſtabat, atque alas ſuis pedibus accommodavit.* De Palladio * ipſo vide Euſtath. Iliad. ζ.

Et

* De Palladiis, quæ cœlo delapſa gentiles fingebant, vide

Li-

Et hoc ipſum ex oſſibus Pelopis conſtabat, ut Clemens Alexandr. in Protrept. ſcribit: *Multi autem fortaſſe admirabuntur, ſi didicerint Palladium, quod appellatur Diopetes, * ut quod a Iove devolarit, quod Diomedes quidem & Vlyſſes feruntur Troja abſtuliſſe: depoſuiſſe autem apud Demophontem; fuiſſe conſtitutum ex oſſibus Pelopis, quemadmodum Olympicum ex aliis oſſibus beluæ Indiæ.* Arnob. l. IV. adv. gent. *quis ex reliquis Pelopis compactum eſſe Palladium prodidit? non vos?* Vid. Iul. Firmic. de error. Profan. Relig. c. XVI. & Iſidor. Peleuſiot. l. IV. Epiſt. CCVII. Et apud Lacedæmonios pellis Pherecydis ſapientis, quem mactarant ob quoddam oraculi reſponſum, aſſervabatur regibus, ut Plutarch. in Pelop. ait. Sed de Palladio Iohan. Antiochenus apud Iſacium Tzetzem in Comm. ad Lycophron. refert: οὐκ ἐξ οὐρανοῦ πεσεῖν, ἀλλὰ Ἀσιόν τινα φιλόσοφον μαθηματικὸν τοῦτο ποιῆσαι, ὡροσκοπίᾳ καλλίστῃ, εἰς τὸ ἀπόρθητον εἶναι τὴν πόλιν, ἐκείνην ἔνθα ἂν τοῦτο μένει πεφυλαγμένον, καὶ ἄσυλον. χαρίσασθαι δὲ τοῦτο τῷ Τρωΐ, id eſt, *non ex cælo cecidiſſe, ſed Aſium quendam Philoſophum Mathematicum hoc feciſſe, felici ſiderum poſitu, quo civitas inexpugnabilis foret illa, in qua bene munitum cuſtodiatur, ceu aſylum. Donaſſe vero hoc Troi.* Hinc Mathematica quadam diſciplina ambulare

Lipſium de Veſta & Veſtalibus c. IX. & *Iac. Gutherium* lib. de Jure Pontific, c. 12.

* De voce διοπετὴς ſingularis exſtat diſſert. *Chriſt. Andr. Siberi*, Witteb. 1686. 4. recuſa in Theſauro Diſpp. ſuber N. T. fol. 494.

lare videbatur, ut Apollodorus l. III. ſcribit, haſtam tenens dextra, ac ſiniſtra manu colum & fuſum. Agnoſcitur autem haſtæ, oculorumque nobilitate, ut Serv. l. II. Æn. vult. Sane ut Palladium ex oſſibus humanis conſtabat, & humana pelle obducebatur; ſic & cetacea veſtiebatur pelle Dagon * Syrorum Deus. Sic enim Helladius apud Photium Cod. CCLXXIX. refert Dagonem, (ubi codex corruptus eſt, & pro Dagone Oanna legitur) ἄνθρωπον δὲ ὄντα τὰ πάντα ἰχθὺν δόξαι, διότιπερ ἠμφίεσο κητώδη δορὰν, hoc eſt, *hominem omnino fuiſſe, piſcem vero retuliſſe, quod cetacea pelle indueretur.* Alii tamen putant Dagonem fuiſſe ἀμφίβιον humano capite, manibus & pedibus, quod Beroſus apud Euſebium refert: τὸ μὲν ἄλλο σῶμα εἶχε ἰχθύος, ὑπὸ δὲ τὴν κεφαλὴν παραπεφυκυῖαν ἄλλην κεφαλὴν ὑποκάτω τῆς τοῦ ἰχθύος κεφαλῆς, καὶ πόδας ὁμοίως ἀνθρώπου, παραπεφυκότας δὲ ἐκ τῆς οὐρᾶς τοῦ ἰχθύος. εἶναι δὲ αὐτῷ φωνὴν ἀνθρώπου. τὴν δὲ εἰκόνα αὐτοῦ ἔτι καὶ νῦν διαφυλάσσεσθαι, id eſt, *reliquum corpus quidem habuit piſcis, ſub capite vero aliud enatum caput deorſum ſub piſcis capite, & pedes ſimiles humanis, enatos vero ex piſcina caudâ. vocem huic hominis eſſe ajunt; imaginem vero* etiam-

* De Dagone lege *Seldenum* de Diis Syris Syntagm. II. c. III. p. 262. ſqq. *Beyerum* in Additam. p. 285. ſqq. Gerb. *Jo. Voſſium* de Idol. gentil. L. II. Cap. LXXVI. p. 700. *Jo. Conr. Dietericum* Antiq. Bibl p. 343. ſqq. *Dickinſonium* Delph. Phœnic. Cap. VII p. 66. & *Auguſt. Calmetum* Diſſert. de Dagone inſert. Commentario ejus edito ad Libros Regum. Pariſ. 1711. 4.

etiamnum cuſtodiri. Et Apollodorus refert quatuor Oannes ſeculorum viciſſitudine e rubro mari emerſiſſe, quorum quisque ſemihomo, & ſemipiſcis. Tempore vero Ardorachi Regis Chaldæorum aliud ſimilis figuræ emerſiſſe, cui nomen Ω'δάκων. Alexander etiam Polyhiſt. Ο'άννην memorat, biceps animal, cætera piſcem: e cujus cauda adnaſcebantur pedes humanis ſimiles. Vocem ei humanam tribuit, ex mari Erythræo emerſum Babyloniam perveniſſe, Occidente Sole in mare rediiſſe; ab eo homines artes, literas, agriculturam, templorum dedicationem, architecturam, legesque politicas didiciſſe. Abydenus etiam hunc Oannon memorat, eique ἡμιδαίμονος figuram tradit. Nec Philo hunc præterit. Et Dagon hic erat dimidius homo, dimidiusque piſcis; quod & nomen denotat. דג enim piſcis eſt. Eleganter autem notatur in ſacris 1. Sam. c. 5. v. 4. forma ejus: *Et cum craſtina luce conſurgerent, ecce jacebat Dagon coram ea, in terra, coram arca Domini, & caput Dagon ac duæ palmæ manuum ejus abſciſſæ erant, ſuper limen* רקם רגרן נשאר עליו hoc eſt, uti R. D. Kimchi explicat, *tantummodo forma piſcis relicta eſt in eo.* Cæterum mactatis ſacris poſtmodum precabantur, ut ex Maron. Æn. l. XII patet:

Tum pius Æneas ſtricto ſic enſe precatur:
Tu Sol teſtis, & hæc teſtis mihi terra precanti.

Inde infundebantur cruores, & imponebantur victimæ. Hinc Deorum laudes, & res præclare ab ipſis geſtas inter ſacrificia decantabant, & quibus beneficiis

neficiis DII ipſi affecerant humanas opes. Et hæ laudes hymni dicebantur. Modum hunc tradit nobis Callimachus hiſce:

Τέχνῃ δ' ἀμφιλαφὴς οὔ τις τόσον ὅσσον Ἀπόλλων,
Κεῖνος ὀϊςευτὴν ἔλαχ' ἀνέρα, κεῖνος ἀοιδόν.
Φοίβῳ γὰρ καὶ τόξον ἐπιτρέπεται καὶ ἀοιδὴ,
Κείνου δὲ θριαὶ καὶ μάντιες. ἐκ δέ νυ Φοίβου
Ἰητροὶ δεδάασιν ἀνάβλησιν θανάτοιο,
Φοῖβον καὶ νόμιον κικλήσκομεν

Arte vero varius nullus niſi clarus Apollo,
Communis ille accepit ſagittarium & cantorem,
Illi artus cura eſt atque cantio,
Suffragiaque & oracula. Ex Phœbo vero
Didicerunt primum mortis pericula differre,
Phœbumque paſtorem vocabimus.

Apollon. Rhodius l II. Argonaut.

Ἀμφὶ δὲ δαιομένοις εὐρὺν χορὸν ἐςήσαντο,
Καλὸν ἰηπαιήον', ἰηπαιήονα Φοῖβον
Μέλποντες. σὺν δέ σφιν ἐὺς πάϊς Οἰάγροιο,

Βιςο-

Βιςονίῃ Φόρμιγγι λιγείης ἦρχεν ἀοιδῆς,
Ὥς ποτε πετραίῃ ὑπὸ δειράδι Παρνασσοῖο
ΔελΦύνην τόξοισι πελώριον ἐξενάριξεν,
Κοῦρος ἐὼν ἔτι γυμνὸς, ἔτι πλοκάμοισι γεγηθὼς
Γλήκοις.

Pro vero incenſis amplum chorum inſtaurarunt,
Pulcrum ἰπ παιήονα, ἰπ παιήονα *Apollinem*
Canentes. cum ipſis tamen bonus filius Oeagri,
Thracenſi cythara ſuavem incœpit cantilenam,
Quemadmodum ſub petricoſo jugo Parnaſſi
Delphinem ſagittis immanem confecit,
Puer exiſtens adbuc nudus, adbuc capillis gavisus
Longis.

Fuit etiam mos, ut peractis ſacrificiis convivia * in honorem Deorum pararent: quem ſic Maro lib. VIII. Æneid. attigit:

Rex Euandrus ait: non hæc ſolemnia nobis,
Has ex more dapes, hanc tanti numinis aram

Vana

* Vide huc Cl. *Jo. Georg. Keysleri* Disquiſit. Hiſtor. de Compotationibus Sacris Majorum Noſtrorum, quæ ſacrificiis jungebantur; in Antiq. Sept. & Celt. p. 327. & 349. ſqq.

Vana ſuperſtitio, veterumve ignara Deorum
Impoſuit, ſævis, hoſpes Trojane, periclis
Servati facimus, meritosque novamus honores. &c.

Quem ritum etiam Germanos obſervaſſe Tacit. in l. de Mor. Germ. tradit: *læti tunc dies, feſta loca: quemcunque adventu hoſpitioque dignantur, non bella ineunt, non arma ſumunt, clauſum omne ferrum, pax & quies tunc tantum nota, tunc tantum amata: donec idem Sacerdos ſatiatam converſatione mortalium Deam templo reddat.*

Cap. XXXIII.

Ἀνθρωποθυσία *apud Celtas in uſu. Gratiores ſceleroſi DIIS. Græci virginem cæſam igni imponebant. Orientalium Moloch. Ejus ſacra. Forma. Error putantium traductos tantummodo per ignem pueros. Adramelech, & Anamelech. Moloch. Sol. Seu Mithra. Tympana in ſacris. Muſica Inſtrumenta apud Romanos ſacris adhibebantur. Cauſa. Strophe, Antiſtrophe, Epodos.*

Alia quoque humanorum ſacrificiorum genera apud Druydas ſeu Celtas traduntur, inquit Strab. lib. IV Geogr. Quosdam enim ſagittis configebant, & intra ſacras ædes patibulo ſuffigebant, magnumque e fæno chorto ſtatuam apparantes, eique lignum injectantes, pecoraque & varias immittentes belluas, atque hominis holocauſtum faciebant. Cæſ. l. VI. com. Bel. Gall. *alii immani magni-*

tudine ſacrificia habent, quorum contexta viminibus membra vivis hominibus complent, quibus ſuccenſis circumventi flamma exanimantur. Supplicia eorum, qui in furto, aut latrocinio, aut in aliqua noxa ſint comprehenſi, gratiora DIIS immortalibus eſſe arbitrantur: ſed cum ejus generis copia deficit, etiam ad innocentium ſupplicia deſcendunt. Sane iſtiusmodi impietatem Græci etiam exercebant, dum cæſam virginem igni imponebant, & eo conſumebant. Sic enim Timæus Siculus lib. 11. hiſtoriar. ſcribit: μετὰ τῆς Τροίας ἅλωσιν πολλοὶ τῶν λοκρῶν περὶ τὰς γηρέας ναυαγησάντων ἀνηρέθησαν· οἱ δὲ λοιποὶ σὺν Αἴαντι μόλις εἰς λοκρίδα διεσώθησαν· Φθορᾶς δὲ καὶ λοιμοῦ τὴν χώραν αὐτῶν μετὰ τὸ τρίτον ἔτος ἐχόντων διὰ τὴν μίξιν ἀθέμιτον Αἴαντος τῇ Κασσάνδρᾳ, ἔχρησεν ὁ θεὸς δεῖν εἰς ἔτη χίλια τὴν Ἀθήνην τὴν ἐν Ἰλίῳ ἱλάσκεσθαι, πέμποντας δύο παρθένους ἐπὶ κλήρῳ καὶ λοχήσει. καὶ μετὰ ταῦτα ἔθος ἦν τοῖς τρωσὶ πεμπομένας πρὸ παντὸς ἐσι κατασχεῖν καὶ ἀναιρεῖν, καὶ τοῖς ἀκάρποις, καὶ ἀγρίοις τῶν ξύλων καίειν. ὅπερ ἐποίουν μέχρι τοῦ Φωνικοῦ πολέμου. τότε γὰρ ἐπαύσαντο ταύτης τῆς θυσίας, μᾶλλον δὲ ἀσεβείας, *id eſt*, poſt captam Trojam multi ex Locrenſibus naufragium juxta Gereas paſſi perierunt: reliqui vero cum Ajace per ſummas difficultates in Locridem tandem evaſerunt. At vero anno deinde tertio cum fames & peſtilentia eorum regionem invaſiſſet, quia neglecta religione Ajax cum Caſſandra rem illegitime habuiſſet, reſponſum eſt redditum ab oraculo, oportere per mille annos placare Palladem Trojanam

nam duas virgines e ſuis quotannis ſortitos Trojam mittentes. Manſit poſtmodo illa conſuetudo Trojanis,ut miſſas virgines obvii caperent ac jugularent, quas poſtea ſterilibus & agreſtibus lignis comburerent; qui ritus ad belli Phocenſis usque tempora perduravit. Tunc enim immunitatem ejus ſacrificii,vel potius ejus impietatis Locrenſes obtinuerunt. „ Nec Orientales ab hoc infando ſacro aberant, quod toties Deus T. O. M. exſecratus eſt. Filios autem filiasque ſuas illi cremabant Deo Moloch. * Levit. XVIII. v. 2. c. XX. v. 3. 4. II. Reg. c. XXIII. v. 10. Pſ. CVI. mactarunt filios ſuos & filias Dæmoniis: uti & Apollinaris Syrus vertit:

* De cultu Molochi lege ***Bochartum*** Tom. II. Opp. p. 59. ***Herm.*** W*itſium* in Miſcellan. T. I. p. 608. ſq. ***Jo. Braunium*** in Sel. Sacr. p. 454. ſqq. ***Camp. Vitringam*** in Obſerv. S. L. II. Cap. I. p. 241. ſqq. ***Petr. Jurieum*** in Hiſt. cultuum & dogmatum P. III. Tract. IV. c. 7. ***Jo. Spenceerum*** de Leg. Hebr. Rit. p. 466. ***Jo.*** *Georg.* ***Swabii*** Diſſert. de Molocho & Remphan, in Theſauro Theolog. Philolog. T. II. p. 444. ſq. recuſam, ***D Jo. Henr. Maji*** Diſſ. de Kiun & Remphan in Selectioribus Exercitt. T. I. p. 23. ſq. Rev. ***Salom. Deylingii*** Obſervatt. S. P. II. p. 337. ſqq. ***Seldenum*** de Diis Syris p. 173. ſqq. ***Thom. Goodwinum*** in Moſe & Aarone lib. IV. c. 2. ***Scaligerum*** in Elencho Trihæreſii Serariani p. 372. & 389. ***Saldenum*** in Otiis p. 441. ***Gerh. Jo. Voſſium*** in Opp. Tom. V. p. 134. & 156. ***Henr. Morum*** p. 532. Opp. ***Kircherum*** in Oedipo T. I. p. 384. & ***Conrad. Mel*** in Antiquario Sacro p. 23. Nec omittendus eſt ***Auguſt. Calmetus*** in Diſſert. de Molocho, quæ Commentario in Leviticum præmiſſa eſt.

Δαίμοσι ῥέζοντες σφετέρας κούρας τε καὶ υἷας.
Dæmonibus ſacrificantes ſuas puellas & filios.
Hiſtoriam prætereo a Ioſ. l. IX. c. XII. de Achazo Rege relatam, & Philonis Iudæi verba in l. de Abrahamo. Porphyrius l. II. περὶ ἀποχῆς. Φοίνικες ἐν ταῖς μεγάλαις συμφοραῖς ἢ πολέμων ἢ αὐχμῶν, ἢ λοιμῶν ἐθύοντο τῶν φιλτάτων τινὰ ἐπιψηφίζοντες Κρόνῳ, id eſt, *Phœnices in magnis calamitatibus vel bellorum vel ſiccitatum, vel famis ſacrificabant chariſſimorum aliquem ſuffragiis collectis Saturno.* Diodor. Sicul. l. XX. de Carthaginenſibus, qui a Phœnicibus deſcendunt: erat autem apud illos ænea ſtatua Saturni, quæ manus ſupinas extendebat, ita ad terram inclinatas, ut impoſitus illis puer devolveretur, & in voraginem ignis plenam rueret. Philaſtrius: *aram,* inquit, *collocant, ita dictam Tophet nomine alicujus in valle filii Ennom. Ibidem ſuos filios & filias Iudæi Dæmonibus immolabant.* Et Euſeb. in Orat. de Laud. Conſtant. Κρόνῳ γὰρ Φοίνικες καθ' ἕκαστον ἔτος ἔθυον τὰ ἀγαπητὰ καὶ μονογενῆ τῶν τέκνων, id eſt, *Saturno enim Phœnices ſingulis annis ſacrificabant chariſſimos, & unice genitos filiorum.* Hæc autem ſunt ſacra, quæ author libri Sapientiæ c. XIV. v. 23 & XII. v. 5. 6. τεκνοφόνους τελετὰς vocat. Quidam tamen putant, eos tantum per ignem traductos ſine ulla læſione, duabus pyris extructis, ac ſi luſtrarentur. * Cujus opinio-

* Molocho infantes non tantum luſtratione per ignem, ut ſenſit *Maimonides*, ſed plena combuſtione conſecratos

opinionis ſunt Ebræorum plerique R. Salom. Iarchi, R. D. Cimchi, R. Moſes Mikotzi. præcept. Negat. XL. & R. Moſen Ben-Maimon More Nebochim lib. III. c. XXXVIII. ſic inquiens: *Idcirco ſervitores ignis in tempore ſuo fecerunt homines ſcire, quod qui non traducerent filium ſuum vel filiam ſuam per ignem, morerentur filii vel filiæ: & ſine dubio propter illud quod audiebant, quilibet feſtinabat illud facere, quia multum timebant ſuper filios ſuos: vel propter facilitatem operis, quia non erat niſi traducere eos per ignem, non quod comburerent ipſos.* Quibus etiam conſentire videtur R. Ioſeph Karom. c. VI. ꝫ Miſna Thorah tract. עכו״ם, ubi annotat ſcripturam non loqui de combuſtione filiorum ꝫ Moloch, ſed tantum Dîs Sepharvajim, de quibus II. Reg. c. XVII. v. 31 legitur: *comburebant filios ſuos in ignis τοῖς Adramelech, & Anamelech Dis Sepharvajim.* Et hi iidem cum Moloch; unum enim idemque nomen & numen Vtriſque etiam filios combuſtos legimus; & Ierem. c. VII. v. 31. &c. c. XIX. v. 20. & 21. & XXIII. v. 37. & 39. affirmant. P. Fagius luculentiſſime ex libro Ialkut, cujus author R. Simeon Molochum ſic deſcribit: *Fuit autem Moloch Imago concava habens ſeptem conclavia. Vnum aperiebant ſimilæ offerendæ: aliud Turturibus: tertium Ovi: quartum Arieti: quintum Vitulo: Sextum Bovi: Qui vero volebat offerre filium,* huic

tos eſſe, oſtendunt *Jo. Marckius* exercitatione textuali ad Levit. XVIII. 21. *Hadr. Relandus* P. II. Diſſ. Miſc. p. 114. ſq. *Jo. Braunius* Sel. Sacr. L. IV. C. VIII. p. 473. ſq. aliique.

huic aperiebatur ſeptimum cubiculum, & facies hujus idoli erat ut facies vituli. Manus plane diſpoſitæ ad recipiendum ab aſtantibus: & ſaltabant interim, quo puer idolo ſuccenſo igne cremabatur, percutientes tympana, ne pueri ejulatus audiretur. Et hic Moloch erat Sol. Sic enim Theophylactus (ex D. Cyrillo in Amoſ.) ad Act. Apoſt. c. VII. Molochum fuiſſe ſcribit: *λίθον διαφανῆ ἐπὶ μετώποις ἄκροις εἰς ἑωσφόρου τύπον*, id eſt, *lapidem perlucidum in ſummitate frontis ad imaginem Luciferi;* qui ad Solem referendus. Et ſi diligenter excutias P. Fagii ſententiam, reperies eundem cum Mithra eſſe. Mithræ enim ſeptem portas fuiſſe tradit Celſ. apud Origin. l. V. Viri etiam illi & fœminæ mactabantur, ut Photius in Athan. vita ſcribit Cod. CCLVIII. Initiatis inſuper huic Deo neceſſe erat octoginta pœnarum genera tranſire *διὰ πυρὸς παρελθεῖν καὶ διὰ κρύους*, id eſt, *per ignem & per frigus*, priusquam ut *ἐπόπται* admitterentur. Conſule hac de re Iuſtin. Martyr. adverſ. Tryphon. & in Apolog. ad Imp. Anton. Pium; Tertullian. in l. de Baptiſm. de præſcript. ad Hæret. & de Coron. militis. Nonnum in Synagog. hiſtor. ad 1. Sceliteut. Nazianzen. §. 6. & 47. Socrat. l. II. c. II. l. V. c. XVI. Nicet. ad Orat. XXXIX. Nazianzeni, Suidam in Mithra. Cæl. Rhodig. l. XV. c. XIII. L. A. qui etiam de Mithriacis ſacris l. XIII. c. XVII. ſcribit: Tympana * autem

* Tympana partim ex antiquis monumentis efficta ob oculos ponunt, partim eadem eruditis obſervationibus illuſtrant *Sponius* recherches curieuſes d'antiquite. p. 155.

autem & clangores tubarum adhibebant in ſacris illis, ne clamores & ululatus miſerorum a parentibus audirentur. Piaculum enim habebatur, ſi lamenta puerorum aut parentum inter uſtulationem audirentur. Quod & Plutarch. in l. περὶ δεισιδαιμονίας refert. Benjamin etiam Tudelenſis eundem ritum apud Dogbyn Cheneragæ incolas eſſe tradit: cognatosque omnes & conſanguineos tympanis & choreis ſumma cum lætitia exultant & ludunt, quoad ille combuſtus omnino fuerit. Nec leve ſubſidium fert etymon vocabuli; תפרת enim tympanizatio eſt: תוף * vero tympanum, & תופפורת tympaniſtriæ; quia locus ille tympanis pulſis undique reſonaret: quod & R. D. Cimchi tradit. Cæterum apud Romanos moris erat, ut inſtrumenta Muſica ** adhiberentur. Hinc Ovid. lib. I. de Ponto:

155. *Perizonius* in Notis ad *Ælianum* IX. 3. *Tillius* de Muſica veter. Hebr. p. 109. *Pignorius* de ſervis p. 168. *Vinetus* in *Auſonium* p. 447. *Lacerda Virg.* Æn. IX. 619. *Pitiſcus* in not. ad T. I. *Suetonii* p. 444. & Cl. *Zornius* T. I. Opuſc. p. 114. ſqq. Figuram tympani exhibet *Sponius* Miſcell. erud. antiq. ſect. I. artic. 6. Similem in manibus Cybeles curru a leonibus tracto vectæ profert *Boiſſardus* Antiq. P. III. p. 47. & P. V. p. 33.

* Conf. *Spanhemium* in notis ad *Callimach.* p. 296. *Huetium* Demonſtrat. Evang. Prop. IV. p. 131. *Voſſium* in Etymolog. & *Sponium* Miſc. erud. antiq. ſect. I. artic. 6.

** De Muſica in ſacris adhibita & in ſacrificiis, lege *Matth. Brover. de Niedeck* de Veterum adorationibus, Cap. 26.

Ante Deum matrem cornu tibicen adunco
Cum canit, exigua quis ſtipis æra neget?

Iſtud autem efficere putabantur, ut Natal. Com. lib. I. Mytholog. cap. X. habet, ut tibiis uterentur in ſacris, quo animi præſentium hominum diverterentur a privatis cogitationibus ad Deorum immortalium reverentiam, quia neſcio quid divinum imprimit in animis noſtris vis muſica. Iovi, cum mens illa ſuprema divina credebatur, non adhibebantur, niſi lumina in ſacrificiis; at cum Iupiter pars eſſet ſumma aëris, tunc adhibebantur muſica inſtrumenta, ut cæterorum Deorum ſacris nonnullorum: quippe cum ſimulatis ſacrificiis etiam parvus per illorum ſtrepitum paternæ crudelitati dicatur fuiſſe ſurreptus in antiquis hujus ſacrificiis Strophe & Antiſtrophe moduli canebantur ad imitationem motuum ſtellarum, ut ait Ariſtoxenus in lib. I. de foraminibus tibiar. & Bito in lib. quem de Muſic. Inſtrument. ad Attalum ſcripſit. Nam modo huc, modo illuc inter illa ſacra ſaltantes volvebantur, atque per Strophen motum primum hujus univerſi, per Antiſtrophen proprias ſingulorum Planetarum motiones; per Epodon autem, terræ quietem & firmam ſtationem ſignificabant.

Cap. XXXIV.

Reliquiæ *in bello Marti ſacratæ. Torques votus. Myſorum votum. Votum murmure quodam faciebant. Philemon laudatus.*

Cel-

CEltæ Marti, ut D. Cæſar l. VI. Comm. Bell. Gall. ſcribit, cum prælio dimicare conſtituerint, quæ ſuperaverint animalia capta immolant, reliquasque res in unum locum conferunt. Multis in civitatibus harum rerum exſtructos cumulos locis conſecratis licet conſpicari: neque ſæpe accidit, ut neglecta quisquam religione, aut capta apud ſe occultare, aut poſita tollere auderet; graviſſimumque ei rei ſupplicium cum cruciatu conſtitutum eſt. Flor. l. II. cap. IV. Galli Aſtrionico duce vovere de noſtrorum militum præda Marti ſuo torquem. Audi Myſorum crudelitatem, qui captivorum etiam carnibus veſcebantur: ut idem l. IV. c. XII. ſcriptum reliquit: Myſi ſtatim ante aciem immolato equo* concepere votum, ut cæſorum extis ducum & litarent, & veſcerentur. Alias timidiſſimo gentes murmure votum faciebant, aut taciti animo concipiebant vota. Iuvenal. Sat. X.

Formam optat modico pueris majore puellis
Murmure, cum Veneris fanum videt anxia mater.

Serſius Sat. II.

Haud cuivis promptum eſt murmur, humilesque ſuſurros
Tollere de templis, & aperto vivere voto;

Pp 5 *Mens*

* De equorum uſu in auſpiciis, ſacrificiis aliisque ſuperſtitionibus, conſule Cel. *Keyſlerum* in Antiq Sel. Sept. & Celt. p. 323. 325. ſq & Cl. *Nic. Kederum* de Nummo Othini aureo. p. 16. ſq.

Mens bona, fama, fides, hæc clare, & ut audiat hoſpes.
Illa ſibi introrſum & ſibi lingua murmurat: ô ſi
Ebullit patrui præclarum funus, & ô ſi
Sub raſtro crepet argenti mihi ſeria dextro
Hercule! pupillumve utinam, quem proximus hæres
Impello, expungam.

Senec. Epiſt. X. *Votorum tuorum veterum licet Dîs gratiam facias alia de integro ſuſcipe: roga bonam mentem, bonam valetudinem animi, deinde corporis. Quidni tu iſta vota facias? Audacter Deum roga, nil illum de alieno rogaturus. Sed ut more meo cum aliquo munuſculo epiſtolam mittam, verum eſt, quod apud Athenodorum inveni: tunc ſcito te eſſe omnibus cupiditatibus ſolutum, cum eo perveneris, ut nihil Deum roges, niſi quod rogare poſſis palam. Nunc enim quanta dementia eſt hominum? turpiſſima vota Dîs inſuſurrant: ſi quis admoverit aurem, conticeſcent; & quod ſcire hominem nolunt, Deo narrant. Vide ergone hoc præcipi ſalubriter poſſit: Sic vive cum hominibus, tanquam Deus videat; ſic loquere cum Deo, tanquam homines audiant.* Argute itaque, nec minus recte Philæmon Comicus, quamvis Ethnicus de votis Deo offerendis ſcripſit:

Εἴ τις δὲ θυσίαν προσφέρων, ὦ Πάμφιλε,
Ταύρων τε πλῆθος, ἢ ἐρίφων, ἢ νὴ Δία
Ἑτέρων τοιούτων, ἢ κατασκευάσματα

Χρυ-

Χρυσᾶς ποιήσας χλαμύδας, ἤτοι πορ-
φυρᾶς,
Ἢ δι' ἐλέφαντος, ἢ σμαράγδου ζώδια,
Εὔνουν νομίζει τὸν θεὸν καθεστάναι,
Πλανᾶτ' ἐκεῖνος, καὶ φρένας κούφας ἔχει.
Δεῖ γὰρ τὸν ἄνδρα χρήσιμον πεφυκέναι,
Μὴ παρθένου φθείροντα, καὶ μοιχώμενον,
Κλέπτοντα, καὶ σφάττοντα κ' ἐπιθυ-
μοῦντα.
Ἤτοι γυναικὸς πολυτελοῦς, ἢ δώματος,
Ἢ κτήσεως, παιδός τε, παιδίσκης θ' ἁπλῶς,
Ἵππων, βοῶν, τὸ σύνολον, ἢ κτηνῶν τί δὴ,
Μηδὲ βελόνης ἐν ἅμμ' ἐπιθυμήσῃ, Πάμ-
φιλε.

Si quiſpiam ſacra faciens, ô Pamphile,
Tauros mactans, vel hædos, vel Iovi
Aliis quibusdam rebus, vel præparata
Aurea faciat chlamyde, vel purpurea,
Vel ebore, vel ſmaragdo denique,
Benevolum ſibi reddidiſſe Deum putans,
Errat ille, & mentem levem habet.
Decet enim hominem frugi exiſtere,
A ſtupro virginali, vel adulterio abeſſe,
Neque furari, neque lucro inhiare,
Neque alius conjugem concupiſcere, neque
domum, *Ne-*

Neque poſſeſſionem, puerumque, puellamque,
Equos, boves, jumenta, vel alia quæpiam.
Neque fibulam unam concupiſcat, Pamphile.

Cujus etiam ſententiæ fuit Locrenſium legislator, cujus verba Meliſſa l.I. Orat. LV. adducit: οὐ τιμᾶται θεὸς ὑπ' ἀνθρώπου, φαύλου, οὐδὲ θεραπεύεται δαπάναις, οὔτε τραγῳδίαις τῶν ἀλισκομένων, ἀλλ' ἀγαθῇ προαιρέσει τῶν καλῶν ἔργων καὶ δικαίων, id eſt, *Deus non colitur ab homine malo, neque placatur ſumptibus, neque tragœdiis captorum, ſed bona voluntate bonorum & juſtorum operum.* Nec enim, ut Charondas dixit, οὐδενὸς ἀδίκου θεὸς κοινωνεῖ, *Deus cum nullo injuſto commercium habet.*

Cap. XXXV.

Amicitiam *ſanguine ſanciebant. Ritus. Scytharum exempla ſimilia. Catilina ſanguine fœdus iniit. Germani in conviviis conſultabant. Taciti locus de Civili. Vinoſi. Tres potiones veterum quænam.*

AMicitiam Germani fas habebat ſanguine guſtato unire. Athen. l. I. c.II. Dipnoſ. ex Poſidonio refert: Germanos in ſympoſiis ſeſe amplexos venas in fronde ſcindere, & ſanguinem defluentem in poculo miſcentes bibere, ſummum amicitiæ gradum attigiſſe exiſtimantes, cum ſanguinem vicisſim

ſim inter ſe deguſtarint. Poſt hujusmodi potum caput unguentis perungunt, & maxime roſaceo, vel melino, ne offendantur vini vapore; at ſi neque hoc concedatur, vino utuntur, vel nardino. Et hic mos etiam Scytharum erat, qui & ipſi Germani, ut Herodotus l. IV. refert: Quippe Scythæ infuſo in quendam calicem fictilem vino commiſcent ſuum ſanguinem, qui feriunt fedus cultello aut gladio aliquantulum corporis incidentes. Deinde in calice tingunt acinacem, ſagittas, ſecurim, gladium. Hoc ubi fecerunt, ſeſe multis verbis devovent: poſtea vinum epotant; non modo ii, qui fedus fecerunt, ſed etiam comites, hi qui ſunt maximæ dignitatis Pomp. etiam Mela l. II. c. I. ſic de iis ſcribit: *Ne ſœdera quidem incruenta ſunt. Sauciant ſe, qui paciſcuntur; exemptumque ſanguinem ubi permiſcuere, deguſtant. Id putant manſuræ fidei pignus certiſſimum.* Icturi quoque fœdus veteres Dani, teſte Saxon. l. I. veſtigia ſanguinis aſperſione perfundere conſueverunt, amicitiæ pignus alterni cruoris commercio firmaturi. Eo pacto Liſenis Pirata, & Hadingus, Grani Danorum Regis F. exul arctiſſimis ſocietatis vinculis alligati, Lokero Curetum tyranno bellum denuntiarunt. Princeps inſuper Saracenorum, ut Nicetas l. II. de Imp. Iſaac. Angel. refert, & Byzantinus Imp. amicitiam inter ſeſe conſtituentes, utraque vena in pectore inciſa, ſuum alteri ſanguinem propinarunt. Fuere & quidam, ut C. Saluſtius in l. de Bell. Catil. refert, qui dicerent Catilinam oratione habita, cum ad jusjurandum populares ſceleris ſui adigeret, humani cor-

corporis ſanguinem, vino permixtum in pateris circumtuliſſe; inde, cum poſt exſecrationem omnes deguſtaviſſent, ſicuti in ſolemnibus ſacris fieri conſuevit, aperuiſſe conſilium ſuum, atque eo dictitare feciſſe, quo inter ſe magis fidi forent, alius alii, tanti facinoris conſcio. Sed quod Germani potu ſanguinis confiramaverint amicitiam, vel fœdus, nemo miretur. Quippe de reconciliandis, teſte Tacit. in l. de Mor. Germ. inimicis & jungendis affinitatibus & adſciſcendis principibus, de pace denique ac bello plerumque in conviviis conſultant: tanquam nullo magis tempore aut ad ſimplices cogitationes pateat animus, aut ad magna incaleſcat. Gens non aſtuta nec callida, aperit adhuc ſecreta pectoris, licentia loci. Ergo detecta & nuda omnium mens poſtero die retractatur, & ſalva utriusque temporis ratio eſt. Deliberant, dum fingere neſciunt: conſtituunt, dum errare non poſſunt. Huc etiam reſpiciunt verba Taciti l. IV. Hiſtor. *Civilis magno cum aſſenſu auditus barbaro ritu & patriis execrationibus univerſos adigit. Inter convivia enim Batavorum proces ad bellum adhortatur, feralemque illum ritum in pignus amicitiæ obſervat.* Cæterum diem noctemque continuare po tando nulli probrum. Hoc etiam de Perſis Xenophon l. VIII. in Pæd. Cyri memorat. Hinc Seneca: De Germanis illud plane monſtrificum proximis annis in Gallia, hominum in bibendo capacitatem fuiſſe omnibus in miraculo. Quippe ſingulis menſis ſinguli quaternos quartarios vini exſiccarunt ſic, ut potores novem amphoras exinanirent binas.

binas. Vnde ab obſeſſo a Gallis Carol. V. Imp. exercitu Neapoli Germani aquæ potum, tanquam viſceribus noxium abominantes, vini deſiderio, tanquam æquum & debitum poſtulantes, univerſas prope urbis cellas cum fremitu ſcrutabantur, ſic ut ipſius Alphonſi Vaſtii Cæſariani exercitus Imp. domum ſæva impietate vaſtare non veriti, aliquot Græci vini dolia ſubter hortum manu factis ſcrobibus recondita ex indicio infidelis fabri detegerent: factoque totius exercitus concurſu perpotando galeis, & aquariis cuppis exportando ocyſſime exhaurirent, quod modice parcendo omnibus per aliquot dies ſuffectura crederetur. Jovius l. XXV. Hiſt. Et, cum celebrarentur a Ferdinando Rege Hippolytæ nurus atque Alphonſi filii nuptiæ apparatu ſplendidiſſimo (erat enim dies decurſionis haſtatæ, flagrabantque ſub Sole cuncta: convenerant autem mortales omnis generis ad ſpectandum) atque plurimi ludorum eſſent laudatores, vel plerique omnes admiratores potius: in media laudantium frequentia, & plauſu exclamavit Germanus quidam: *O valeant ludi, quibus nemo bibit.* Et Diodor Sic. l. V. Bibl. Prope illos ſunt foci igne ardentes, ollisque ac verubus quæ integrorum carnibus membrorum referta ſunt inſtructi. Sed ut Timocles ait:

Ἀγορὰν ἰδεῖν ἔμπλεων, εὐποροῦντι μὲν
Ἥδιστον ἂν δ' ἀπορῇ τις, ἀθλιώτατον.

Forum videre refertum, diviti quidem
Dulce, ſed pauperi acerbum.

Ple-

Plerumque etiam quemadmodum Eratoſthenes canit:

Οἶνός τοι πυρὶ ἶσον ἔχει μένος. εὖτ' ἂν ἐς ἄνδρα
Ἔλθῃ· κυμαίνει δ' οἷα λίβυσσαν ἅλα
Βοῤῥῆς, ἠὲ Νότος. τὰ δὲ καὶ κεκρυμμένα φαίνει
Βυσσόθεν. ἐκ δ' ἀνδρῶν πάντ' ἐτίναξε νόον,

Vinum igni æqualem vim habet. ubi hominem
Subierit, conturbat eum ceu Libycum mare
Aquilo vel Auſter: unde quoque prodit latentia
In mentis receſſu, & virorum animum univerſum concutit.

Hinc Eripho teſte in hiſce:

Λόγος γάρ ἐς' ἀρχαῖος, οὐ κακῶς ἔχων.
Οἶνον λέγουσι τοὺς γέροντας, ὦ πάτερ,
Πείθειν χορεύειν οὐ θέλοντας,

Ratione non caret verbum vetus.
Vinum dicunt ſenes, ô pater,
Ad choreas trahere vel renuentes.

At

At ſi illis contingeret, quod Clearchus ſcribit, certe abſtinerent:

Εἰ τοῖς μεθυσκομένοις ἑκάστης ἡμέρας
Ἀλγεῖν συνέβαινε τὴν κεφαλὴν πρὸ τοῦ πίνειν,
Τὸν ἄκρατον ἡμῶν οὐδὲ εἷς ἔπινεν ἂν
Νῦν δὲ πρότερόν γε τοῦ πόνου τὴν ἡδονὴν,
Προλαμβάνοντες, ὑστεροῦμεν τ' ἀγαθοῦ.

Si ebriis ſingulis diebus
Doleret caput poſt trapulam,
Omnes abſtinerent poculis,
Nunc vero prævenit voluptas dolorem,
Accipientes ultimo quo frui vellent bono.

Sed ut Alexis refert:

Ὁμοιότατος ἄνθρωπος οἴνῳ τὴν φύσιν,
Τρόπον τιν' ἐστι. τὸν γὰρ οἶνον τὸν νέον,
Πολλή γ' ἀνάγκη καὶ τὸν ἄνδρ' ἀποζέσαι,
Πρώτιστον ἀφυβρίσαι κ' ἀπανθῆσαι πάλιν
Σκληρὸν γενέσθαι παρακμάσαντα δ' ὧν λέγω

Τούτων ἁπάντων ἀπαρυθέντα τὴν ἄνω
Ταύτην ἄνοιαν ἐπιπολάζουσαι ποτὲ
Πότιμον γενέσθαι, καὶ καταςῆναι πάλιν,
Ἡδύνθ᾽ ἅπασι τοῦ πίλοιπον διατελεῖν.

Simillimus homo vini natura
Neceſſe ſiquidem utrumque deferveſcere,
Neceſſe deſpumare ſordes plurimas,
Et aſperum eſſe poſtmodo, at vergente jam
Ætate defæcavit aliquis, ſi bene
Reſidere, & potui aptum denique,
Gratumque reddi tempore reliquo omnibus.

Cui in hoc Antiphantes Caryſtius conſenſit, ſic canens:

Σφόδρ᾽ ἐςὶν ἡμῶν, ὁ βίος οἴνῳ προσφερής,
Ὅταν ᾖ τὸ λοιπὸν μικρὸν ὄξος γίγνεται.

Eſt noſtra vita ſimillima vino,
Aceſcit, cum reliqua eſt parva portio.

Quædam contra gentes frugaliores erant, & tres tantum potiones * ſiccabant ex lege. Horat. l. II. Satyr.

Sic-

* Vide huc Cl. *Keysleri* Antiq. Sept. & Celt. p. 352. ſeqq.

Siccat inæquales calices conviva, ſolutus
Legibus inſanis.

Auſonius in Griph.

Ter bibe, vel toties ternos, ſic myſtica lex
eſt.

Cicer. *Iſte enim Prætor ſeverus ac diligens, qui populi Romani legibus nunquam paruiſſet, illis diligenter legibus, quæ in poculi * ponebantur, obtemperabat.* Petron. Arbiter in Satyr. *Collocavit illa gnem caſſis arundinibus collectum, ingeſtisque ſuper pluribus lignis excuſavit moram, quod amica ſe non dimiſiſſet, niſi tribus potionibus ex lege ſiccatis.* Heſych. τρίτος κρατήρ. Σοφοκλῆς Ναυπλίῳ καταπλέοντι, ἐν ταῖς συνουσίαις ἐκιρνῶντο κρατῆρες τρεῖς, καὶ τὸν μὲν πρῶτον διὸς ὀλυμπίου καὶ θεῶν ὀλυμπίων, ἔλεγον. τὸν δὲ δεύτερον, ἡρώων τὸν δὲ τρίτον σωτῆρος, id eſt, *Sophocles*, ait, *Nauplio redeunti in conventibus tres adjudicatos crateres; & primum quidem Jovis Olympii, Deorumque cæleſtium; ſecundum Heroum: tertium vero Salutis.* Vid. etiam Plu-

* Varia poculorum apud veteres genera, materiam, formam, & cætera huc pertinentia qui cupit cognoſcere, conſulat *Stuckii* Antiq. Conviv. L. III. cap. 13. & 23. *Pancirolli* Var. lect. L. I. c. 58. ſeq. *Petr. Ciacconium* de Triclinio p. 70. ſeqq. & *Fulvii Urſini* Append. ad *Ciacconium* p. 266. 287 352 & 364. *Joſ. Lanzonum* in Muſeo Minerv. Tom. II. *Vinc. Butium* de potu antiq. cap. 20. & *Jo. Dougtæum* de calicibus Euchariſticis, cum mantiſſa Jo. Faes Brem. 1694. 8. quo in libro de variis poculorum generibus diſſeritur. Videndus etiam Cl. *Keyslerus* in Antiq. p. 154. & 362. ſeqq.

Plutarch. in Symp. probl. lib. III. quæſt. IX. quem morem etiam Eubulus hiſce tangit:

Τρεῖς γὰρ μόνους κρατῆρας ἐγκεραννύω
Τοῖς εὐφρονοῦσι, τὸν μὲν ὑγιείας ἕνα,
Τὸν πρῶτον ἐνπίνοιμι, τὸν δὲ δεύτερον
Ἔρωτος ἡδονῆς τε, τὸν τρίτον δ' ὕπνου,
Ὃν εἰς πιόντες οἱ σοφοὶ κεκλημένοι
Οἴκα δὲ βαδίζουσι.

Tres ſolum ego calices viris prudentibus
Infundo: ſanitatis unum, quem
Primum ebibunt, alterum vero
Amoris & voluptatis; tertium vero ſomni,
Quem ebibentes ſapientes redibunt
In ædes ſuas ilico.

Cap. XXXVI.

Viſcum *oblatum, ex quercu ſublectum. Tempus legendi. Vnde is mos. Conjectura.*

NOn autem ſemper homines offerebant in ſacrificia; ſed etiam alias res dedicabant, præſertim viſcum. * Viſcum enim quercus, ut I. Aventin. l. III. Annal. Bojor. ſcribit, majores noſtri cœlo miſſum putarunt, ſignumque eſſe a Deo electæ arbo-

* De Viſco Druidum lege pereruditam Diſſert. Cel. *Jo. Georg. Keysleri*, quæ extat in ejus Antiq. Sel. Sept. & Celt. p. 303. ſeqq.

arboris, omnia ſanantem ſuo vocabulo appellantes, fœcundiatem eo potu dari unicuique animalium ſterili arbitrati ſunt, contra venena omnia eſſe remedio * Alexand. ab Alex l. V. c. XIII. Gen. Dier. Viſcum Druidæ pro numine colunt. Auro autem etiam Maro l. VI. Æneid. aſſimilat:

Quale ſolet ſylvis brumali frigore viſcum
Fronde virere nova, quod non ſua ſeminat arbos,
Et croceo fœtu teretes circumdare truncos.

Modum autum legendi Plin. l. XVI. c. XLIV. tradit: *Non eſt omittenda in ea re & Galliarum admiratio. Nihil habent Druydæ* (ita ſuos appellant Magos) *viſco & arbore in qua gignatur* (*ſi modo ſit robur*) *ſacratius. Iam per ſe roborum eligunt lucos: nec ulla ſacra ſine ea fronde conficiunt, ut inde appellati quoque interpretatione Græca videri poſſint Druidæ. Enimvero quicquid adnaſcatur illis, e cœlo miſſum putant, ſignumque eſſe electæ ab ipſo Deo arboris. Eſt autem id rarum admodum inventu, & repertum magna religione petitur: & ante omnia ſexta luna, quæ principia menſium annorumque bis facit, & ſeculi poſt triceſimum annum, quia jam virium abunde habeat, etiamſi non ſit dimidia. Omnia* ſanan-

* De viſci præſtantia in Epilepſia ſive Comitiali morbo nuper in lucem prodiit pecularis libellus: *A Diſſertation concerning Misletoe: a moſt VVonderful ſpecifick Remedy for the Cure of convulſive Diſtempers &c. By Sir John Colbath, a Member of the College of Phyſician. London.* 1719. 8.

ſanantem appellantes ſuo vocabulo ſacrificiis epuliſq; rite ſub arbore præparatis, duo admovent candidi coloris tauros, quorum cornua tunc primum vinciantur. Sacerdos candida veſte cultus arborem ſcandit. Falce aurea demetit. Candido id excipitur ſago. Tum deinde victimas immolant, precantes ut ſuum donum Deus proſperum faciat his, quibus dederit. Fœcunditatem ex poto dari cuicunque animali ſterili arbitrantur, contraque venena omnia eſſe remedio. Tanta gentium in rebus frivolis plerumque religio eſt. Quam ob cauſam autem obtulerint virgam illam, uti vocant ſalutarem, non facile reperitur: niſi ut conjicio, quod a patribus quondam primævis audierint, quod germen Jehovæ aliquando efflorescere deberet, quod omnibus gentibus ſalutare foret.* Et

* *Seb. Roulliard* in libro: *Parthenie ou Hiſtoire de la três auguſte & trés devote Egliſe de Chartres dediée par les vieux Druides en l'honneur de la vierge qui enfanteroit &c. a Paris* 1609. 8. p. 51. Chriſtum cruci affixum ſub viſci ſymbolo indigitatum nugatur. Quemadmodum enim viſcum alieno arbori infixum brumali tempore legatur, candida veſte excipiendum, fructuumque ſuavitate aves alliciat; ita Chriſtum tempore Solſtitii hiemalis natum, poſtea vili alienoque ligno fuiſſe adfixum, inde autem ſublatum & albis linteis involutum ſua ſepultura & reſurrectione omnes animas eſurientes ad ſe pertrahere. Neque alia ex ratione, quam odio erga Chriſtianos *Plinium* ſuſpicatur omiſiſſe nomen viſci *Panchreſton*, ejusque loco *omnia ſanans* ſubſtituiſſe. Neque Jurisprudentiam a Druidibus ſub viſci ſimulacro fuiſſe adumbratam cui quam perſuadebit Oratio *Fr. Meinardi Friſii* in Academia Pictavienſi habita 6. Idus Octobr. 1609. atque ibidem impreſſa 1614.

Et hujus oblationem virgæ illius germinis ſignum rebantur, ideoque in ſacris repræſentabant illam oblatione viſci. Multa enim ex ſacris deſumpta Gentes adhibebant. Sic in Mithræ ſacris baptiſma, & fractionem panis, & appoſitionem vini cum aqua, ut Juſtin. Matyr. adverſ. Triphon. & in Orat. ad Antonin. Pium. Tertullian. in Apologet. & alii tradunt. Germinis autem illius mentio fit Jeſ. c. IV. v. 1. *Tempore illo erit germen Jehovæ gloriæ & honori.* Et c. XI. v. 1 *nam prodibit virgula e trunco ſucciſo Iſchai, & ſurculus e radicibus ejus effloreſcet.* Jerem c. XXIII. v. 5. *Ecce dies venturi ſunt, dictum Jehovæ, quibus excitabo Davidi germen juſtum.* c XXXIII. v. 22. & 26. Zach c III. v. 8. *Ecce ego adducturus ſum ſervum meum Germen,* c. VI. v. 12. *Ecce virum, cujus nomen eſt Germen.* Nec mirum hoc Celtis innotuiſſe, cum etiam crederent Deum ex virgine naſciturum, de quo ſupra. Ethnici enim retinuerunt amiſſa doctrina vera, de Deo, de doctrina cœleſti, de Sacramentis additis doctrinæ de veris Dei cultibus, mera ſomnia; de externis ceremoniis umbratiles ritus ſacrificiorum, atque eos ipſos multipliciter depravatos, & novorum excogitatione variegatos, atque amplificatos in immenſum. Quod argumentum plenius Peucerus aliquot pag. in l. de Divinat. perſequitur, quem ibidem vide.

1614. 8. cujus Sententiæ momenta expendit Cel. *Keyslerus* l. c. p. 316. ſqq. & non aliunde viſco, querneo inprimis tantum venerationis obtigiſſe, quam a cultu quercuum ipſarum exiſtimat.

Cap. XXXVII.

Selago *herba. Sacra apud Gallos. Mos legendi.*

IN honore etiam habebant aliam herbam Sabinæ herbæ ſimilem, Selaginem * appellatam: ut Plin l. XXIV. c. XI. Nat. Hiſt. tradit: *Legitur ſine ferro dextra manu per tunicam, qua ſiniſtra exuitur velut a furante, candida veſte veſtito, pureque lotis nudis pedibus, ſacro facto, priusquam legatur, pane vinoque. Fertur in mappa nova. Hanc contra omnem perniciem habendam prodidere Druydæ Gallorum, & contra omnia oculorum vitia fumum ejus prodeſſe. Iidem Samolum herbam nominavere naſcentem in humidis, & hanc ſiniſtra manu legi a jejunis contra morbos ſuum boumque, nec aſpicere legentem, nec alibi, quam in canali deponere, ibique conterere licere.* Vide de his Anthologos in herbariis ſuis.

Cap.

* *Sebaſtianus Roulliard* l. c. p. 57. *Selaginem* interpretatur *Sebine*, h. e. venerabilem, eamque imaginem & typum Mariæ virginis fuiſſe exiſtimat, omnia ad Chriſtiana ſacra perperam detorquens. Non magis arridet *Boxhornii* ſententia in Orig. Gall. *Samoli* herbæ nomen, cujus idem *Plinius* l. c meminit, deducentis a ſuperſtitioſo ritu illam legendi ſiniſtra manu, cum Hebræis שמאל *ſemol* vel *ſamol* ſit ſiniſtra manus. Hodiernum Bononienſibus *Pulſatillam* ſub nomine *Samiolo* venire, teſtis eſt adhunc *Plinii* locum *Jac. Dalechampius*, & *Nicol. Chorier* lib. 2. Hiſt. Delph. p. 90. *Selaginem* eſſe *chamæpeucen* exiſtimat.

Cap. XXXVIII.

Verbenæ. Deſcriptio. Sortiuntur his Galli. Mos legendi. In ſacris apud Romanos. Coronati in Jovis ſacris. Veneri ſacra. Ob quam cauſam. Baccho dicata.

SEd & Verbenarum uſus vulgatiſſimus erat apud Druydas, ſeu Celtas, quod & Plin. l. XXV. c. IX. tradit: *Nulla tamen Romanæ nobilitatis plus habet, quam hierabotane. Aliqui Periſterion, noſtri verbenacum vocant. Hæc eſt, quam legatos ferre ad hoſtes indicavimus. Hac Jovis menſa verritur, domus purgantur luſtranturque. Genera ejus duo ſunt;olioſa, quam fœminam putant; mas rarioribus foliis. Ramuli utriusque plures, tenues, cubitales, anguloſi. Folia minora, quam quercus, anguſtioraque, diviſuris majoribus: flos glaucus, radix longa, tenuis. Naſcitur ubique in planis aquoſis Quidam non diſtinguunt, ſed unum omnino genus faciunt, quoniam utraque eosdem effectus habeat. Vtraque ſortiuntur Galli, & præcinunt reſponſa. Sed Magi utique circa has inſaniunt. Hac perunctos impetrare, quæ velint, febres abigere, amicitias conciliare, nullique non morbo mederi. Colligi circa Canis ortum debere, ita ut ne Luna, aut Sol conſpiciat; favis ante & melle terræ ad piamentum datis. Circumſcriptam ferro effodi ſiniſtra manu, & in ſublime tolli. Siccari in umbra, ſeparatim folia, caulem, radicem. Ajuntque, ſi aqua ſpargatur triclinium,*

qua maduerit, lætiores convictus fieri. Adverſus ſerpentes conteritur ex vino. Et apud Romanos maxime in uſu erat, quod paſſim ex Hiſtoricis patet. Apulej. etiam in Apolog. ſic ſcribit: *Si poſueris donum aliquod, ſi ſacrificaveris, ſi verbenam ſumpſeris.* Aræ enim imponebantur verbenæ, quod ex Terent. Andr. act. IV. Sc. IV. patet:

Ex ara hinc ſume verbenas tibi, atque eas ſubſterne.

Vid. Scalig. l.I. c.XXI. Poët. Metrodorus autem in I. quem ſcripſit de conſuetudine, antiquisſimam plantam eſſe myricam tradit, qua etiam Ægyptii per pompam Jovis coronarentur. Quam ſententiam etiam Nicander in Theriacis refert.

Καὶ μυρίκης λάζοιο νέον πανυκαρπέα θάμνον,
Μάντιν ἐνὶ ζώοισι γεράσμιον, ἧ ἐν ἀπόλλων
Μαντοσύνας κορυπαῖος ἐθήκατο, καὶ θέμιν ἀνδρῶν.

Et myricæ ſterilis novum fruticem,
Vatem inter viventes venerandum, cui Apollo
Vaticinii poſuit jura, & juſtitiam homini.

Hæc autem Veneri dicata, ut Pauſanias in Eliacis teſtatur, & Virgil. Ecl. VII. refert:

Popu-

Populus Alcidæ gratiſſima, vitis Jaccho,
Formoſæ Veneri myrtus, ſua laurea Phœbo.

Hac coronatam fuiſſe in celebri illo certamine de Pulchritudine in Idæo monte ſcribit Nicander in Alexipharmacis:

Πρὸς δέ τισοι Δίκτυννα θεὰς ἐχθήρατο κλῶνας,
Ἥρης τ' Ἰμβρασίης μούνης ςέφος οὐχ ὑπέδεκτο,
Κάλλεος οὕνεκα Κύπριν ὅτ' εἰς ἔριν ἠερέθησαν
Ἀθάναται, κόσμησεν ἐν Ἰδαίοισιν ὄρεσσι.

Præterea tuos ramos Dictynna aſpernata eſt,
Junoniſque Imbraſiæ corona non fuit ex hac,
Quod Venerem, cum in contentionem veniſſent
Immortales Deæ, coronaverint in Idæis montibus.

Non autem ſoli Veneri ſacra erat, ſed etiam Baccho, ut Ariſtophanes in Ranis teſtatur:

Ἴακχ' ὦ ἴακχε,
Ἐλθὲ τὸν δ' ἀνὰ λειμῶνα χορεύσων
Ὁσίους ἐς θιασώτας.
Πολύκαρπον μὲν τινάσσων

Ἀμ-

Ἀμφὶ κρατὶ σῷ βρύοντα
Στέφανον μύρτων.

Bacche, Bacche,
Veni per hoc pratum tripudians
Sacros ad initiantes,
Fructiferam concutiens
Circa caput tuum virentem
Coronam myrtorum.

Cap. XXXIX.

Ovum *Serpentis. Mos accipiendi. Effectus ſeu vires. Caduceus Mercurii. Lituanorum* DII & Samogitiorum. *Ominoſus Serpentum occurſus. Ortus Serpentum. Druydarum interitus. Exciſi luci.*

INſuper magno in honore habuerunt ovum ſerpentis, quod Plinius l. XXIX. c. III. ſcribit: „Præterea eſt ovorum genus in magna Galliarum „fama, omiſſum Græcis. Angues innumeri æſtate „convoluti ſalivis faucium, corporumque ſpumis, „artifici complexu glomerantur, * anguinum „appel-

* Verba *Plinii* ita ſupplet *Dalechampius*: *Glomerati generant id, quod anguinum appellatur.* Exſtat in lapidibus e fundamentis Eccleſiæ Cathedralis Pariſ. 1711. erutis imago ſerpentis contra hominem adſurgentis, quæ an ad modum Celtarum ſuperſtitioſum ova ſerpentum colligendi pertineat, ut ſibi perſuadet *Mau-*

„appellant. Druydæ ſibilis id dicunt in ſublime „jactari, ſagoque oportere intercipi, ne tellurem at„tingat. Profugere raptorem equo: ſerpentes enim „inſequi, donec arceantur amnis alicujus interven„tu. Experimentum ejus eſſe, ſi contra aquas „fluitet vel auro vinctum. Atque ut eſt Magorum „ſolertia occultandis fraudibus ſagax, certa Luna „capiendum cenſent, tanquam congruere operatio„nem eam ſerpentium, ſit humani arbitrii. Vidi „equidem id ovum, mali orbiculati modici magni„tudine, cruſta cartilaginis, velut acetabulis bra„chiorum polypicrebris inſigne Druydis. Ad vi„ctorias litium ac Regum aditus mire laudatur: „tantæ vanitatis, ut habentem id in lite in ſinu equi„tem Romanum e Vocontiis, a D. Claudio Prin„cipe interemptum non ob aliud ſciam. Hic ta„men complexus anguium, & efferatorum concor„dia, cauſa videtur eſſe, quare exteræ gentes cadu„ceum in pacis argumentis circumdata effigie an„gui-

Mauturius, penitius eſſet diſquirendum. Notæ ſunt vulgi ſuperſtitiones circa coronas regias ſerpentum, quarum plures tum inter cimelia curioſorum deprehendi, tum etiam posſidet Cel. *Jo. Georg. Keyslerus.* Sunt autem revera nil aliud, quam dentes porcellorum maxillares. De ovo anguino ad hunc *Plinii* locum hæc *Harduinus* p. 681. T. IV. edit. in 4. *Scimus hodieque ſerpentes generis diverſi ac prope innumeras in locum unum convolare ab Idibus Junii ad Idus Auguſtas in Delphinatus Sabaudiæque confinio, ad montem* LA ROCHETTE; *ſpumaque locum opplere qua horrorem incutiat ſpectantibus. Vide Nic. Chorier lib. 2. hiſt. Delph. p.* 91.

„guium fecerint. Nec enim criſtatos eſſe in caduceo „mos eſt. *Hyginus*: Nonnulli cum faciunt caduceos, duos Dracones implicitos virgula faciunt: „quod initium Mercurio pacis fuerat.“ De Lituanis, qui Sarmatæ, ſeu Scythæ, & ipſiſſimi Germani, ſerpentes venerantibus, * cum Plinii addictis conſentit Cromerus l. XV. Hi olim, *inquit*, ſerpentes atque viperas divinitatis non exſortes eſſe credebant, & alebantur quaſi lares quidam familiares in ſingulis domibus atque familiis: & lac eis libabatur, & Galli Gallinacei immolabantur. Eratque inauſpicatum & inæſtimabile toti familiæ, quenquam ex his occidiſſe, aut violaſſe. Et Gaguinus in deſcript. Lituaniæ idem de Samogithis ſcribit: Sunt inter Samogithas agreſtes idolatræ complures, qui Serpentes quosdam, quatuor brevibus lacertarum inſtar pedibus, nigro obeſoque corpore, bivoytas patria lingua dictos, tanquam penates domi ſuæ nutriunt, eosque domo luſtrata certis diebus ad appoſitum cibum prorepentes, cum tota familia, quoad ſaturati in locum ſuum revertantur, timore quodam circumſtantes venerantur. Quod ſi adverſi illis quid acciderit, ſerpentum Deum domeſticum male acceptum ac ſaturatum credunt. *Idem*: Accidit hac noſtra ætate in Lituania ſex a Vilna miliaribus in pago quo-

* Vide huc *Phil. Olearii* Diſſert. de Ὀφιολατρείᾳ Lipſ. 1713. & *Jo. Chriſtoph. Kochii* Diſſ. de cultu ſerpentum apud antiquos. ib. 1718. 4. Conſulendus etiam Cl. *Petrus Zornius* in Biblioth. Antiq. Exeget. T. I. p. 684. ſeqq.

quodam juxta civitatem Troki, quod quidam Chriſtianus ab ejusmodi ſerpentis cultore aliquot alvearia apum emit: quem cum ad verum Chriſti cultum multo labore adduxiſſet, atque ſerpentem, quem colebat, occidere perſuaſiſſet; aliquanto poſt, cum ad viſendas apes ſuas eo reverſus fuiſſet, hominem facie deformatum, ore auretenus miſerabilem in modum deducto offendit. Tanti mali cauſam interrogatus reſpondit: Se, quod Serpenti Deo ſuo domeſtico manus nefarias injeciſſet, ad ſcelus expiandum hac calamitate puniri, multoque graviora, ſi ad priores ritus ſuos non rediret, ſe pati oportere. Eſt quatuor a Vilna miliaribus Lavariski villa regia, in qua a multis adhuc Serpentes coluntur. Veteres autem, ut Anton. Muret. l. IX. c. III. ſcribit, ominoſum eſſe crediderunt occurſum ſerpentis, viam, qua quis iter facturus eſſet, quaſi diſſecantis, exque ea ſuperſtitione dictum ab Horatio eſt:

Rumpat & ſerpens iter inſtitutum.

Typhonem autem veteres fabulantur primum edidiſſe ſerpentem, & quidem ex ſanguine ſuo, ut Acuſilaus ſcripſit: Zenodotus vero Cyrenæus aliam originem adducit. Inquit enim fuiſſe hominem in Attica regione nomine Phalangem, qui ſororem habuit nuncupatam Arachnen. Cæterum Phalanx ubi adoleviſſet, artem militarem a Pallide edoctus fuiſſe dicitur: cum Arachne ſoror omnia illa diligenter didiciſſet, quæ ſpectant ad telæ conficiendæ, & ad ſuendi artificium. At enim cum Phalanx cum ſorore rem habuiſſet, fama eſt ita facti turpitudine commotam eſſe Deam; tamque graviter facinus tuliſſe,

liſſe, ut ambos in ſerpentes verterit. Arachne cum eſſet gravida ex fratre, juſſa eſt a Pallade, non ſine maximo vitæ diſcrimine parere, quare a filiis corroſa fuit: quod etiam cæteris ejusdem generis dicitur poſtmodum accidiſſe. Cæterum hæc Druydarum ſuperſtitio diu duravit, usque ad tempora Tiberii Cæſaris, qui ſuſtulit, ut Plin. l. XXX. c. I. ait, Druydas eorum, & hoc genus vatum, Medicorumque. Tac. Ann. l. XIV. *Igitur Monam Inſulam incolis validam & receptaculum perfugarum aggredi parat, naveſque fabricatur plano alveo adverſus breve littus & incertum. Sic pedites transmiſſi: equites vado ſequuti; aut altiores inter undas, adnatantes equis transmiſere. Stabat pro littore diverſa acies, denſa armis, viriſque, intercurſantibus fœminis, in modum Furiarum, veſte ferali, crinibus dejectis faces præferebant. Druydæque circum preces diras ſublatis ad cœlum manibus fundentes, novitate adſpectus perculere militem: ut quaſi hærentibus membris, immobile corpus vulneribus præberent. Dein cohortationibus Ducis, & ſe ipſi ſtimulantes, ne muliebre & fanaticum agmen paveſcerent: inferunt ſigna, ſternuntqe obvios, & igni ſuo involvunt. Præſidium poſthac impoſitum victis, exciſique luci ſævis ſuperſtitionibus ſacri. Nam cruore captivo adolere aras, & hominum fibris conſulere Deos, fas habebant.*

Cap.

Cap. XL.

Vaties ſacerdotum aliud Genus. Officium. Apollinis Iſmenii divinatio. Mos Indorum conſulendo ſacerdotes de eventu rerum. Tamaraka & Maraka.

ET hæc ſunt, quæ de Druydis apud Authores, quorum ſcripta ad manus noſtras pervenerunt, ſparſim reperiuntur. Præter eos autem erant & alii ordines; inter quos eminebant illi, qui Vaties dicebantur. Horum Strabo l. IV. Geogr. mentionem facit; Apud tres omnes paſſim nationes eximio in honore ſunt Bardi, Vaties, Druydæ. Vaties autem ſacrificiorum naturaliumque cauſarum curæ dediti. *Diodor. Sic. lib V. Biblioth.* Sunt etiam Vaties magnæ apud illos exiſtimationis; qui ab auſpiciis & victimarum extis de futuris divinant, eisque plebs univerſa morem gerit; imprimis ubi de magni momenti rebus conſultatio incidit. Et hi forſan iidem erant cum Romanorum Vatibus; quorum munus Orpheus hiſce tradidit in Argonaut.

Ἀμφὶ δὲ μαντείης ἐδάην πολυπείρονας ὄρμους,
Θηρῶν τ' οἰωνῶν τε καὶ ἣ σπλάγχνων θέσις ἐστίν.
Ἥ δ' ὅσα θεσπίζουσιν ὀνειροπόλοισιν ἀταρποῖς
Ψυχαὶ ἐφημερίων, ὕπνῳ βεβολημέναι ἦτορ.
Σημείων τεράτων τε λύσεις, ἄστρων τε πορείας.
Multas vatum ac varias leges perdidici,
Quæ animalium, volucrumque, extorumque poſitio eſt,

Et quæ divinant inſomniis gravibus
Animæ hominum, ſomno delibutæ;
Signorum, monſtrorumque reſolutiones, aſtrorumque vias.

Et Maro Æn. III. hoc modo deſcribit:

Trojugena interpres Divum, qui numina Phœbi,
Qui tripodas, Clarii lauros, qui ſidera ſentis,
Et volucrum linguas & præpetis omina pennæ.

Memorant Apollonium Thyaneum * avium omnium voces intelligere ſolitum, quem ajunt aliquando paſſeres lætantes intuitum dixiſſe præſentibus non paucis, illos ſignificaſſe cæteris aſinum collapſum, milium quod portabat, diſrupto ſacco effudiſſe, quare eſſe unde uberrime paſcerentur. Illud cum viſum eſſet miraculum audientibus, ajunt nonnullos ſtudioſe ſpectatum accurriſſe an vera eſſent, quæ nunciarentur, atque inveniſſe ſicuti ab Apollonio dictum fuerat. Apollinis autem Iſmenii divinatio non fiebat per reſponſa, ſed per illa animalia, quæ comburebantur, Sacerdotes futura divinabant, ut ait Sophocles enarrator. De Indorum Sacerdotibus

* De ejus teleſmatis magicis vid. *Mich. Glycas* p. 239. annal. *Jo. Malala* in chron. p. 342. *Petr. Frid. Arpius* Libro de Talismanibus Cap. I. p. 24. ſqq. & Abbas doctiſſimus *Jo. Laur. Mosheimius* in Epiſtola ad Cel. *Matur. Veiſſiere la Croze*, de Imaginibus teleſticis, quas Apollonius Tyanæus confeciſſe dicitur. Biblioth. Brem. Claſſ. III. p. 1. ſqq.

bus modernis Nicolaus de Monardis in lib. de herbis Indicis hæc ſcribit: *Apud Indos moris erat Sacerdotes de bellorum eventu, aliisque magni momenti negotiis conſulere. Conſultus Sacerdos Tabaci plantæ folia ſicca urebat, & eorum fumum tubulo ſeu cannula quadam in os excipiebat, deinde quaſi in ecſtaſin quandam raptus cadebat, omni motu privatus; ſicque permanebat aliquamdiu. Diſcuſſa ejus fumi facultate ad ſe redibat, referebatque negotium cum dæmone contuliſſe; & reſponſa dabat ambigua, ut, utcumque eventus ſuccederent, illis facile perſuaderet, ſic ſe prædixiſſe: eoque modo barbaros illos homines miſere decipiebant. Cæterum vulgus etiam Indorum eum fumum per os & nares recipit animi gratia, cum inſomnia videre interdum & extra ſe quaſi capi volunt, & vera de ſuorum eventu negotiorum ex inſomniis, quæ illis apparuerint, pronunciaturi.* Thevet. autem in hiſt. Ind. alium quendam, & vere ridiculum ritum conſulendi Deos, itemque vaticinandi tradit. Eſt, *inquit*, inter reliquas arbores, quas apud Canibales invenire eſt, Cohyne, cujus fructus cucurbitæ minori, aut Peponi, quem Citrullum vocant, haud abſimiles, oblonga ovali forma, quali ſcilicet Struthionum ova ſunt: In cibos haud quaquam admittitur: ſed ejus aſpectus oculis gratiſſimus, præſertim onuſta arbore. Cannibales ex eo vaſcula conficiunt: ſed tamen & eum ad ſuperſtitionis genus ſervant. Siquidem huic pulpa exempta granis Mayzi, lapillisve aut re ſimili implent, variisque plumarum generibus ſuperne exornant; deinde inferiori parte pertuſum bacillo adaptant,

quem terræ infigunt. Hujusmodi fructus binos aut ternos in ſingulis tuguriis ſervare magna cum reverentia apud eos moris eſt. Exiſtimant enim, cum hunc fructum (quem Maraka & Tamarika nuncupant) manibus pertractant, crepitantem ob Mayzi grana injecta audiunt, cum ſuo ſe Toupan, id eſt, Deo ſermones conferre, atque ab eo quædam reſponſa accipere, ſic a ſuis Paygi (divinatorum genus eſt, qui ſuffitu herbæ Petum & quibusdam obmurmurationibus illorum Tamarica divinam facultatem tribuere perhibent) perſuaſi. Sed hæ *divinationes*, ut ait Apollonius Attalicus in l. II. *compoſitiones*, tanquam infidæ, ac plerumque vanæ relinquendæ ſunt, & inprimis quæ fiunt per phyſiognomiam, aſtragulos, circulos, terram, cribrum, formam, ignem, pelvim, aquam, manum, caſeum, ac mortuos evocatos.

Cap. XLI.

Bardi. *Inſtrumenta eorum. Aſpendii Cythariſtæ. Inventores Lyræ. Poëtæ Germanorum. Carmina Barditus. Animant pugnantes carminibus ſuis.* Der Bardencreich. *Ars præſtantiſſima Poëtica.*

TErtium genus Sacerdotum apud eos erant Bardi. * Strabo l. IV. Geogr. „Bardi laudationibus, rebusque poëticis ſtudebant. D*iodorus Sic. l. V.*

* Quæ ad Bardorum Celticorum quondam literatorum & Poetarum hiſtoriam ac etymum ſpectant, abunde *Gyral-*

l. V. Bibl. Sunt etiam apud hos carminum melicorum Poëtæ, quos Bardos nominant. Hi ad inſtrumenta Lyris non diſſimilia aliorum laudes, aliorum vituperationes decantant. *Ammian. Marcell. l. V.* Bardi virorum fortium res egregie geſtas heroicis verſibus incluſerunt, & ſuavi cantu ad Lyram cecinerunt. *Modum autem hunc canendi Aſconius in Cicer. III. Verrin. tradit:* Cum canunt Cythariſtæ, utriusque manus funguntur officio. Dextra plectro utitur, & hoc eſt foris canere: ſiniſtrâ digitis chordas carpit: & hoc eſt intus canere. Difficile autem quod Aſpendius cithariſta faciebat, ut non uteretur cantu utraque manu, ſed omnia, id eſt, univerſam cantionem, intus & ſiniſtra tantum manu complecteretur. Vnde omnes quotquot fures erant, a Græcis Aſpendii Cythariſtæ in proverbio dicebantur, quod ut ille carminis, ita iſti furtorum occultatores erant. *Lyras autem inveniſſe Sirenes * Orpheus in Argonaut. tradit:* Rr 3 Αη

Gyraldus Oper. T. II p. 34. ſqq. *Picardus* priſc Celtopæd. L. 2. p. 72. ſqq. *Goropius* Hierogl. L. II. p. 179. *Sorieckius* Orig. & rer. Celt. & Belg. L. 4. p. 103. *Pontanus* Gl. priſco-Gall. p. 202. *Cluverius* Germ. Antiq. L. 24. p. 162. ſq. *Meibomius* Rer. Germ. III. 56. *Altesserra* 2. Rer. Aquitan. 8. p. 135. ſqq. *Voſſius* Etymolog. p. 75. *Bochartus* Oper. I. p. 666. 1291. *Boxhornius* Orig. Gall. p. 51. *Saubertus* de ſacrific. Vet. p. 163. ſſ. *Sheringhamius* de Angl. gent. Orig. p. 106. 107. *Thomaſius* de vagant. Scholaſt. §. 154. ſſ. *Menagius* Orig. L. Gall. p. 19. a *Hertius* Notit. vet. Germ. Pop. p 2. & inprimis *Jo. Lauterbach* Diſſ. de carminibus vet. Germ. ed. Jen. 1698. 4. evolverunt.

* De Sirenum forma præter *Spanhemium* Diſſ. III. de Præſt.

Δὴ τότε φορμίζοντος ἀπὸ σκοπέλου νιφόεντος,
Σειρῆνες θάμβησαν ἑὴν δ' ἄμπαυσαν ἀοιδὴν,
Καὶ ῥ' ἡ μὲν λωτοὺς, ἡ δ' αὖ χέλυν ἔκβαλε χειρῶν.
Dum ille cytharam pulſat a ſcopulo nivoſo,
Sirenes tenuerunt ſuam cantionem mirantes,
Et illa quidem lotos, illa vero chelyn e manibus fecit.

Et illa carmina:

Quod tuba, quod litui, quod cornua rauca queruntur:
Quodque foraminibus tibia mille ſonat.
Quodque leves calami, quod ſuavis cantat Aëdon,
Quod Lyra, quod citharæ, quod moribundus olor.

Leoches in parva Iliade:

Σειρήνων μετέπειτ' ἐσαφίξεαι ἁλμυρὸν ὕδωρ,
Σειρήνων γλυκερῇσιν ἀοιδαῖς δηλήσαντο
Καὶ πλείστους ναύτας, ὧν πύθεται ὀστέα λευκά.
Sirenum poſtea advenies ad ſalſum mare,
Sire-

Præſt. & Uſu Numiſmat. p. 223. ſqq. edit. in 4. adeundi viri doctiſſimi *Gub. Cuperus* in Apoth. Homeri p. 263. *Laur. Begerus* T. III. Theſauri Brandenb. p. 371. & ad tabulam Iliacam n. 69. & in commentario de Ulyſſe Sirenes prætervecto, ex delineatione *Pighiana*, *Claudius Nicaſius* in diſſ. edita Pariſiis A. 1691 4. Les Sirenes ou diſcours ſur leur forme & figure, *Janus Brouckhuſius* ad *Tibullum* p. 362. *Montfauconus* in Diario Italico p. 191. &c.

Sirenum, quarum dulcis cantus exitioſus fuit
Multis nautis, quorum terra albet oſſibus.

Cantus enim earum celeberrimus erat & dulciſſimus, ut Agathias in hiſce teſtatur:

Ἤματι γὰρ σέο φέγγος ὁμοῖιον, ἀλλὰ τὸ μέν πȣ
Ἄφθογγον. σὺ δέ μοι καὶ τὸ λάλημα φέρεις,
Κεῖνο τὸ σειρήνων γλυκερώτερον.

Iaculo vero tuus ſplendor ſimilis, ſed quidem
Mutum. tu vero mihi ita loqui videris,
Quale Sirenum dulciſſimum.

Ariſtænetus: ἡνίκα δὲ φθέγγεται βαβαὶ, ὅσαι τῆς ὁμιλίας αὐτῆς αἱ Σειρῆνες, id eſt, *rurſum vero loquebatur tam ſuave, quales in ipſa converſatione Sirenes.* Petronius Arbiter:

Sirenum cantus, & mollia plectra Thaliæ
Ad vocem tacuiſſe reor.

Sed ad Bardos revertor. Horum etiam Lucanus lib. I. Pharſ. hiſce meminit:

Vos quoque qui fortes animas, belloque peremptas
Laudibus in longum vates dimittitis ævum:
Plurima ſecuri fudiſtis carmina Bardi.

Georgius Buchan. l. II. R. Scotiar. Idem quoque vatum apud Gallos & Britannos in ſummo fuit honore, quos utique Bardos vocabant. Horum & functio & nomen adhuc perſeverat apud omnes nationes, qui veteri Britannorum lingua utuntur, tantusque eis honos multis in locis habetur, ut & ipſi ſacroſancti, & eorum domus pro aſylo ſint: & inter infeſtiſſimos hoſtes, ubi crudeliſſime & bellum geri-

tur, & victoria exercetur, perpetua ſit eis, eorumque comitibus, ultro citroque commeandi poteſtas. Nobiles eos ad ſe ventitantes & honorifice ſuſcipiunt, & munifice demittunt. Carmina autem non inculta fundunt, quæ Rhapſodi proceribus, aut vulgo audiendi cupido recitant, aut ad muſicos organorum modos canunt. Plurima ex veteribus inſtitutis adhuc manent, nec quicquam fere in Hibernia, niſi in ceremoniis & religionis ritibus eſt mutatum. Tacitus in l. de Mor. Germ. *Celebrant antiquis carminibus (quod unum apud eos memoriæ & annalium genus eſt) Tuiſconem.* Idem l. II. Annal. *Caniturque adhuc barbaras apud gentes Harminius Græcorum annalibus penitus ignotus, qui ſua tantum mirantur: Romanis haud perinde celebris, dum vetera extollimus, recentium incurioſi.* Eginhardus in vita Caroli M. *Barbara & antiquiſſima carmina, quibus veterum Regum actus & bella canebantur, ſcripſit, memoriæque mandavit.* Tacit. in l. de Mor. Germ. *Sunt illis hæc quoque carmina, quorum relatu quem Barditum vocant, accendunt animos, futuræque pugnæ fortunam ipſo cantu augurantur. Terrent enim trepidantve, prout ſonuit acies. Nec tam vocis ille, quam virtutis concentus videtur. Affectatur præcipue aſperitas ſoni, & fractum murmur, objectis ad os ſcutis, quo plenior & gravior vox repercuſſa intumeſcat.* Quem clamorem ideo Barditum * fuiſſe dictum

* De illo Germanorum barritu vide *Lipſium* de mil. L. IV. c. XI. & in *Tac.* de German. l. 3. *Paſſenrodium* de mil. Græc. & Roman. L. V. c. 8. *Cluverii* Germ. Antiq. L. I.

ctum auguror, quod a Bardis carmina illa compoſita fuerint; & Bardis ipſis committerentur acies, & carminibus ſuis ad virtutem bellicam inſtigarent. Patet hoc ex Diodor. Sicul. l. V. Aciebus mixtos errare, qui vel dirimant certamina vel inſtigent. Fortia enim facta parentum canebant, & virtute patrum ſtimulabant juvenum bellicoſa corda. Iornandes de Gothis: *In priſcis eorum carminibus hiſtorico pene ritu recolitur.* In vicinia etiam noſtra circa Albim civitas olim ſita fuit, dicta Bardovicus: quia ibi Bardi degebant, Der Bardencreich. Hanc ſuccedente tempore deſtruxit Henricus Leo. Vicus nunc tantum eſt: ſic omnia fatum mutat. Natura ſane cupiditatem ſcientiarum & cognoſcendæ virtutis humanis mentibus inſevit, unde ad quodvis aggrediendum, tanquam vi occulta rapimur. Hinc Aventin. l. I. Annal. Bojor. dicit, nullam gentem tam barbaram fuiſſe, quæ non ſuo more, & patria lingua Annales de rebus geſtis compoſuerit. Virtutis enim

 pul-

L. I. c. 51. *Morhofium* de Germ. Poeſi p. II. c. 6. *Marcellum Donatum* in dilucid. in *Tac.* in face *Gruteri* T. VI. p. 208. ſqq. *Berneggeri* quæſt. miſc. in Tac. c. 8 *Stewechium* ad *Veget.* de re Mil. L. III. c. 18. *Phil. Camerarium* in horis ſubc. L. I. c. 77. *VVaræum* in Ant. Hibern. c. 22. *Lydium* de re Mil. L. IV. c. III. p. 159 ſq. Doctiſſimo *Theodoro Haſæo* in Notis ad Disquiſit. Hiſt. *Gerhardi a Maſtricht* de Joduta, quæ inſ. Bibl. Brem. Claſſ. VII. Faſc. 3. p. 514. ſit veroſimile vocem hanc originem accepiſſe ex ipſo ſono, quem emittebant, prælium ituri *Bar*, vel *Phar*, vel *Farah*; Id enim quoque veteribus Hibernis in uſu fuiſſe teſtatur *Camdenus* in L. de Hibernia, & *Jac. VVaræus* in Antiq. Hibern. c. 22.

pulcerrima gloria, quæ ignarum quamvis ad Virtutem inſtigare poteſt. Albert. Cranz. inſuper affirmat,ſe in componendis hiſtoriis antiquorum carminibus uſum. Et hæc nobiliſſima ars, quæ multis mehercule de cauſis, ut Polydor. Virgil. l. I. c. VIII. de Inv. rer. ſcribit, reliquas antecedit diſciplinas, vel quia homines nullam pene artem aſſequi poſſunt, niſi in illam diu incubuerint, vel quod ſcientias fere, ut Strab. l. I. Geogr. adverſus Eratoſthenem demonſtrat, in ſe continet omnes: vel demum quod ex omnibus artibus, quæ ab humani ingenii excellentia proficiſcuntur, ſola Poëtica divino furore percipitur.

Cap. XLII.

Samothei. *A Samothe. Philoſophi olim Regibus chari. Authoritas eorum. Iuliani factum. Hiſtoriæ ediſcendæ. Quia utiles. Nullus olim Romanorum Impp. illiteratus.*

HIs annumeratur & quartus ordo, Samotheorum nempe. De quibus præter nudum nomen nihil memorabile occurrit. Georgius Morellius Tilian. in Tab. Philoſ. ex Laërtio adducit: Druydæ & Samothei apud Celtas philoſophantur. Clemens Alexandr. l. I. Strom. meminit ſub nomine Semanæorum ſic ſcribens: Philoſophiæ autem præfuerunt & Ægyptiorum Prophetæ, & Aſſyriorum Chaldæi, & Gallorum Druydæ, & Semanæi Barbarorum & Celtarum ii, qui Philoſophati ſunt, & Perſarum

ſarum Magi. Semanæi autem hi, ut Bardeſanes Babylonius Hiſtoricus refert, tantæ erant continentiæ, ut licet exquiſitiſſimis veſci potuiſſent cibis, arborum tamen pomis tantum uterentur. Inſtitutos autem puto a Samothe Dite, qui alio quidem nomine Tuyſcon dictus, quod nomen etiam ipſum oſtendit. Philoſophos autem fuiſſe, Clementis Alexandrini adducta verba teſtantur: quos ideo inſtitutos arbitror, quia Reges maxime eruditorum indigent, quod Dionis Chryſoſtomi Oratio optime teſtatur: Τῶν γὰρ πεπαιδευμένων, ἐν τοῖς μεγίστοις δέονται συμβέλοις σφίσι γίγνεσθαι, καὶ τοῖς ἄλλοις προστάττοντες, αὐτοὶ παρ' ἐκείνων πρόσταγμα λαμβάνουσιν ἃ δεῖ πράττειν, καὶ τίνων ἀπέχεσθαι. ὥσπερ τὸν Ἀγαμέμνονα Ὅμηρος φησὶν ἃ δεῖ προσδεῖσθαι τῇ γνώμῃ τοῦ Νέστορος. καὶ ὁσάκις αὐτῷ συμβουλεύοντι μὴ ἐπείσθη ὀδύρεσθαι, καὶ παραχρῆμα μετανοεῖν. Φίλιππος δὲ ὃς δοκεῖ δεινότατος γενέσθαι τῶν βασιλέων, Ἀριστοτέλην ἐπεγάγετο τῷ υἱεῖ Ἀλεξάνδρῳ διδάσκαλον καὶ ἄρχοντα. ὡς αὐτὸς ὢν οὐχ ἱκανὸς παιδεῦσαι τὴν βασιλικὴν ἐπιστήμην, ἀλλὰ τῶν μὲν ἄλλων Μακεδόνων καὶ Θρακῶν καὶ Ἰλλυριῶν, καὶ τῶν Ἑλλήνων ἁπάντων ἠξίου ἄρχειν. τὸν δὲ υἱὸν, ἑτέρῳ παρεδίδου ἀχθησόμενον. καὶ τοσαύταις μυριάσι προστάττων, ἑνὶ ἐκείνῳ προστάττειν οὐχ ὑπέμενεν. οὐ γὰρ ἴσον ἡγεῖτο κίνδυνον εἶναι αὐτῷ, εἰ περὶ τοὺς ἄλλους ἐξαμαρτάνοι, ἢ εἴτις περὶ τὸν υἱὸν, καὶ τὸν πρώτερον αὐτὸς ἐν Θήβαις ὁμηρεύων, Πελοπίδα τε συνῆν, ἀνδρὶ πεπαιδευμένῳ. ὥστε καὶ ἐραστὴν ἔφασαν αὐτοῦ τὴν Πελοπίδα γενέσθαι. καὶ Ἐπαμινώνδου ταῦτα ἔργα ἑώρα, καὶ τῶν

λόγων

λόγων δὲ ἥκουσιν, ὡς οὐκ ἀπὸ ταυτομάτου. τοσοῦτον ἴσχυσαν ἐν τοῖς Ἕλλησι, καὶ τοσαύτην μεταβολὴν ἐποίησεν, ὥστε καταλῦσαι Λακεδαιμονίους τοσοῦτον χρόνον ἄρχοντας. καὶ ἀλλὰ Λύσιδι ὁμιλήσας τῷ Πυθαγόρου μαθητῇ. ὅθεν, οἶμαι, πολὺ διήνεγκεν ὁ Φίλιππος τῶν πρωτέρων ἐν Μακεδονίᾳ βασιλευσάντων. ἀλλ' ὅμως τοιαύτης παιδείας ἐπιτυχὼν, οὐκ ἐθάῤῥει τὸν Ἀλέξανδρον αὐτὸς διδάσκειν, *id eſt*, Eruditis enim opus habent Reges maximis in rebus, ut ſibi ſint a conſiliis, cumque aliis mandata dent, ipſi ab illis mandata accipiunt, quæ facere & a quibus abſtinere conveniat. Quemadmodum Homerus Agamemnonem ait indiguiſſe Neſtoris conſilio, & quoties illi conſulenti non obtemperavit, lamentatum eſſe confeſtimque pœnituiſſe. Philippus autem qui videtur callidiſſimus fuiſſe Regum, aſcivit filio Alexandro Ariſtotelem magiſtrum & principem, eo quod ipſe ad docendam Regiam artem idoneus non eſſet: ſed aliis quidem, Macedonibus, & Thracibus & Illyriis, omnibusque Græcis volebat imperare: filium autem alterius tradidit imperio erudiendum, & quum tot hominum millibus mandata daret, ſoli illi mandata dare non ſuſtinuit. Nec enim æquale ſibi diſcrimen putavit eſſe, ſi circa alios delinqueret, atque ſi quis circa filium. Et ipſe quidem antea, Thebis quum eſſet obſes, verſatus erat apud Pelopidam, hominem eruditum, ita ut & illius amatorem Pelopidam fuiſſe dicant: & Epaminondæ facta viderat, audieratque ſermones: unde & intellexit eum non absque cauſa tantum valuiſſe inter Græcos, tantamque rerum feciſſe mutationem, ut

Lace-

Lacedæmon. deſtrueret imperium, quod tanto tempore duraverat: ſed & cum Lyſide conſuetudinem habuit, Pythagoræ diſcipulo. Vndo opinor multum præſtitit Philippus prioribus in Macedonia Regibus. Attamen talem nactus eruditionem, non auſus fuit Alexandrum ipſe docere. Memorabilis ſane Philippi epiſtola, qua ſic ad Ariſtotelem ſcribit: ἴσθι μοι γεγονότα υἱόν. πολλὴν οὖν τοῖς θεοῖς χάριν ἔχω, οὐχ οὕτως ἐπὶ τῷ γενέσει τοῦ παιδὸς, ὡς ἐπὶ τῷ κατὰ τὴν σὴν ἡλικίαν αὐτὸν γεγονέναι. ἐλπίζω γὰρ, αὐτὸν ὑπό σου τραφέντα καὶ παιδευθέντα ἄξιον ἔσεσθαι, καὶ ἡμῶν, καὶ τῆς τῶν πραγμάτων διαδοχῆς· hoc eſt: *Scito mihi filium natum eſſe. Maximam igitur DIIS gratiam habeo, non tam ob nativitatem filii, quam quod in tuam ætatem ejus naſcendi tempus incidit. In ſpem enim venio, eum tua educatione atque inſtitutione, dignum nobis & regni ſucceſſione evaſurum.* Vti & Monarchæ illius Perſici ad Xenonen Philoſophum: ἐγὼ τύχῃ μὲν καὶ δόξῃ νομίζω προτερεῖν τοῦ σοῦ βίου, λόγων δὲ καὶ παιδείας καθυστερεῖν, καὶ τῆς τελείας εὐδαιμονίας, ἣν σὺ κέκτησαι, διόπερ ἔκρινα προσφωνῆσαί σοι παραγίνεσθαι πρὸς ἐμὲ, πεπεισμένος σε μὴ ἀνταιρεῖν πρὸς τὸ ἀξιούμενον. σὺ οὖν πειράθητι ἐκ παντὸς τρόπου συμμίξαι μοι, διειληφὼς τοῦτο, διότι οὐχ ἑνὸς ἐμοῦ παιδευτὴς ἔσῃ, πάντων δὲ Μακεδόνων συλλήβδην. ὁ γὰρ τὸν τῆς Μακεδονίας ἄρχοντα καὶ παιδεύων καὶ ἄγων ἐπὶ τὰ κατὰ ἀρετὴν, φανερός ἐστι καὶ τοὺς ὑποτεταγμένους παρασκευάζειν πρὸς εὐανδρίαν. οἷος γὰρ ἂν ὁ ἡγούμενος ᾖ, τοιούτους εἰκὸς ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ γίγνεσθαι

γίγνεσθαι καὶ τοὺς ὑποτεταγμένους: id eſt: *Ego fortuna quidem & gloria vitam tuam anteire exiſtimo: cæterum diſciplinis, ſtudiisque liberalibus & perfecta felicitate, quam tu poſsides, longe abs te præcelli ſentio. Quocirca te orare ſtatui, uti ad me proficiſcaris: id mihi perſuadens, te preces meas minime irritas fieri paſſurum. Tu igitur modis omnibus nitere, ut tuo contubernio fruamur; certo ſciens, mei non tantum, ſed omnium ſimul Macedonum eruditorem fore. Nam qui Macedoniæ Regem erudit, atque in virtutem imbuit, eum & ſubditos quoque inſtruere ad fortitudinem & probitatem certum eſt. Cujusmodi enim fuerit Dux, tales ut plurimum ſubditos fieri neceſſe eſt: Vale.* Cujus etiam egregiam mentem Plutarchus refert in Alex. Ἀριστοτέλη δὲ θαυμάζων καὶ ἀγαπῶν οὐχ ἧττον (οἱ αὐτὸς ἔλεγεν) τοῦ πατρὸς, ὡς δι' ἐκεῖνον μὲν ζῶν, διὰ τοῦτον δὲ καλῶς ζῶν, *Ariſtotelem ſuſpexit & carum habuit, non ſecus* (ut ipſemet dicebat, *quam parentem, quod hujus beneficio viveret, illius honeſte viveret.* Et Plin. l. VII. c. XXIX. *Inter ſpolia Darii Perſarum Regis unguentorum ſcrinio capto, quod erat auro gemmiſque ac margaritis precioſum, varios ejus uſus amicis demonſtrantibus (quando tædebat unguentorum bellatorem, & militia ſordidum) imo Hercule,* inquit, *librorum Homeri cuſtodiæ detur: ut precioſiſſimum humani animi opus, quam maxime divite opere ſervaretur. Idem Pindari vatis familiæ penatibusque juſſit parci, cum Thebas caperet.* Cneus etiam Pompejus memorandus, qui dicente Plinio, confecto Mithridatico bello, intraturus Poſidonii ſapientiæ profeſſione clari domum, fores

per-

percuti de more a lictore vetuit, & faſces lictorios januæ ſummiſit is, cui ſe Oriens Occidensque ſubmiſerat, Ælianus l. VII. c. XV. var. hiſtor. refert de Mitylenenſibus, rebellibus impoſuiſſe leges, quibus vetabant, ne literas liberos ſuos docerent : ἡνίκα τῆς θαλάσσης ἦρξαν Μιτυληναῖοι, τοῖς ἀφισαμένοις τῶν συμμάχων τιμωρίαν ἐκείνην ἐπήρτησαν, γράμματα μὴ μανθάνειν τοὺς παῖδας αὐτῶν, μὴ δὲ μουσικὴν διδάσκεσθαι: πασῶν κολάσεων ἡγησάμενοι βαρυτάτην εἶναι ταύτην, ἐν ἀμαθίᾳ καὶ ἀμουσίᾳ καταβιῶναι, i. e. *Cum maris imperium tenerent Mitylenenſes, ſociis qui deſciſcebant, hanc pœnam impoſuerunt, ut liberos ſuos non docerent literas, neque artes liberales; omnium ſuppliciorum hoc graviſſimum judicantes, in inſcitia & ignorantia artium liberalium vitam tranſigere.* Videbant enim nullam Rempublicam ſalvam fore, in qua virorum doctorum egeſtas eſſet. Hinc Julianus Apoſtata, ne Chriſtiani ex lectione Poëtarum Ethnicorum eorum religionem frivolam demonſtrarent, vel penitus tollerent, præcepit, ne quis eos revolveret; ut Ammian. Marcellin. l. XXV. ſcribit: *Jura condidit non moleſta; abſoluta quædam jubentia fieri vel arcentia: præter pauca: inter quæ erat inclemens, quod docere vetuit magiſtros Rhetoricos & Grammaticos, Chriſtianos, ni tranſiſſent ad Numinum cultum.* Nimirum credebatur ipſis tritum illud:

Διπλοῦν ὁρῶσιν οἱ μαθόντες γράμματα.

Duplum vident, quam alii, ſcientes literas.

Iſocrates eleganter ſcribit : τοὺς μὲν γὰρ ἰδιώτας ἐστὶ πολ-

πολλὰ τὰ παιδεύοντα καὶ μάλιστα μὲν τὸ μὴ τρυφᾷν, ἀλλ' ἀναγκάζεσθαι περὶ τοῦ βίου καθ' ἑκάστην ἀγωνίζεσθαι τὴν ἡμέραν. ἔπειθ' οἱ νόμοι, καθ' οὓς ἕκαστοι πολιτευόμενοι τυγχάνουσιν, ἔτι δ' ἡ παῤῥησία, καὶ τὸ φανερῶς ἐξεῖναι τοῖς ἐχθροῖς ἐπιθέσθαι τῶν ἀλλήλων ἁμαρτίαις. πρὸς δὲ τούτοις, τινὲς καὶ τῶν ποιητῶν, τῶν προγεγενημένων, ὑποθήκας, ὡς χρὴ ζῆν, καταλελοίπασιν. ὥστ' ἐξ ἁπάντων τούτων εἰκὸς αὐτοὺς βελτίους γίνεσθαι. τοῖς δὲ τυράννοις οὐδὲν ὑπάρχει τοιοῦτον: ἀλλ' οὓς μᾶλλον ἔδει τῶν ἄλλων παιδεύεσθαι, ἐπειδὰν εἰς τὴν ἀρχὴν κατασταθῶσιν, ἀνουθέτητοι διατελοῦσιν. οἱ μὲν γὰρ πλεῖστοι τῶν ἀνθρώπων αὐτοῖς οὐ πλησιάζουσιν, οἱ δὲ συνόντες, πρὸς χάριν ὁμιλοῦσιν: *Nam privatos homines permulta ſunt quæ erudiant; atque inprimis vita expers deliciarum, & quotidiana de parando victu quaſi dimicandi neceſſitas. Deinde leges, quibus in ſuis quique civitatibus reguntur: præterea libertas illa, quæ palam & amicis objurgare invicem, & inimicis exagitare delicta licet: denique Poëtæ quidam veteres præcepta de vivendi ratione reliquerunt. Quibus rebus omnibus conſentaneum eſt, eos fieri meliores. Principibus autem nihil ejusmodi contingit: ſed quos omnium maxime inſtitui conveniebat, hi mox ſuſcepto principatu, ſine ullis monitoribus ætatem exigunt. Perpaucis enim ad eos patet aditus: qui vero familiariter cum eis vivunt, hi ad gratiam & dicunt & faciunt omnia.* Hinc Demetrius Phalereus Ptolemæum Regem hortabatur, ut liberos de regno ſcriptos emeret ac legeret. Nam de quibus amici Reges admonere non

non auderent, ea in libris eſſe ſcripta. Ad hanc enim non modice conducit excolendam virtutem Hiſtoria, quæ utiliſſima non tantum plebeis, ſed etiam Regibus : de cujus emolumento cunſule præter alios Diodorum Sic. l. I. Biblioth. Polyb. l. III. Hiſtor. Muſon. apud Stobæum. *Nec enim, ut Vegetius ait, quenquam magis decet, vel meliora ſcire, vel plura, quam Principem, cujus doctrina omnibus poteſt prodeſſe ſubjectis.* Quod multis ante ſeculis Evagoræ Regi inculcarat Iſocrates : *ὡς ἅπασι μὲν προσήκει περὶ πολλοῦ ποιεῖσθαι τὴν φρόνησιν. μάλιστα δ᾽ ὑμῖν : τοῖς πλείστων κυρίοις οὖσι : nam cum omnibus convenit magnifacere ſapientiam : tum vobis imprimis, qui in multos habetis imperium.* Sidon. Appollin. mentione Arbogaſti facta: *Par ducibus antiquis lingua, manuque, quorum dextera ſolebat non minus ſtylum tractare, quam gladium.* Et nullus Romanorum Imp. aut ducum, dum eorum Reſpublica viguit, illiteratus exſtitit. Quod Themiſtius in Orat. ad Valentem Imp. hiſce elegantibus declarat verbis: *Φιλοσοφίαν τοίνυν, ὦ βασιλεῦ, ἅπαντες μὲν ᾐδέσθησαν, ὥσπερ τι πάτριον ἱερὸν, οἱ σὺν νόμῳ τὰς βασιλείας διαδεξάμενοι. πολλοὶ δὲ καὶ συμπαρέλαβον ἐπιστατοῦσαν, καὶ τοῦ βίου σφῶν προεστήσαντο. οἷς ἐκτιννύει τὰ γινόμενα χαριστήρια, ἀνεξάλειπτον αὐτῶν τὴν ἀγαθὴν μνήμην τῷ παντὶ χρόνῳ συμπαραπέμπουσα. καὶ γὰρ ὅστις ἔδοξεν οὐ πρὸ πολλοῦ περιορᾷν ἀδικουμένην, οὐκ αὐτός τι κακὸν ἐργασάμενος, ἀλλ᾽ ὅτι προΐκατο μόνον καὶ περιεῖδεν, ὅμως οὐκ ἀνταναφέρει τῇ λοιπῇ δόξῃ πρὸς ταύτην μόνην τὴν δυσφημίαν,* i.e. *Philoſo-*

phiam igitur, ô Rex, velut numen quoddam patrium & proavitum omnes reveriti ſunt, qui legitime regna ſuſcepere: multi etiam eandem ut vitæ magiſtram morumque gubernatricem amplexi ſunt: quibus illa hanc retulit gratiam, ut eorum memoriam indelebilem cum laude ad ſeros commendet nepotes, quam ſi quis, dum illi nil mali faciat, non affici injuria putet, negligat vero eamque non curet; is hoc perſuaſum habeat; ſe quam aliunde quærit, ea nominis celebritate hanc non compenſaturum infamiam. Namque, ut Hipparchus canit,

Πολὺ γάρ ἐςι κτῆμα τιμιώτατον
Ἅπασιν ἀνθρώποισιν εἰς τὸ ζῆν τέχνη.
Τὰ μὲν γὰρ ἄλλα καὶ πόλεμος, καὶ μεταβολαὶ
Τύχης ἀνάλωσαν, ἡ τέχνη δὲ σώζεται.

Haud ulla poſſeſſio precioſior
Omnibus hominibus quam in vita ars.
Alia quidem omnia bellum, & vices
Fortunæ diripiunt; ſed ars ſalva manet.

Cui non immerito hiſce Micyllus aſſentitur:

Πάντα χρόνος φθίνει μακρὸς,
Μηδ' ἐμπεδὸν μηδὲν ἐᾶ,
Οὐ πλοῦτον, οὐδὲ χρήματα,
Οὐ κάλλος, οὐδέ τι κράτος,
Οὐδ' ὅττιοῦν κόσμος τρέφει.
Πᾶν γινόμενον φθείρει χρόνος,
Μόνη δὲ πάντων ἄφθιτος
Σοφίη μένει, καὶ ἀβλαφής

Οὔτ'

Οὔτ' ὄμβρος, ουτε κύματα,
Οὔτε φοβερὸν διος βέλος
Ἀπολεῖν δύναιτο πώποτε
Σοφίας ἀνίκητον θένος.
Cuncta tempus corrumpit longum
Neque firmum quicquam ſinit;
Non divitias, non opes:
Non formam, non robur,
Non quodcunque tandem mundus habet,
Omne genitum conſumit tempus.
Sola vero præ omnibus integra,
Et illæſa manet Sapientia.
Neque imber, neque tempeſtas,
Neque horrendum Jovis fulmen
Perdere potuit unquam
Sapientiæ immenſum robur.

CAP. XLIII.

Fœminæ *honoratæ apud Germanos. Vatidicæ. Alironiæ dicebantur. Sacræ mulieres. Marcomerus Rex Francorum conſultat Aliroiniam de expeditione ſua. Mulieres proceræ. Dos Germanarum. Præliis adſunt. Dionyſus cum Bacchis ſuis devicit hoſtes. Amazones.*

GErmanis in uſu erat, non ante acies committere, quam per matres familias, quas plurimum adducebant, an decertandum eſſet, ſortibus

& vaticinio prædictum fuerat, Alex. ab Alex. l. IV. c. VII Gen. dier. *Iſſe enim*, (verba ſunt Tacit. in l. de Mor. Germ.) *ſanctum quid & providum fœminis putant, nec aut conſilia earum aſpernantur, aut reſponſa negant.* Cauſam addit Strabo l VII. Geogr. ἅπαντες γὰρ τῆς δεισιδαιμονίας ἀρχηγοὺς οἴονται τὰς γυναῖκας αὗται δὲ καὶ τοὺς ἄνδρας προσκαλοῦνται πρὸς τὰς ἐπιπλέον θεραπείας τῶν θεῶν, καὶ ἑορτὰς, καὶ ποτνιασμοὺς. σπάνιον δ' εἴ τις ἀνὴρ καθ' αὑτὸν ζῶν, εὑρίσκεται τοιοῦτος, id eſt, *cuncti namque fœminas ſuperſtitionis duces exiſtimant & authores eſſe. Eæ enim ſunt, quæ viros ad Deorum cultus, ad dies feſtos, ad venerationes, ad preces inviteni amplius. Rarumque eſt, ut vir quiſpiam ſine uxoribus ſolus degens, talis reperiatur.* Memoriæ etiam proditur, ut Tacit. l. de Mor. Germ. tradit, *quasdam acies inclinatas, jam & labantes a fœminis reſtitutas, conſtantia precum & objectu corporum, & monſtrata cominus captivitate. quam longe impatientibus fœminarum ſuarum nomine timent; adeo ut efficacius obligentur animi civitatum, quibus inter obſides puellæ quoque imperantur.* Nam conſuetudo erat apud Germanos, ut matres familias eorum referente Cæſare l. I. Comm. Bell. Gall. declararent ſortibus & vaticinationibus, utrum prælium committi ex uſu eſſet, nec ne. Hinc Arioviſtus, ut I. Bodinus l. XI. Dæmon. c. V. refert, ex Cæſare, Germanorum Rex quadringentis millibus inſtructus, cum de die conflictus mulieribus Sagis haberet fidem & certare ante novam Lunam ab illis vetaretur. Cæſar re cognita ſtatim commiſit prælium

atque

atque ſuperavit. Et has Alironias vocabant. Etymon nominis forſitan, ut conjicimus, ab Hebræo deſcendit, ab על, quod excelſum, & רנן canere ſignificat, quaſi *excelſorum cantatrices*; quod Heroum martios animos clamoribus ſuis ad prælium animarent fortiaque geſta eorum celebrarent. Hoc enim officium earum; ut I. Aventinus l. I. Annal. Bojor. ex Strabonis l. VII. Geogr. refert: „Erant Cimbris mulieres fatidicæ, * quas patrio „nomine *Alironias* ** nuncupant. Hæ recinctæ „Zonis æneis, nudæ pedibus, canis capillis, lin„teaque tunica & alba veſte, quæ ſubtus fibulis æneis

 „anne-

* De Mulieribus fatidicis Veterum Celtarum Gentiumque Septentrionalium lege Cel. *Jo. Georg. Keysleri* elegantisſimam Diſſert. in ejus Antiq. Sel. Sept. & Celt. p. 371. ſeqq.

** De hujus appellationis origine *Stiernhielm* in Præfatione ad editionem Evangeliorum *Ulphilæ*, lit. F. 2. *Litera*, ait, *majoribus noſtris Runa dicta ſunt a* Röna, *diſcere, experiri, erudiri. Qua notione dicitur mulier Saga, ſeu fatidica*, Alruna, i. e. *omniſcia*. Hoc Alrunarum nomen ſexto nos ſæculo (nam quod iam *Strabonem* dudum ante Alironias nominaſſe ex *Aventino Sebedius* refert, in *Strabone* fruſtra quæras) *Jornandes* de reb. Getic. p. 103. docuit, ubi magas mulieres Gothico ſermone Alyrumnas cognominatas ſcribit. Confirmat iſtud *Lindenbrogius* ad h. l. p. 155. ex Gl. Flor. MSS. Necromantia, Helliruna, & nunc Germanis vocem Alrünen remanſiſſe addit, de qua plura *VVolfius* Scrutin. amulet. medic. p. 457. ſq. *Arnkiel*, in Religione Ethnica Cimbror. P. I. p. 260. ſqq. *Friſchius* T. V. Miſc. Berol. p. 82. ſeq. & Cel. *Keyslerus* l. c. p. 456. ſeqq.

„annexa erat, amictæ, captivis per caſtra ſtrictis oc„currebant enſibus, quos ad humum ſternentes ad „æneum pertrahebant craterem: deinde eos in „ſublime tollendo, jugulum ferro aperiebant, & „profluente ſanguine in craterem eventum belli va„ticinabantur. Aliæ diſſecto ventre ex inteſtinis vi„ctoriam interpretabantur. Inter præliandum „vero pelles ad carrucarum velamina extenſas cre„bris pultabant ictibus, ut ingens ſtrepitus cum „horrore ederetur. *Mazanas nos Græci Amazonas vocant. Conſule Jornand. de Reb. Gothic. & Plutarch. in Mario, & Cæſar, Clemens Alex. l. I. Strom.* „Sunt autem etiam apud Germanos Sacræ, quæ „vocantur mulieres, quæ fluviorum vertices pro„ſpicientes, fluentorumque ſonitus ac circumvolu„tiones futura conjiciunt & prædicunt. Eæ non „permiſerunt, ut ipſi cum Cæſare pugnarent, ante„quam nova Luna illuxiſſet.“ Memorabile exemplum de conſultatione Alironiarum habet Trithemius in Epitom. Francor. quod aſſcribendum duximus. „Eadem nocte, *inquit*, Marcomerus „Rex incantatione patria numen evocavit, præci„nendo murmure, quam vaticinantem a ſagacitate „Aliranam nominarunt. Cumparuit monſtrum, „ratificavit autoritate ſibili vaticinationem Sacer„dotis, & jusſit ilico traducere gentem. Numen „triceps Marcomerus adſtare perſpexit, & unius„cujusque capitis ſingulare audivit prognoſticon, „diſcretumque vidit Diadema unicuique ſupereminere impoſitum. Primum caput fuit bufonis, „ſecundum vero Leonis, & tertium Aquilæ in forma

qua-

quaſi expanſis aliis deſuper ſtantis, & dextra Leo- "
nem, ſiniſtra bufonem fovendo contingens. Poſt "
longum denique carmen, quod huc adducere pro- "
lixum nimis arbitror, ſubdit: His ab Alirunia au- "
ditis, Marcomerus cum univerſo populo, uxori- "
bus, liberiſque, omnique ſupellectili difficilem & "
diuturnam viam incepit. *Et has conſiliis omnibus adhiberi tradit Polyænus Stratag. ſic ſcribens:* Celtæ inteſtina ſeditione laborabant. Qui cum jam ad bellum arma ſumpſiſſent, uxores eorum ſe inter medias acies opponentes, crimina deprecabantur: & tranſegerunt, ut viri in gratiam redeuntes, litem deponerent. Et vicatim oppidatimque in poſterum, ſi quando Celtæ conſilium ineunt de bello, de pace, aut etiam aliis, quæ communiter ad ipſos aut ad ſocios pertinent, ſingula de mulierum ſententia adminiſtrantur. In fœderibus igitur cum Annibale factis continetur, ne Celtæ Carthaginenſibus exprobrent, Carthaginenſium Hipparchos atque duces eſſe judices: neque Celtis Carthaginenſes objiciant, Celtarum mulieres judicare. Mulieres autem horum non proceritate tantum viros æquiparant, ut Diodor. Sic. l. V. Bibl. refert, ſed animi quoque virtutibus illos æmulantur. Sic enim nuptias contrahunt, verba ſunt Taciti in l. de Mor. German. *Vt quiſque alterius fortunam ſequatur. Dotem non uxor marito, ſed uxori maritus offert. Interſunt parentes ac propinqui, ac munera probant: non ad delicias muliebres quæſita, nec quibus nova nupta comatur, ſed boves, & frenatum equum cum framea, gladioque. In hæc munera uxor accipitur, atque invicem*

vicem ipſa armorum aliquid viro affert. Hoc maximum vinculum, hæc arcana ſacra, hos conjugales Deos arbitrantur. Nec ſe mulier extra virtutum cogitationes, extraque bellorum caſus putet, ipſis incipientis matrimonii auſpiciis admonetur, venire ſe laborum periculorumque ſociam, idem in pace, idem in prælio paſſuram, auſuramque. Hoc juncti boves, hoc paratus equus, hoc data arma denunciant. Sic vivendum, ſic pereundum. Igitur, ut idem tradit, *præcipuum fortitudinis incitamentum eſt; non caſus, nec fortuita conglobatio turmam aut cuneum facit, ſed familiæ & propinquitates, & in proximo pignora: unde fœminarum ululatus audiri, unde vagitus infantium. Hi cuique ſanctiſſimi teſtes, hi maxime laudatores. Ad matres, ad conjuges vulnera ferunt; nec illæ numerare, aut exſugere plagas pavent. Ciboſque & hortamina pugnantibus geſtant.* Hinc, ut idem l. XIV. Ann tradit, *ſtabat pro littore diverſa acies, denſa armis viriſque, intercurſantibus fœminis; in modum Furiarum, veſte ferali, crinibus dejectis * faces præferebant.* Et in prælium proficiſcentes milites, authore D. Cæſ. l. I. Com. Bell. Gall. paſſis manibus flentes implorabant, ne ſe in ſervitutem Romanis traderent. *Nec minor cum uxoribus horum pugna*, inquit Flor. l. III. c. III. *quam cum ipſis; cum objectis undique plauſtris atque carpentis altæ deſuper, quaſi e turribus, lanceis contiſque pugnarent.* Legimus tamen & Dionyſo Indiam debellanti fœminas affuiſ-
ſe,

* *Rejectis* vel *disjectis* crinibus forte melius legitur quam *dejectis*.

ſe, quæ illius expeditionis ſociæ erant: quæ ab inſania Mænades, ab impetu ſeu furore Thyades, ab intemperantia Bacchæ vocabantur: & Mimallones, quia Dionyſum imitarentur. Harum etiam ſtratagemate uſus Bactrianos devicit, ut Polyænus l. I. Stratag. tradit: „ Bacchus ſubactis Indis, ipſos Indos & Amazones in agmine auxilii cauſa ducens, impreſſionem in Bactrinorum terram fecit. Terminat autem Bactriam fluvius, Saranges. Bactrii montes ſupra flumen poſitos occupabant, ut in Bacchum flumen trajicientem, deſuper impetum facerent. At ille poſitis ad fluvium caſtris, Amazonas & Bacchas tranſire juſſit, ut Bactrii contemtis mulieribus, à montibus deſcenderent, atque his trajicientibus illi deſcendebant, & appropinquantes flumini, prohibere eas conabantur. Quibus pedem referentibus, Bactrii usque ad ripam perſequebantur. Tum Bacchus eductis contra eos viris, impeditos flumine Bactrios occidit, & ſine periculo trajecit. „ De Amazonibus bellicoſis bellicoſorum Germanorum fœminis vide præter ſuperiora in 1. cap. I. Syngram. de Reb. Goth. Dion. Græc. Ablab. Goth. Iuſtin. l. II. Oroſ. l. I. c. XVI. & XIV. Diod. Sic. l. III. & IV. Bibl. Q. Curt. l. III. Herodot. in Melpomene, Platon. Dial. VII. Plutarch. in Theſeo, Pauſan. in Atticis, I. Magnum l. I. c. XXVII. præter Poëtas Virgil. Hom. Horat. Stat. Auſon. alios.

Cap. XLIV.

Auſpicia. *Sortes. Moſſolanus Iudæus. Ῥαβδομαντεία. Mos. Rugianis in uſu. Friſiis quoque. Per lignum myricæ vaticinabantur. Myrica Apollini ſacra. Orientalibus idem ritus. Faſcinum. Faſcini amolitio. Ter in ſinum deſpuebant pro amovendo faſcino. Morbo. Alius conſultandi mos apud Rugianos.*

AVſpicia ſortesque maxime Germani obſervant, inquit Tacit. in l. de Mor. Germ. Fuerunt autem multi divinandi modi, ut N. Comes l. I. Mythol. ſcribit, aut ab aſpectu avium, inde erant auſpicia; aut *a* cibo, unde Soliſtimum ac tripudium, a garritu auguria; a cantu oſcinæ; a volatu præterea vel dextero, vel ſiniſtro. Sed hæc augurandi ars, inquit Polyd. Virg. l. I. c. XXIV. quanti facienda ſit, Moſſolanus Iudæus vir equidem ſapientiſſimus, perſpicue demonſtravit. Is enim, ſicut Ioſeph. l. I. Antiq. contra Apion. ex Hecatæo tradit, cum in bello eſſet, & vates quidam dum iter facerent, ſtatim juſſiſſet omnes eatenus conſiſtere, quoad ex ave, quæ in proximo erat, augurium ageret, tacitus ſumpto raptim arcu, ac emiſſis ſagittis avem interemit: ac vati & nonnullis aliis id iniquo animo ferentibus: Quid furitis, *inquit*, mali dæmones? hæc enim avis ſuæ ipſius ſalutis neſciens, noſtri itineris eventum nobis potuit prædicere? ſi enim præſcire futura potuiſſet, in hunc locum nequaquam veniſſet, metuens ut ſagittis a Moſſolano Iudæo peteretur. Sortium

tium autem teſte Tacit. in l. de Mor. German. conſuetudo apud Germanos ſimplex. *Virgam frugiferæ arbori deciſam in ſurculos amputant, eosque notis quibusdam diſcretos ſuper candidam veſtem temere ac fortuito ſpargunt. Mox ſi publice conſulatur, ſacerdos civitatis, ſin privatim, ipſe paterfamilias, precatus Deos, cœlumque ſuſpiciens ter ſingulos tollit, ſublatos ſecundum impreſſam ante notam interpretatur. Si prohibuerunt, nulla de eadem re in eundem diem conſultatio. Sin permiſſum, auſpiciorum adhuc fides exigitur, & illud quidem etiam hinc notum, avium voces, volatusque interrogare.* De Rugianis idem ſcribit Saxo Gram. l. XIV. Dan. Rugiani, *inquit*, Balthici maris accolæ, tribus ligni particulis, parte altera albis, altera nigris, in gremium ſortium loco conjectis, candidis proſpera, furvis adverſa ſignabant. In legibus etiam Friſiæ tit XIV. ut Hottomannus diſput. de Feudis c. XLIX refert, hæc exſtat: *Sortes tales eſſe debent: duo tali de virga præciſi* (quos tenos vocant, quorum unus ſigno crucis innoſcatur: alius purus dimittitur) *& lana munda obvoluti ſuper altare, ſeu reliquias mittuntur, & presbyter ſi affuerit, vel ſi presbyter deeſt, puer quilibet, unum de ipſis ſortibus de altari tollere debet: & interim Deus exorandus, ſi illi ſeptem, qui de homicidio commiſſo juraverunt, verum juraſſent, evidenti ſigno oſtendat. Si illum, qui cruce ſignatus eſt ſuſtulit, innocentes erunt, qui juraverunt. Sin vero alterum ſuſtulit, tunc unusquisq; illorum ſeptem faciat ſuam ſortem, id eſt, tenum de virga, & ſignet ſigno ſuo, ut eum, tam ille, quam cæteri, qui circumſtant, cognoſcere poſſint:*

&

& obvolvantur lana munda, & altari ſeu reliquiis imponantur: & presbyter, ſi affuerit, ſi vero non, ut ſuperius, puer innocens unumquemque eorum ſingulatim de altari tollat, & ei, qui ſuam ſortem eſſe cognoverit, porrigat: cujus ſortem extremam eſſe contigerit ille homicidii compoſitionem perſolvere cogatur: cæteris, quorum ſortes prius levatæ ſunt, abſolutis. Magi præterea & Scythæ, teſte Natali Comite l. IV. Mythol. per lignum Myricæ vaticinabantur, & per alias multas arbuſtorum virgas, quod genus vaticinii a Medis etiam ſervari ſolitum ſcriptum fuit a Dione l. 1. tertiæ compoſitionis: ſicuti Iamiades per pelles cæſarum victimarum ignibus impoſitarum, ſi recte inciderentur: cum alias aſtragalis ſuper menſis impoſitis Deorum vaticinari mos fuiſſet. In Lesbo præterea fieri ſolita per virgas myricæ vaticinia teſtatur vel cognomen ipſius Apollinis, quod inde Myricæus vocatus fuit a Lesbiis. Scriptum reliquit præterea Archæus in iis, quæ memoriæ prodidit de Archenatide, ac de bello Erythræo, Apollinem apparuiſſe in ſomnis Archagetæ ſummo ejus expeditionis Imperatori, qui ramum geſtaret myricæ: quare illam plantam illi Deo gratam putarunt. Ῥαβδομαντεία * hæc erat admodum familiaris [illegible] Orien-

* Vide *Lindenbrogium* ad *Amm. Marcellinum* p. 78. *Gale* ad *Jamblichum* de Myſteriis Ægyptiorum p. 238. ſq. *Henr. Chriſt. Henninium* Annot. ad *Jac. Tollii* Epiſt. Itiner. p. 217. ſq. *Cælium Rhodiginum* L. VII. Antiq. Lect. cap. 29. *Delrionem* L. IV. Disq. Mag. c. II. quæſt. 7. ſect. 3. *Seldenum* de Diis Syris Synt. *I.* c. 2. p. 101. ſq. P.

Orientalibus, ut & ex Sacro Codice patet. Ezech. c. XXI. v. 21. *Stetit Rex Babyloniæ in bivio: capite ſcilicet duarum viarum, divinationem quærens: expolivit tela & interrogavit idola, atque inſpexit jecur.* Seniores ita vertunt: ϛήσηται βασιλεὺς Βαβυλῶνος ἐπὶ τὴν ἀρχαίαν ὁδὸν, ἐπ᾽ ἀρχῆς τῶν δύο ὁδῶν, τοῦ μαντεύσασθαι μαντείαν, τοῦ ἀναβράσαι ῥάβδον, καὶ ἐπερωτῆσαι ἐν τοῖς γλυπτοῖς, id eſt, *ſtetit Rex Babylonis ſuper antiquam viam, in principio duarum viarum, ut oraculum petat, ut bacillum fervefaciat, & interroget ſculptilia.* Vbi τὸ ῥάβδον ad ῥαβδομαντείαν refertur, quæ Orientalibus in uſu erat, ut de Medis ſcribit Dio & Nicander in Theriacis, ut Scholiaſtes ejus interpretatur. Τὸ ἀναβράσαι autem fervefacio ſignificat, quia concutiendo ſortes, ut miſcerentur, ne pro lubitu, uti impoſita erunt, exirent, & ſic fallerent conſultantes, fervebant quaſi, & incaleſcebant. Et huic opinioni ſuffragatur verſio D. Hieronymi, qui ſic ſcribit: Stabit in compito, & ritu Gentis ſuæ oraculum conſulet, ut mittat ſagittas in pharetram, & commiſceat eas inſcriptas, ſeu ſignatas nominibus ſingulorum, ut videat cujus ſagitta exeat, & quam prius civitatem debeat expugnare. Hinc Deus T. O. M. apud Hoſeam cap. IV. verſ. 12. hoc ſortilegii genus exprobrat Iudæis: Populus meus lignum ſuum conſultat, & baculus ejus nunciat ei. Et de Baculorum ſeu virgarum

ſq. P. *Brunium* Oratorii presbyterum in Hiſtoria Critica rituum ſuperſtitioſorum Gallice edita Pariſ. 1702. 12.

garum ſortibus intelligunt Præceptum Negativum LII. R. Moſes Mikotzi & P. Riccius. Superſtitioſi autem admodum veteres erant, ut in conſultatione, aut ſortium eligendarum numeratione certum & præfinitum numerum obnoxium faſcino crederent. Itaque laudantes aut numerantes dicebant Præfiſcini, quo omnem invidiam ſe amoliri putabant. Tertullian. de veland Virgin. Catullus:

Tum & baſia multa baſiare
Veſano ſatis & ſuper Catullo eſt,
Quæ nec prænumerare curioſi
Poſſint, nec mala faſcinare lingua.

Et apud Romanos olim moris fuit, pudenda pro amuletis e collo puerorum ſuſpendere. Varro l. VI. de Lat. Ling. Poteſt vel ab eo, quod pueris res turpicula collo ſuſpenditur, ne quid obſit bonæ ſcævæ cauſa. Plutarch. in Sympoſ. V. Probl. VII. διὸ καὶ τὸ τῶν προβασκανίων γένος οἴονται πρὸς τὸν φθόνον ὠφελεῖν, ἑλκομένης διὰ τὴν ἀτοπίαν τῆς ὄψεως, ὥστε ἧττον ἐπερείδειν τοῖς πάσχουσι, id eſt, *idcirco etiam faſcini genus putant ad tabem conducere, exſerto ad incommodum viſu, ita ut imbecillius ſuſtineant dolores.* Hinc quo faſcinum oculorum averterent ſputo ſe ter inquinabant, quod Theocrit. Idyll. VI. ſcribit:

Ὡς μὴ βασκανθῶ δὲ τρὶς εἰς ἐμὸν ἔπτυσα
κόλπον.

Iuvenalis: *Conſpuiturque ſinus.* Vet. Interpres: *Propter faſcinum verborum ter ſibi in ſinum ſpuunt, & videntur faſcinum arcere.* Tibullus:

Ter

Ter cane, ter dictis deſpue carminibus.
Plinius l. XXVIII. c. IV. *Torporem ſedari quocunque membro inſtupente, ſi quis in ſinum exſpuat, aut ſi ſuperior palpebra ſaliat, tangatur.* Idem: *Terna deſpuere deprecatione in omni medicina mos eſt.* Scholiaſt. Theocr. εἰώθασι αἱ γυναῖκες ποιεῖν, ὡς μὴ βασκανθῶσι, εἰς τὸν κόλπον ἐπτύειν τρὶς, τὸ νεμεσητὸν ἐκτρεπόμεναι, id eſt, *conſueverunt mulieres facere, ne faſcinentur, in ſinum ter exſpuere, invidioſum amolientes.* Marcell. de Medicament. *Varulis remedium tale facies: Annulos digitis eximes, & digitis tribus oculum circumtenebis, & ter deſpues.* Idem: *cum hæc dixeris, tribus digitis terram tanges & deſpues, idque ter.* Ad cædes etiam expiandas ter deſpuebant. Apollonius Rhodius l. IV. Argonaut.

Ἥρως δ' Αἰσονίδης ἐξάργματα τάμνε θανόντος,
Τρὶς δ' ἀπέλαξε φόνε, τρὶς δ' ἐξ ἄγος ἔπτυσ' ὀδόντων,
Ἣ θέμις αὐθέντῃσι δολοκτασίας ἱλάεσθαι.

Heros vero Æſonides primitias exercuit mortui,
Terque expiavit cædem, terque ſcelus exſpuit dentium,
Tanquam fas eſt percuſſoribus cædes averruncare.

Theocrit. Idyll. VII.

- - Γραῖά τε παρείη,
Ἅτις ἐπιφθύσδοισα τὰ μὴ καλὰ νόσφιν ἐρύκοι.
- - *Anusque adſit,*
Quæ deſpuens mala procul arceat,

Et

Et Callimach. *τὶ κόλποισιν ἐπὶ πλύουσι γυναῖκες, in ſinu quid inſpuunt mulieres.* Hanc vim ſputi ex Æliano haurimus, qui de columbis l. I. c. XV. *ἐξ διαδοχῆς φασιν ἐπωάζειν τὰς περιστερὰς εἰ τὰ τῶν νεόττων γινομένων, ὁ ἄῤῥην ἐμπτύει αὐτοῖς ἀπελαύνων αὐτῶν τὸν φθόνον, ἵνα μὴ βασκανθῶσι,* id eſt, *Columbas ſucceſſione perhibent ovis incubare, deinde pullis excluſis, maſculus ſputo eos aſpergit, invidiam avertens, ne faſcinationi ſint obnoxii.* Nec tantum ad faſcinum arcendum, ſed etiam omnia exſpuere familiare. Hinc Seneca in Conſolatione ad Marciam: *Quis non ſi admoneatur, ut de ſuis cogitet, tanquam dirum omen deſpuat & in capita inimicorum abire illa jubeat?* Plin. l. XXVIII. c. IV. *Deſpuimus comitiales morbos, hoc eſt, contigua regerimus.* Theophraſt. Char. *περὶ δεισιδαιμονίας: μαινόμενον δὲ ἰδὼν ἢ ἐπίληπτον φρίξας εἰς κόλπον πτύσαι,* id eſt, *rabioſum vero videns aut caduco laborantem morbo exhorrens in ſinum deſpuit.* Erat tamen & alius conſultandi modus apud Rugianos: fœminæ foco aſſidentes absque ſupputatione fortuitas in cinere lineas deſcribebant: quas ſi pares numeraſſent, proſperæ rei præſcias arbitrabantur: ſi impares ſiniſtri prænuncias putabant, ut Saxo Gramm. l. XIV. Dan. refert.

CAP. XLV.

Equorum ***præſagia. Ritus. Equus albus apud Rugianos.***

Pro-

PRoprium inſuper gentis, teſte Tacit. in l. de Morib. Germ. equorum quoque præſagia ac monitus experiri. Publice aluntur iisdem nemoribus ac lucis candidi, & nullo mortali opere contacti, quos preſſos ſacro curru ſacerdos ac rex vel princeps civitatis comitantur, hinnitusque ac fremitus obſervant. Nec ulli auſpicio major fides non ſolum apud plebem, ſed apud proceres, apud Sacerdotes. Se enim miniſtros Deorum, illos conſcios putant. Hujus auſpicii uſum ultimi omnium Germanorum Rugiani obſervarunt, ut Saxo l. XIV. Hiſt. Dan. & Cranz. l. V. Vandaliæ ſcribunt: Alebatur apud Rugianos ſacer equus, albus, cujus jubæ aut caudæ pilos convellere, nefarium ducebatur. Hunc ſoli Sacerdoti paſcendi inſidendique jus erat, ne divini animalis uſus, quo frequentior, hoc vilior haberetur. In hoc equo Deus illorum adverſus ſacrorum ſuorum hoſtes bella credebatur gerere. Cujus rei præcipuum argumentum extabat, quod is nocturno tempore ſtabulo inſiſtens, adeo plerumque mane ſudore ac luto reſperſus videbatur, tanquam ab exercitatione veniendo, magnorum itinerum ſpacia percurriſſet. Auſpicia quoque per eundem equum hujusmodi ſumebantur. Cum bellum adverſum aliquam provinciam ſuſcipi placuiſſet, ante fanum triplex haſtarum ordo, miniſtrorum opera, diſponi ſolebat: in quorum quolibet binæ ex transverſo junctæ converſis in terram cuſpidibus figebantur, æquali ſpaciorum magnitudine ordines diſparante. Ad quos equus ductandæ expeditionis tempore, ſo-

lemni precatione præmiſſa, a Sacerdote e veſtibulo productus ſi propoſitos ordines ante dextro, quam lævo pede tranſcenderet, fauſtum gerendi belli omen accipiebatur. Sin lævum vel ſemel dextro prætuliſſet petendæ provinciæ propoſitum mutabatur. Nec prius certa navigatio præfigebatur, quam tria continue potioris inceſſus veſtigia cernerentur.*

Cap. XLVI.

Monomachia. *Ad quem finem inſtituta. Vetuſtiſſimus Germanorum mos. Duelli uſus. Apud Longobardos. Duellum Impp. Pugnantes pulvere adſpergebantur. Gladiatores. Apparitores.*

EST & alia obſervatio, ut Tacit. in l de Mor. German. tradit, auſpiciorum, qua gravium bellorum eventus explorant. Ejus gentis, cum qua bellum eſt, captivum quoquo modo interceptum, cum electo popularium ſuorum, patriis quemque armis committunt. Victoria hujus vel illius pro præjudicio accipitur. Et hic vetuſtiſſimus mos Germanorum, qui olim in cauſis ambiguis, (verba ſunt Ioh. Aventini l. IV. Annal. Bojor.) maxime criminibus, quæ nullo humano teſtimonio comprobari poterant, ad ſummam Dei majeſtatem, quæ falli non poteſt,

* Conferatur *Sifridus* in vita *Ottonis Babenbergenſis* L. II. c. 32. *Ditmarus* L. VI. *Papebrochius* in Not. ad vitam S. *Viti* Act. Sanct. Antwerp. Menſ. Jun. Tom. II. p. 1020. ſq. Indiculus etiam Superſtitionum Concilio Liptinenſi ſubjunctus §. 13. agit de *auguriis equorum*.

poteſt, tanquam ad judicem omnium rectiſſimum confugiebant. Senatus, populus atque Sacerdotes, qui ſingulare certamen ac aliam hujusmodi probationem ſpectatum frequentes venerant; interim, ut eſt in lege Salica, divinam opem implorabant: beneficia memoriter commemorabant, quæ in ſimili negotio Deus ipſis contuliſſet: comprecabantur, ut ipſe in re præſenti, innocenti adeſſet, victoriamque cœlitus concederet. Reo eligendi atque conducendi quemcumque vellet, copia fiebat. Criminator ipſe pugnare cogebatur. Longobardi etiam in Italia duelli uſum introduxere, ſic ut Agilulfus Rex legibus quoque de iis caverit. Eo ambiguum jus de poſſeſſionibus, objecta crimina graviora, quæ vel ſaluti, vel famæ obeſſent, decidebantur. Cauſam autem hujus tam barbari moris triplicem afferunt: I. Ob legum defectum, quibus ambigui caſus reſolverentur. Nam cum nec divinis, nec Romanis legibus acquieſcere vellent, tritum illud proponebant. Si non ſufficiunt jura, veniamus ad arma. II. Quoniam a majoribus ſuis in Scandia Inſula eum morem receperant, bellisque aſſueti, in promptu ſemper exiſtentibus armis, ut familiariſſimam, & compendioſiſſimam æquitatis declarandæ rationem amplexati fuerant. III. Ne propter ſimultates privatas paucorum, gentiles cruenta inter ſe miſcerent prælia, remedii loco monomachia inter capita contentionis permiſſa fuit: ſic tamen, ut qui vel ætate, vel morbo, vel ſexu impediretur, poſſet alium ſuo loco conducere, quem a voce Longobardica & etiam Germanica Kämpffer, Itali campionem vocant.

Qui ſi ſuccubuiſſet, patronus, cujus nomine pugnaverat, damnatus intelligebatur, non ſecus ac ſi judicio convictus fuiſſet. Hæc ex Bernard Sacc. lib. XI. Ticicenſ. Hiſtoriæ. In legibus Caroli Magni Imperat. ut Hotomannus diſp. de Feudis c. XLIV. inquit. Lombard. lib. II. tit. 54. l. mentio. Statuitur, ut in criminalibus cauſis accuſator & defenſor in campo cum fuſtibus pariter contendant: neque eorum jurejurando res committatur. Quod tamen ita intelligendum conſtat, cum aliud probationum jus deficit. Lege etiam Imp. Othon. IV. in Romaniola *de Principum* Italorum ſententia promulgata, ſciente & non contradicente Papa Ioanne XIII. univerſaque Synodo, quæ tum Ravennæ convenerat (ut apparet ex Lomb. l. II. tit. 54. l. antiquis, & leges Franc. l. V. tit. 4.) ſtatuitur, ne deinceps tota Italia, etiam iis locis, in quibus jure Romano, id eſt, Iuſtinianeis legibus utebantur. Controverſias jurejurando diſceptent, propter perjurorum multitudinem: ſed duello & certamine illos dirimant. Idque inſtitutum Otho non modo in privatorum & laicorum, verum etiam in Eccleſiarum litibus obſervari juſſit l. ultim. eodem. Frotho etiam III. Danorum Rex, quemadmodum Saxo lib. V. refert, de qualibet controverſia ferro decerni ſanxit, ſpecioſius viribus quam verbis, confligendum exiſtimans. Quod ſi alter *dimicantium* relato pede circumſcripti orbis gyrum excederet, perinde ac victus, cauſæ detrimentum reciperet. Sin autem quavis de re pugilem popularis impeteret, ipſum armatus exciperet, cubitali duntaxat ſtipite pugnaturum. Illud antiquis temporibus

poribus in Germania uſitatum, ut ſi in Comitis duo Impp. renunciati eſſent, duello inter ſe committerentur, & penes victorem Imperium maneret. Qua de re Albonius de Roſate videndus in Dictionario: & exemplum extat in Saxonia Cranzii l.IX. c.VIII. Cæterum pugnantes apud Gentes pulvere ſe multo perfundebant, ut ſecurius lubricos alioquin artus tenerent. * Heliodor. l. X. ubi Theagenes parat ſe pugnæ: καὶ ἅμα κόνιν ἀνελόμενος, καὶ ὤμους τε καὶ πήχεσιν ἔτι πρὸς τῆς βοηλασίας ἱδρῶτι νεοτοσμένος ἐπιχεάμενος προβάλλει τε ἐκτάθην τῇ χειρὶ, id eſt, *& ſimul pulverem aſtergens, & humeros & cubitos usque ad expulſionem boum ſudans, totusque madens injecit proſtratis manu.* Apulej l. IX. Mil. *In modum pugilum, qui pulviſculo perſperſi dimicant.* Gladiatores autem dicebantur, qui in circo animam ſuam vendebant. Et hi auctorati dicebantur, qui ſponte in arenam deſcendebant. Nam quod beſtiis conficiendis operas ſuas locabant, deſperata quidem audacia quæſtus gratia munus arenæ locabant. Firmic. lib. VIII. c. XIII. qui ſe ob alienæ gratiæ voluntatem nundinati ſanguinis jactura ad mortis ſpectaculum vendant. Si vero Saturnus hic fuerit, in ludum ſententia judicantis adducuntur. Erant tamen & alii, qui apparitores dicebantur ab apparendo, qui magiſtratibus præſto erant, & circa latera Regum. Ovid.

* Vide *VVowerium* in animadv. ad *Petron.* p. 469. *Hier. Mercurialem* lib. I. de arte Gymnaſt. c. 8. *Panvinium* de Ludis Circenſ. p. 158. & *Jac. Lydium* in Agoniſt. Sacr. p. 39. ſq.

Quando non fixus lateri ſpatiantis adhæſi?
Ipſe tuus cuſtos.

Sidon. Apoll. l. I. Epiſt. *circumſiſtit ſellam comes armiger; pellitorum turba ſatellitum ne obſit admittitur, ne obſtrepat eliminatur.* Apulej. *Ante fores viri Fortes ſtipatoresque regalium laterum, tutela pervigili cuſtodiam per vires fortium ſuſtinebant. Erant inter iſtos diviſa officia, in comitatu regio armigeri.* Firmic. l. III. c. IV. Aſtronom. *Faciet ſcutarios vel Impp. protectores, vel qui proprio excubitu principibus ſalutem ſervent.* Et apud Germanos *arma ſumere non ante cuiquam moris, quam civitas ſuffecturum probaverit. Tum in ipſo concilio vel Principum aliquis vel pater, vel propinquus ſcuto frameaque juvenem ornant. Hæc apud illos toga, hic primus juventæ honos: ante hoc domus pars videntur, mox reipublicæ. Inſignis nobilitas aut magna patrum merita, principis dignationem etiam adoleſcentulis aſſignat. Cæteris robuſtioribus ac jam pridem probatis aggregantur, nec rubor inter comites aſpici. Gradus quinetiam & ipſe comitatus habet, judicio ejus, quem ſectantur. Magnaque & Comitum æmulatio, quibus apud Principem ſuum locus: & Principum, cui plurimi & acerrimi comites. Hæc dignitas, hæ vires, magno ſemper electorum juvenum globo circumdari, in pace decus, in bello præſidium. Nec ſolum in ſua gente cuique, ſed apud finitimas quoque civitates id nomen, ea gloria eſt, ſi numero ac virtute Comitatus emineat: expetuntur enim legationibus, & muneribus ornantur, & ipſa plerumque fama bella profligant.*

ſunt. Cum ventum in aciem, turpe Principi virtute vinci, turpe comitatui, virtutem Principis non adæquare. Iam vero infame in omnem vitam ac probroſum, ſuperſtitem Principi ſuo ex acie receſſiſſe. Illum defendere, tueri, ſua quoque fortia facta gloria ejus aſſignare, præcipuum ſacramentum eſt. Principes pro victoria pugnant; comites pro Principe. Si civitas, in qua orti ſunt, longa pace & otio torpeat, plerique nobilium adoleſcentum petunt ultro eas nationes, quæ tum bellum aliquod gerunt. Quia & ingrata genti quies, & facilius inter ancipitia clareſcunt, magnumque comitatum non niſi vi belloque tuentur. Exigunt enim Principes ſui liberalitate illum bellatorem equum, illam cruentam victricemque frameam. Nam epulæ, & quanquam incompti, largi tamen apparatus, pro ſtipendio cedunt. Materia munificentiæ per bella, & raptus.

Cap. XLVII.

In funeribus veſtem mutabant. Ater color lugentium. Caput opertum. Igni comburebant corpora. Literas ad cognatos mortuos dant. Feliciores cæteris, quibus anima moriebatur. Quibus ſepulcra æternæ domus. Animæ enim immortales. Igitur ad ſepulcra conveniebant. Templum nihil niſi ſepulcreta. Νεκυομαντεία. Ob Dæmon. Ventriloquus. Mulier Delphica. Samuel defunctus. Ritus initiatorum τοῦ Ob. Iedioni. Iadua animal.

CVm autem nulli hominum perpetuum Parcæ filum noverint, omnesque in terram reſolvendi ſint, licet quis potentiſſimus exiſtat Regum, ut Sotades ait:

Εἰ καὶ βασιλεὺς πέφυκας, ὡς θνητὸς ἄκουσον.

Itaque ſua funera pro cujusque facultate magnifice curabant. Inprimis in luctu veſtem mutabant, ut cæteræ gentes. Et quidem nigræ adhibebantur veſtes. Xenophon de Athenienſ. qui parentes lugebant, μέλανα ἱμάτια ἔχουσι, *nigra pallia habent.* Artemidorus l. I. Oneirocrit. τὸ δὲ μέλαν ἱμάτιον σωτηρίαν προσημαίνει. οὐ γὰρ οἱ ἀποθανόντες, ἀλλ᾽ οἱ πενθοῦντες τοὺς ἀποθνήσκοντας τοιούτοις χρῶνται, id eſt, *nigrum vero pallium ſalutem protendit. Non enim mortui, ſed lugentes mortuos hiſce utuntur.* Euripid. in Iphigen. in Aulid.

Μήτ᾽ οὖν γε τὸν σὸν πλόκαμον ἐκτέμῃς τριχός,
Μήτ᾽ ἀμφὶ σῶμα μέλανας ἀμπίσχῃ πέπλους.
Ne tu igitur evulſis capillis lanies comam,
Nec pullo veſtitu corpus amicias.

Pollux l. IV. οἱ δὲ ἐν δυστυχίαις ὄντες ἢ λευκὰ δυσπινῆ εἶχον, μάλιστα οἱ φυγάδες, ἢ μέλανα, ἢ γλαύκινα, id eſt *qui vero in calamitatibus verſantur, vel candidas veſtes ſordidatas gerunt, maxime exules, vel nigras, vel cæruleas.* Macrob. l. III. *Mortuam atratus tanquam filiam luxit.* Capitibus autem velatis procedebant lugentes. Lucan.

- - Vbi vidit cominus enſes,
Involvit vultus, atque indignatus apertum
Fortunæ præbere caput.

Quod

Quod etiam Sueton. c. LXXXII. de Cæſ. tradit. De Davide obvelato Kedronem transeunte, vide II. Sam. c. XV. v. 30. Horat. l. II. Sat. III.

Nam male re geſta, cum vellem mittere operto
Me capite in flumen.

Variæ autem ſepulturæ ſpecies paſſim traduntur: pars terræ infoditur, pars comburitur: tanquam interſit, periturum corpus quæ ratio conſumat. Recte Seneca de Fortuito: *Quid intereſt, ignis me an fera conſumat, an tempus, omnium ſepultura?* Thales: τί διαφέρει, ὑπὸ πυρὸς κατακαυθῆναι, ἢ ἀπὸ κυνὸς καταβρωθῆναι, ἢ ἐπάνω τῆς γῆς ὄντα ὑπὸ κοράκων, ἢ κατορυχθέντα ὑποσκελίζειν, id eſt, *quid intereſt, an igni quis conſumatur, aut a cane dilaceretur, aut ſupra terram elevatus a corvis, vel ſepultus ſupplantetur.* Minut. Felix: *Exſecrantur rogos, & damnant ignium ſepulturas; quaſi non omne corpus, etſi flammis ſubjiciatur, annis tamen & ætatibus in terram reſolvatur: nec intereſt, utrum feræ diripiant, an maria conſumant, an humus contegat, an flamma ſubducat: cum cadaveribus omnis ſepultura, ſi ſentiant, pœna eſt, ſi non ſentiant ipſa conficiendi celeritate medicina.* Itaque funera apud Gallos, teſte D. Cæſ. lib. VI. Com. Bell. Gall. cremabantur. Quamvis funerum nulla ambitio, ut Tacit. l. de Mor. Germ. ſcribit. *Id ſolum obſervatur, ut corpora clarorum virorum certis lignis crementur.* In funeratione mortuorum, referente Diod. Sic. l. V. Bibl. epiſtolas propinquis inſcriptas in rogum con-

jiciunt, quæ a defunctis legantur. Quippe Pythagoræ opinio apud illos invaluit; quod animæ hominum immortales in aliud ingreſſæ corpus, definito tempore denuo vitam capeſſant. Sed de hoc ſupra jam tum inquiſitum. Feliciores ſane illis, quibus Mors omnium dolorum & ſolutio & finis eſt: ultra quam mala noſtra, (verba hæc Senec. in Conſol. ad Marc.) non exeunt, quæ nos in illam tranquillitatem, in qua antequam naſceremur, jacuimus, reponit. Si mortuorum aliquis miſereatur, & non natorum miſereatur. Plin. l. VII. c. LIII. *Omnibus a ſupremo die, quæ ante primum, nec magis a morte ſenſus ullus aut corporis, aut animæ, quam ante nativitatem.* Hadrian. Cæſaris verſus hi, quibus animæ ſuæ valedicit:

Animula vagula, blandula,
Hoſpes comesque corporis,
Quæ nunc abibis in loca,
Pallidula, rigida, nudula,
Nec ut ſoles, dabis jocos.

Arrianus l. 1. expedit. Alexandr. ἔσθιε καὶ πῖνε, καὶ παῖζε, ὡς ἄλλα τὰ ἀνθρώπινα οὐκ ὄντα τούτου ἄξια, id eſt, *comede, bibe, lude, cum res ceteræ humanæ hoc plauſu nequaquam dignæ ſint.* Ariſtobulus apud Athen. l. XII. Dipnoſ. ἔσθιε, πῖνε, παῖζε, τ' ἄλλα δὲ οὐκ ἄξια ἐπικροτήματος. Alter:

Κεῖν' ἔχω ὅσσ' ἔφαγον, καὶ ἐφύβρισα, καὶ σὺν ἔρωτι
Τέρπν' ἔπαθον. τὰ δὲ πολλὰ καὶ ὄλβια πάντα λέλυνται.

Omnia

Omnia habeo, quæ edi, & bibi, & cum amore
Ludens exegi. multa, vero & præclara manent reliqua.

Amplius apud Athen. lib. VIII. Dipnoſ. ſic ait: πίνε καὶ παῖζε, θνητὸς ὁ βίος, ὀλίγος ὁ ὑπὸ γῆς χρόνος. θάνατος δ' ἀθάνατός ἐστιν, ἅπαξ ἄν τις ἀποθάνῃ, id eſt, *Bibe, lude, mortalis eſt vita, breve tempus ſuper terram: mors perpetua eſt, ſi mortem quiſpiam ſemel obierit.* Sotion apud eundem hæc dixit:

Ἕξεις δ', ὅς' ἂν φάγῃς τε, καὶ πίῃς μόνα,
Σποδοὶ δὲ τ' ἄλλα, Περικλέης, Κόδροι, Κίμων.

Tua ſolum erunt, quæ comederis, vel biberis,
Cinis vero cætera, ut Pericles, Codri, Cimon.

Et unus Poëtarum, neſcio quis Græcorum, ſic grunnit:

Πάντες τῷ θανάτῳ τηρούμεθα, καὶ τρεφόμεθα,
Ὡς ἀγέλη χοίρων σφαζομένων ἄλογος.

Omnes morte paſcimur, & nutrimur,
Tanquam turba ſuum jugulandarum irrationalis.

Arragoniæ tale monumentum extare dicitur:

QVO. VADAM. NESCIO.
INVITVS. MORIOR. VALETE.
POSTHVMI.
M. POSTVMIVS. EQVES.

Item Romæ:

VIXI.

***

VIXI. ET. VLTRA. VITAM
NIL. CREDIDI.
QVO. VADAM. NESCIO.
INVITVS. MORIOR.
VALETE. POSTERI.

Ibidem in domo Petri Chiani Pacii:

DIS MANIBVS.
SEXTI. PERPENNE. FIRMI.
VIXI. QVEMADMODVM. VOLVI.
QVARE. MORTVVS. SVM.
NESCIO.

Alia:

* *

VIXI. VT. VIVIS.
MORIERIS. VT. SVM. MORTVVS.
SIC. VITA. TRVDITVR.

Sapientiores illis, qui animam cum corpore interire credebant, nullumque vitæ ſpacium poſt mortem expectandum eſſe. Hinc monumenta ſua & ſepulcra æternas domos * vocabant, ſomnoque ſe indulgere

æterno

* Vide *Almelovenium* in notis ad poemara & epigr. vet. p. 23. *Godofredum* Tom. III. ad cod. Theod. p. 144. *Sellerum* in append. ad hiſtor. Palmyr. p. 297. Nonnunquam ſepulcra ſimpliciter *domus* nominantur, uti nos docent *Jac. Gutherius* lib. II. c. 2. de jure Manium p. 1212. Tom. XII. Grævii, & *Kirchmannus* de fun. Rom. III. 10.

æterno perſuaſum habebant, ut ex his verſiculis patet:

Suſcipe nunc Conjux, ſi quis poſt funera ſenſus,
Debita ſacratis manibus Elicia.

Petronii Antigeridis Epitaphium hoc eſt:

HÆC. DOMVS. ÆTERNA. EST. HIC. SVM. SITVS. HIC. ERO. SEMPER.

Et alio in marmore:

DOCTA. LYRA. GRATA. EST. GESTV. FORMOSA. PVELLA.
HAC. IACET. ÆTERNA. SABIS. HVMATA. DOMO.

Et Patavii tale eſt,

MER. S.
D. POPILIVS. PÆTVS. GN. LABE. F. POETA.
COS. DESIG. FRATRI. SVO. B. M. F.
HVNC. SOMNO. ÆTERNALI. PATRIA. RETINET.

Aliud:

***

I. O. M.
ET. PERPETVÆ. SECVRITATI.
ET. MEMORIÆ. DVLCISSIMÆ
AVRELIÆ. M. AVRELIÆ. P.
ÆLI. IVVIANVS. CONIVGI.
INCOMPARABILI.

D. M.

* * *

D. M.
ET. PERPETVÆ. SECVRITATI.
DEO. TITANO. VIXIT. AN. XV.
FEC. IVL. POTITVS. FILIO. I.
MIOCITELVS. ET. FL.
IANVARIA. MATER.
ET. IVL. VENVLANTIA.
VIVITE.

* * *

DIS. M.
ET. PERPETVÆ. S.
CORNELIO. COHORT.
V. LEG. XX. MILITI.
PRÆTORIO. AN. LIII. VIXIT.
FECERVNT. COR. COH.
NICEPHORVS. ET. PÆPES.
LIBERTI. PATRONO. BENE
MERENTI. POSVERVNT.

Melioris certe ſenſus hujus inſcriptio, quæ Romæ legitur:

D. D. S.
VRNA. BREVIS. GEMINVM. QVAMVIS.
TENET. ISTA. CADAVER.
ATTAMEN. IN. CÆLO. SPIRITVS.
VNVS. ADEST.

VIXI-

VIXIMVS. VNANIMES LVCIVSQ. ET. FLAVIVS. IDEM.
SENSVS. AMOR. STVDIVM. VITA. DVOBVS. ERAT.

Vt & hi Philoſophi verſus:

Ὧν τοῖς θεοῖς ἄνθρωπος εὔχεται τυχεῖν,
Ζῆς Ἀθανασίας κρεῖττον οὐδὲν εὔχεται.

Quæ homo a Dîs maxime precatur,
Immortalitas eſt, quam maxime expetit.

Cum Antiphanis hiſce:

Πενθεῖν δὲ μετρίως τοὺς προσήκοντας φίλους,
Οὐ γὰρ τεθνᾶσιν, ἀλλὰ τὴν αὐτὴν ὁδὸν
Ἣ πᾶσιν ἐλθεῖν ἔστ' ἀναγκαίως ἔχον
Προεληλύθασιν. εἶτα χ' ἡμεῖς ὕστερον
Εἰς ταυτὸ καταγωγεῖον αὐτοῖς ἥξομεν,
Κοινῇ τὸν ἄλλον συνδιατρίψοντες χρόνον.

Modice propinquos luge amice mi tuos,
Nam mortui haud ſunt, ſed iter emenſi prius
Ementiendum cæteris quod omnibus,
Et in quod hi venere diverſorium,
In illud ipſum poſtmodum aggregabimur,
Reliquum omne tempus commoraturi ſimul.

Igitur ad ſepulcra conveniebant, quod oblique ſane I. Barclajus l. IV. Argen. tangit: *Nos a proſpera ſorte dejecti, cui ſenior Britomandes regionem aſſ.e-fecerat, ad buſtum illius, tanquam Herois conveniebamus frequenter, ſpecie pietatis; re autem vera de gentis noſtræ more illic captaturi oracula; ſi qua ſors, ſi qui*

ſi qui Dî viam monſtrarent, ad Commindorigis perniciem. Hinc Clemens, cui Euſebius aſtipulatur, non aliunde ſacrarum ædium originem deductam putat, quam a ſepulcris, quæ quidem magnificentius condita templorum * appellatione vocata ſint Eunapius certe in vitis Sophiſtarum Chriſtianos ſugillat, quod ad mortuorum buſta conveniant, tanquam ad novos Deos. Brodæus lib. III. Epigr. Sed Νεκυομαντεία inter vetuſtiſſimas Magiæ ſpecies numeranda. Sic Vlyſſes apud Homer. in Odyſſ. matrem evocat in Cimmeriorum terra. Homerum imitatus Maro l. VI. Aen. Simile poſterioribus ſeculis Roma habuit, ad locum cognominatum Tarentum, juxta ripas Tiberis. Exempla hujus rei in Peucero vide de Magia. Sed & in populum Dei furor ille pervaſit. Et graviter Deus T. O. M. Levit. c. XX. v. 6. reprehendit. Τὸ Ob autem Spiritus erat ſeu Dæmon, qui ab immundis, & quæ honeſte non poſſunt nominari, partibus, nonnunquam autem a capite ſeu axillis, ſive Harioli, ſive mor-

* Hoc copioſe probat *Euſebius* Præparat. Evang. lib. II. cap. 6. cui titulus: περὶ τοῦ νεκρῶν εἶναι τάφους, τὰ καλούμενα αὐτῶν ἱερὰ τῶν θεῶν, ſepulcra mortuorum eſſe, quæ Deorum templa nominantur. *Cyrilli Alexandrini, Arnobii, Prudentii* & aliorum teſtimonia extant apud *Kirchmannum* de fun. Roman. lib. II. c. 27. *Medum* Oper. fol. 780. *Kortholtum* in Pagano Obtrect. p. 427. *Spondanum* de Cœmeteriis ſacris. L. I. P. I. c. 8. §. 9. *Spencerum* de Legib. Hebr. lib. III. p. 1200. *Dougtæum* P. I. anal. p. 475. & *Dionyſium Voſſium* in not. ad *Maimonidem* de idol. cap. I. §. 3. p. 9.

mortui, ſubmiſſa voce, & quæ ex Telluris cavitatibus videretur egredi, nec audiri, ſed a conſulente dumtaxat mente concipi poſſet, reſponſa dabat. Sic Moſes Mikotzi in præceptis Negativ. XXXVIII. R. Moſes Ben-Nachman in Jad-Chazeka part. עבודם c. VI. Paulus Riccius ad Mandat. Negat. XXVI. ex libro Sanhedrin. Ventriloqui autem hujus Dæmonis Said-Aben Batrich etiam mentionem facit; cui etiam immolabant filios ſuos: de quo cap. XXXI. conſule. Traditur etiam Pythia fœmina fuiſſe, quæ in tripode ſedens expanſa malignum ſpiritum per inferna emiſſum, & per genitales partes ſubeuntem excipiens, furore repleretur, ipſaque reſolutis crinibus debaccharetur, & ore ſpumas emittens, & ſic furoris verba loquebatur. Hiſtoriam non diſſimilem Wierus libri ſecundi capite duodecimo de præſtig. Dæmonum refert: Hadrianus Turnebus Græcarum literarum profeſſor regius, per ſimilem Eurycli Ariſtophanis, hominem aſtutum Petrum Brabantium ſe vidiſſe teſtabatur: qui quoties volebat, toties ex ima corporis parte labiis immotis loquebatur: & has ſive arte, ſive exercitatione, ſive dæmonis impoſtura multis paſſim imponebat. Huc etiam referenda hiſtoria illa Samuelis defuncti, cujus imago Sauli repræſentata eſt a fœmina, cujus ex obſcænis Ob loquebatur, aut loqui creditus eſt. 1 Sam. c. XXVIII. Fœminam hanc vocat Scriptura אשת בעלת אוב. mulierem habentem Ob. Et Seniores: *γυναῖκα ἐγγαστρίμυθον*. *Et Saul* inquit: *Divina, quæſo, mihi in Ob*: Seniores tranſtulerunt; Μάντευσαι δέ μοι ἐν τῷ

U u ἐγγα-

ἐγγαςριμύθῳ. Ob igitur ventriloquus. * Qui ſacris hujus initiabantur, tenebant manibus virgam myrteam, & ſuffumigebantur, ut R. Moſes Ben-Nachman in Jad-Chazika part. עלו[illegible] cap. VII. ait. Rituum autem locum fuiſſe mortui ſepulcrum vult R. Abraham Ben-David. Tὸ Jideonei autem, ut Thalmud habet, & R. Simſon apud R. Moſen Mikotzi Præcept. Neg. XXXIX. affirmat, eſt Hariolus, qui oſſe animantis ידוע dicti in os ſuum poſito, futura doceret, & quærenda ſolveret. Animal autem ſcribunt illud neſcio quod Jadoa fuiſſe, cui humana undique figura, ſed quod ad funem cujusdam radicis ligatum a primo ortu perpetuo hæreret vivum, donec qui ob innatam ab ejus ſævitiam propius accedere minus ſunt auſi, ſagittis conficerent.

* De Engaſtrimythis lege, quos appellat Cel. *Fabricius* in Bibliographia Antiq. p. 420. ſeq. Iis adde *Petr. Jurieum* in Hiſtor. Cultuum ac Dogmatum P. III. Tract. II. I. c. 5. *Voetium* T. I. Diſſ. Sel. p. 1037. *Jo. Henr. Urſinum* in Analectis ſacr. L. II. c. 7. *Suicerum* T. I. Theſauri p. 985. *Deylingium* in Obſ. Sacr. P. II. p. 200. ſeq. Cel. *David. Millium* in Diſſ. Sel. p. 195. ſqq. & Rev. *VVolfium* in Cur. Philolog. & Critic. p. 1241. ſeq.

CAP. XLVIII.

Pompa *funebris. Corpus lapidi impoſitum. Cariores res immittebant pyris. Monumenta erecta. Panis rogo impoſitus, Sacrificia Orientalium. Mactati vivi homines. Tubicines & Sciniſtæ,*

MOdus autem deducendi, ſeu pompa funebris hæc erat. Primum lecti juvenes præcedebant, qui in bello occiſi fortia facta repræſentarent, hoſtilesque clypeos, ſigna, arma, & equos traherent ſecum. Hos ſequebantur alii, quos cæſuri erant inferiis mortuorum. Portabantur inde arma occiſi ducis hoſtium trunco ingenti præfixa. Sequebatur mæſtus equus quo in pugnam ire conſueverat. Ferebantur inde occiſi arma. Tandem funus ipſum efferebant, quod inſequebatur tota cohors ad pyram usque: quam pompam elegantisſimis verſibus deſcribit Maro Æn. l. XI. quos vide. Quam pompam adhuc obſervari apud Principes & Purpuratos videmus. Cujus modum Cranzius l. XIV. Vandal. c. XXXIV. prodidit: Magnus Dux Megapolenſis in Dobram Viſmariæ tumulatis eſt. Officium in D. Geotgii templo peractum. De Dominico ad veſperum, ſolemne vigiliarum hanitum. Ante lucem miſſa ſolemnis de S. Trinitate decantata. Interim ad omnia Eccleſiæ altaria, Fratres minores, ejus loci, de Roſtochio & Suerino evocati miniſterium ſacrum alter poſt alterum peregerunt. Ad altare ſummum oblationes factæ ordine. Funebri inde oratione Latine habita, pro defunctis ſolemne inſtruitur ſacrificium, ſacra faciente Ponti-

ſice Lubecenſi. Ad cujus medium de more fit oblatio, conſueto ordine. Per totam Eccleſiam, ad ſingula altaria, fratres Prædicatores Miſſæ officium peregerunt. Defertur oblatio. Et jam illo perſoluto miniſterio, tertium inde officium de Domina, Pontifex Raceburgenſis loci ordinarius, peregit; cum ad altaria per Eccleſiam ſingula, ſeculares ſacerdotes perſolverent Miſſæ officium. Sed hic jam illuſtrior fit oblatio equorum, inſignibus & armis ornatorum. Stabat in medio choro cenotaphium erectum in ſublime, ſerico auroque textis pannis ornatum, inſignibus Principatuum defuncti per omnes angulos incinctum, cereis ardentibus groſſis CL. variatum. Stabant atrati viri XII. qui ardentes faces ſuſtinerent, prominentibus per capita cucullis, triſti ſpecie. Circumiere caballi ad altare ſummum: ex cujus latere in directum patuit egreſſus, ne longa circuitione opus eſſet. Duo viri militares ductabant unum medium, atrati atratum, arma Magnopolis in fronte, in thoris, in clunibus. Quatuor viri geſtabant totidem ſignis militaribus arma & inſignia Magnopolis. Totidem candelas quatuor cereas, armis memoratis inſignes. Alter equus ſimili apparatu, arma Vandaliæ præferebat. Tertius virorum, armorum, cereorum eodem numero, inſignia comitatus Suerinenſis. Quartus habebat in fronte arma dominatus Roſtochienſis, cum ſignis & cereis. Quintus ferebat inſignia dominatus Stargardenſis. Sextus, quo ipſe Dux utebatur ad ſplendorem, prodiit armatus rutilante ferro, cum armis Principis

Se-

Sequuntur duo milites atrati, ſublimen clypeum geſtantes, inſculptum & inciſum armis omnibus conjunctis. Inde vero Marſcallus baculo & Cancellarius ſigillo prætenſo procedunt. Jungitur domeſtica Principis familia. Mox Principes, deinde Oratores Principum: poſt illos Eccleſiarum Prælati & Canonici: deinde militares longo ordine incedunt. Poſtremo fœminæ principes. Poſtquam autem veteres pyræ appropinquarunt, corpus lapidea condebatur arca, quo oſſa legi poſſent, quæ alias ligni cineribus miſcebantur: * quod Theophraſt. l. de Igne ſcribit: καὶ πάλιν διὰ τί τὸ μὲν ἐν πυρὶ καλακαιόμενον νεκρὸν γίνεται λείψανον, ὁ δὲ κύκλῳ λίθος ἐξ οὗ τοὺς σωροὺς ποιοῦσι, καὶ ὅπου ἄλλοθι τοιοῦτος, ἀφανίζει πάντα, καὶ ἐν ἑαυτῷ τέφραν ποιεῖ, id eſt, *ac rurſus cur cadaver quod ambuſtum ſit in igne reliquias deſerit, at lapis circularis, ex quo ſtruem faciunt, & ubi alibi talis exſtiterit, omnia conſumit, & intra ſe incluſa vertit omnia in cinerem?* Incenſa pyra cariores res immittebantur, quibus vivi delectati fuerant. ** De Gallis D. Cæſ. l. VI. Comm. Bell. Gall. *funera ſunt pro cultu Gallorum magnifica & ſumptuoſa: omniaque quæ vivis cordi fuiſſe arbitratur in ignem inferunt, etiam animalia.* Tacit. in lib. de Mor. Germ. *Sua cuique arma, quorundam igni & equus adjicitur.*

* Vide huc *Kirchmannum* L. III. de Funerib. Roman. C. VII. p. 364. & *Crenium* in Anima v. Philolog. & Hiſt. P. XI. p. 258. ſeqq.

** Vide Cel. *Keyslerum* in Antiq. Sept. & Celt. p. 172. ſeqq.

tur. Legimus etiam quorundam animalibus a vivis Dominis monumenta erecta. Jul. Capitolin. ſcribit mortuo equo Volucri Verum Imperatorem tumulum in Vaticano fieri curaſſe. Et Dion tradit Boryſtheni equo ab Adriano Cæſare ſepulcrum, columnamque cum epigrammate erectam fuiſſe. Item Domitianum equo erexiſſe coloſſum, Statius lib. I Sylv. author eſt. Canum inſcriptiones prætereo, quas paſſim in Italia videre eſt. Veteres autem in rogum, * ut Victor. l. XXI. V. L. c. IX. adducit, panem imponebant, aliaque ad vitam neceſſaria, tanquam ipſis veſci poſſent mortui. Illis autem rebus ex igne rapiendis inſidebant ſordidi quidam, & abjecti ad comburendi cadaver hominis. Id indicavit in verſu, in Ruffum Bononienſem Catullus, cum mendicitatem illius, ſordesque declarare vellet, ait enim:

- - ſæpe in ſepulcretis
Videbis ipſo capere de rogo cœnam,

Cum

* Locus, in quo epulæ in funere comburuntur, vocatur *Culina*, inquit *Feſtus* in hoc verbo. In hunc ſenſum *Culinam* aptavit *Sponius* Voyage de la Grece T. III. p. 47. explicans inſcriptionem Tiburtinam, quam *Gruterus* quoque refert p. 49 3. ubi cum dicatur. Sulpitium reſtituiſſe Herculi Saxano inter alia etiam *Culinam*, hanc fuiſſe ait locum prope templa, in quo dapes funerum parabantur. Conf. *Phil. a Turre* Monumenta Veteris Antii, edit. Rom. 1700. 4. qui p. 308. *Culinam* non tam locum fuiſſe putat, in quo funerum epulæ, ſed etiam ſacrorum peragebantur.

Cum devolutum ex igne proſequens panem.
Aſemiraſo tunderetur uſtore.

Hinc Gnato Terentii e flamma cibum petere dicitur. Cæterum apud Orientales ſimilis ritus erat. Namque in Phegorii ſacris, ſacrificia quæ comedebantur, inferiæ erant in memoriam defunctorum. Quod Regius Pſaltes docet Pſ. CXI. *& adjuncti ſunt Baal Peor, & comederunt ſacrificia mortuorum.* Quem locum ita Apollinarius tranſtulit:

Οἱ δὲ Βεελφεγόριο μιαινόμενοι τελετῇσι
Νερτερίης ἐπάσαντο καταφθιμένων ἑκατόμ-
βας

Qui Beelpeoris polluti ſunt initiationibus
Inferni ambulantes ad cœnam ſacrificii.

Mactabantur & vivi homines, ut Homer. Iliad. Ψ. ſcribit:

Ἐννέα τῷ γε ἄνακτι τραπεζῆες κύνες ἦσαν,
Καὶ μὲν τῶν ἐνέβαλλε πυρῇ δύο δειροτομήσας.
Δώδεκα δὲ Τρώων μεγαθύμων υἱέας ἀθλοὺς
Χαλκῷ δηϊόων.

Novem huic Regi menſarii canes erant,
Et quidem ex his injecit pyræ duos obtrun-
catos:
Duodecim etiam Trojanorum magnanimo-
rum filios fortes
Ferro mactans.

Maro l. X. Aen.

Quatuor hic juvenes, totidem quos educat
Vfens,

tur. Legimus etiam quorundam animalibus a vivis Dominis monumenta erecta. Jul. Capitolin. ſcribit mortuo equo Voluceri Verum Imperatorem tumulum in Vaticano fieri curaſſe. Et Dion tradit Boryſtheni equo ab Adriano Cæſare ſepulcrum, columnamque cum epigrammate erectam fuiſſe. Item Domitianum equo crexiſſe coloſſum, Statius lib. I Sylv. author eſt. Canum inſcriptiones prætereo, quas paſſim in Italia videre eſt. Veteres autem in rogum, * ut Victor. l. XXI. V. L. c. IX. adducit, panem imponebant, aliaque ad vitam neceſſaria, tanquam ipſis veſci poſſent mortui. Illis autem rebus ex igne rapiendis inſidebant ſordidi quidam, & abjecti ad comburendi cadaver hominis. Id indicavit in verſu, in Ruffum Bononienſem Catullus, cum mendicitatem illius, ſordesque declarare vellet, ait enim:

- - ſæpe in ſepulcretis
Videbis ipſo capere de rogo cœnam,

Cum

* Locus, in quo epulæ in funere comburuntur, vocatur *Culina*, inquit *Feſtus* in hoc verbo. In hunc ſenſum *Culinam* aptavit *Sponius* Voyage de la Grece T. III. p. 47. explicans inſcriptionem Tiburtinam, quam *Gruterus* quoque refert p. 49 3. ubi cum dicatur. Sulpitium reſtituiſſe Herculi Saxano inter alia etiam *Culinam*, hanc fuiſſe ait locum prope templa, in quo dapes funerum parabantur. Conf. *Phil. a Turre* Monumenta Veteris Antii, edit. Rom. 1700. 4. qui p. 308. *Culinam* non tam locum fuiſſe putat, in quo funerum epulæ, ſed etiam ſacrorum peragebantur.

Cum devolutum ex igne proſequens panem.
A ſemiraſo tunderetur uſtore.

Hinc Gnato Terentii e flamma cibum petere dicitur. Cæterum apud Orientales ſimilis ritus erat. Namque in Phegorii ſacris, ſacrificia quæ comedebantur, inferiæ erant in memoriam defunctorum. Quod Regius Pſaltes docet Pſ. CXI. *& adjuncti ſunt Baal Peor, & comederunt ſacrifioia mortuorum.* Quem locum ita Apollinarius tranſtulit:

Οἱ δὲ Βεελφεγόριο μιαινόμενοι τελετῇσι
Νερτερίης ἐπάσαντο καταφθιμένων ἑκατόμ-
βας

Qui Beelpeoris polluti ſunt initiationibus
Inferni ambulantes ad cœnam ſacrificii.

Mactabantur & vivi homines, ut Homer. Iliad. Ψ. ſcribit:

Ἐννέα τῷ γε ἄνακτι τραπεζῆες κύνες ἦσαν,
Καὶ μὲν τῶν ἐνέβαλλε πυρῇ δύο δειροτομήσας·
Δώδεκα δὲ Τρώων μεγαθύμων υἱέας ἀθλοὺς
Χαλκῷ δηϊόων.

Novem huic Regi menſarii canes erant,
Et quidem ex his injecit pyræ duos obtruncatos:
Duodecim etiam Trojanorum magnanimorum filios fortes
Ferro mactans.

Maro l. X. Aen.

Quatuor hic juvenes, totidem quos educat Vfens,

 Vi-

Viventes rapit inferias, quos immolet umbris:
Captivosque rogi perfundat ſanguine flammas.

Idem l. XI. Aen.

Vinxerat & poſt terga manus, quos mitteret umbris
Inferius cæſo ſparſuros ſanguine flammas.

Quem morem etiam apud Celtas viguiſſe D. Cæſ. l. VI. Comm. Bell. Gall. tradit: ac paulo ſupra hanc memoriam ſervi & clientes, quos ab his dilectos eſſe conſtabat, juſtis funeribus confectis una cremabantur. Jordanes Gothus Hiſtoric. Belæ Hunnorum Regis funus ita prodidit: in mediis caſtris, intra circumſtantia tentoria cadaver fuiſſe poſitum: electisſimos Hunnorum equites una cum pyrrhichica ſaltatione, modulato cantu, ejus laudes circumcinuiſſe, Circenſium more circumcurſaſſe: mox collata ſtrena corpus honeſtaſſe: comeſſationem cum gaudio ſimul ac luctu celebraſſe. Subinde clam noctu, ad præſtitutum locum corpus humi condidiſſe: dicaſſe hoſtium exuvias, multoque deinde humano ſanguine parentaſſe. Interea armata cohors circumcurſabat pyram, & tubicinum clamore remugiebat totum cœlum. Nam hos in funeribus adhibebant. Perſius Satyr. VI.

Hinc tuba, candela, tandemque beatulus alto

Com-

Compoſitus lecto.

Et apud Romanos cum aliquis deceſſit, tibicines * cantant, & amici convocantur, teſtandi gratia, eum neque veneno, neque ferro interiiſſe, Victor. l. IX. V. L. c. XIV. Cares itidem & Phœnices in luctu tibiis uti ſolent magnitudine palmi, lugubre quiddam & ſtridulum ſonantibus. Eæ autem tibiæ Phœnicum lingua *Gingræ* vocantur, quod iis in Adonidis luctu ſoleant uti, quem Adonidem γίγγρης vocant. Eraſm. in Adag. ex Athen. lib. IV. Dipnoſ. Senec. de Mort. Claud. Et erat omnium formoſiſſimum Claudii funus, ut ſcires Deum efferri, cornicinum, tibicinum tantâ turba. Xiphilin. οἱ μὲν ὖν ἄλλοι πρὸ τῆς κλίνης προΐει μὲν, καὶ τινὲς ἐκόπτοντο, ἑτέρων πενθιμῶν ἐπαυλώντων, id eſt, *alii vero ſub lectica procededant, quidam vero plangebant, aliis lugubriter præcinentibus.* Stat. Theb. l. V.

Cum ſignum luctus cornu grave mugit adunco
Tibia.

* De more tibiis cohoneſtandi funera non minus Græcis, quam Romanis recepto, lege *Cornel. Adamum* in Obſſ. Theol. Philolog. p. 134. *Dougtæum* Anal. S. N. T. p. 12. ſeq. *Magium* in Miſcellan. II. c. 13. Tom. II. Theſauri Critici p. 1295. *Caſp. Bartholinum* de Tibiis Veterum p. 274. ſeq. *d'Outrein* in Obſ. Miſcell. p. 201. *Urſinum* in Anal. I. p. 9. *Joſ. Arndium* in Miſcellan. p. 97. *Joſeph. Lanzonium* Adverſ. de Luctu mortuali Veterum p. 112. & Rev. *Wolfium* in Cur. Philolog. & Critic. p. 170. ſeq.

Artemidor. l. I. Oneirocrit. *αὐλεῖν δὲ πυθικοῖς αὐλοῖς, πένθος σημαίνει*, *canere vero pythicis tibiis luctus indicat*. Alii ſiciniſtas vocant, ut Gell. l. XX. c. II. N. A. Apulej. Flor. II. *monumentarii Ceraulæ, proprie Siticines, quod apud Sitos canere ſoliti*, hoc eſt, vita functos & ſepultos. Totam autem funebrem pompam armati viri claudebant, ut Maro l. XI. Æn. tradit, quem evolve.

Cap. XLIX.

Tertia *die oſſa lecta. Vino irrigata. Vrna recondita. Inhumanum pulvere non aſpergere oſſa humana. Monumenta ſuperimpoſita. In horto ſepulti. Vnde is mos. Monumenta corporibus gravia.*

DEinde cineres tertia die, & quod reliquum erat, oſſium colligebatur, vino rigandum, ut cum ſuavi odore extingueretur: & in vaſa * modo aurea, modo argentea, modo ærea includebatur: ut Maro ait lib. VI. Æneid.

- - &

* De urnis ſepulcralibus præter autores a Cel. *Fabricio* in Bibliogr. Antiq p. 661. & Cl. *Keyslero* in Antiq. Sel. Sept. & Celt. p. 110. ſeqq. laudatos, vide *Montfauconium* dans l'antiquité expliqueé T. V. P. I. L. II. C. 6-17. & L. III. C. 7. p. 116. *Iſebrand. Eliard. Harkenrohtium* Diſſert. Epiſt. de Buſto Lharledano Traj. ad Rhen. 1721. 8. *Smetium* Antiq. Neomag. p. 116. & Cl. *Theoph. Sigefr. Bayerum* in Comment. de Numis Romanis in agro Pruſſico repert. 8. p. 36. ſq.

- - & ſubjectam more parentum
Adverſi tenuere facem: congeſta cremantur
Thurea dona, dapes fuſo crateris olivo.
Poſtquam collapſi cineres & flamma quievit,
Relliquias vino, & bibulam lavere favillam:
Oſſaque lecta cado texit Chorinæus aheno.

Inhumanum enim habetur, ipſa oſſa humana in trivio inventa non aſpergere levi pulvere. In trivio * autem ſepeliebantur plerumque, ut Plutarch. ait: χθονίᾳ δὲ δεῖπνον Ἑκάτῃ πέμπόμενος, εἰς τριόδυς ἀποτροπαίων καὶ καθαρσίων ἐπέχει μοῖραν, id eſt, *terreſtri vero Hecatæ cœnam mittens in terra, ad evitandam & piaculo placandam mortem inſtituit.* Sueton. in Veſpaſ. *Prandente eo canis e bivio manum humanam intulit, menſæque ſubjecit.* Auſon.

Abjecta in triviis inhumati glabra jacebat,
Teſta hominis, nudum jam cute calvitium.

Sacrum autem & execrabile, cadaver hominis mortui prætergredi, nec ſepelire. Scholiaſt. Sophocl.

οἱ

* Morem veterum ſepulcra vel in ipſa, vel in agrorum finibus viæ publicæ contiguis exſtruendi, ex antiquitate curate ediſſerit, & ſimul conſilii hujus cauſas exponit Cl. *Jo.* Gottlob *Nimptſch* in Diſſert. ſingulari de Sepulchris ad Viam publicam. Lipſ. 1721. 4.

οἱ γὰρ νεκρὸν ὁρῶντες ἄταφον, καὶ μὴ ἀναμησάμενοι κόνιν, ἐναγεῖς εἶναι ἐδόκουν, id eſt, *qui enim mortuum cernunt inſepultum, neque pulverem aſpergunt, execrabiles habentur.* Ælian. l. V. c. XIV. var. hiſt. νόμος καὶ οὗτος Ἀττικὸς, ὃς ἂν ἀτάφῳ περιτύχῃ σώματι ἀνθρώπου, πάντως ἐπιβάλλειν αὐτῷ γῆν, θάπτειν δὲ πρὸς δυσμὰς βλέποντας, id eſt, *lex etiam hæc inter Atticas ſcripta eſt. Si quis in inſepultum cadaver hominis incidat, ſaltem ei terram injiciat,* * *& ita ſepeliat, ut ad occaſum ſpectet* Quintilian. Decl. VI. *Nobis vero genuit non ſolum miſerationem, ſed etiam religionem; inde ignotis quoque corporibus tranſeuntium viatorum collaticia ſepultura: inde injecta ab alienis humus.* Declam. V. *Hinc & ille venit affectus quod ignotis cadaveribus humum congerimus.* Horat. l. I. Od. XXVII.

At tu nauta vagæ ne parce malignus arenæ,
Oſſibus & capiti inhumato
Particulam dare.
Quanquam feſtinas, non eſt mora longa: licebit
Injecto ter pulvere curras.

Quibusdam tamen ſingulare monumentum, cui inferrentur, exſtructum erat, quod ſibimet ipſi paraverant antea. Inter infinita unum duntaxat adducam:

C. VEL-

* De more terram mortuis injiciendi, *Salmaſius* ad Jus Atticum p. 563.

C. VELLÆVS. C. LIB. VRSIO. AVG.
SIBI. ET. TVTORINÆ. FILIÆ.
TREBELLIÆ. FELICVLÆ. VXORI.
TREBELLIÆ. ARESCVSÆ.
ET. TREBELLIA. FELICVLA. SIBI. ET.
LIBERTIS. LIBERTABVSQVE. MEIS.
C. IN. CVLTV. MONVMENTVM. CVM.
P. XV. ET. ITER.

* * *.

M. AVRELIVS. ROMANVS.
ET. ANTISTIA. CHRESIME.
VXOR. EIVS. FECERVNT. SIBI.
LIBERTIS. SVIS. POSTERISQVE.
EORVM. MONVMENTVM. CVM.
ÆDIFICIO. SVPERPOSITO.

In monumentis autem lucem incendebant. Modeſtin. βασιλικῶν XLVIII. c. III. *Servi mei ſint liberi, ſi in monumento meo ſolemnia manere fecerint.* V. Interpres: *Saccus Servus meus, & Irene & Eutychia ancillæ meæ omnes ſub hac conditione liberi ſunto, ut monumento meo alternis menſibus, lucernam accendant, & quæ fieri conſueverunt, peragant.* Quidam tamen lubentius ſe tumulari volebant in patenti campo, vel in ſylva, vel in horto. Hinc & Patriarchas defunctos ſuos in agro ſub frondentibus arborum ramis tumulaſſe legimus. Gen. XXIII. v. 17. Gen. XXXV. v. 8. *Et Saul fuit a Gibeonitis ſub quercu ſepultus.* 1 Sam. c. XXXI. v. 13. 1 Chron. cap. X. v. 12. Putabant autem gentes, Manes herbarum amœnitate gaudere, & ſic tritiſtiam ob vitæ amis-

amisſionem mitigari. Quam opinionem & nos l. X. Franceidos noſtræ expresſimus, quæ carmina hic adducere lubet:

Inde ubi ſe Nerei gelido de gurgite tollit
Mane novo Phœbus radians, & venit o-
lympo
Lux etiam fulgere novo, campi æquora lu-
ſtrans.
Pectora concusſi luctu, confuſa legebant
Oſſa peremptorum, cumulantque hæc aggere
denſo,
Demittuntque ſolo: quæ deſuper obtegit
umbra
Ramorum quercus lucorum in vallibus al-
tis.
Illic purpureis ſylvarum in floribus umbræ
Herbarum mira ſerie, cum vere nitenti
Mox Ericyna Venus, mollique Favonius
aura
Ingreditur, terramque rigat fulgore coru-
ſco,
Inſtat cum tepido nemori, floreſque micantes
Flora ſinu ſpargit, decoratque virentia pra-
ta,
Poſt obitum exultant, jucundaque gaudia
carpunt
Sub Platanis, narrant teneris ſua fata Na-
pæis

Quæ

Quæ quisque extulerit, vivis dum vita manebat.
Condecorant Manes ſua conifero Cypariſſo
Tempora, vel pini foliis, lætoque quotannis
Pectore, per ſylvæ gradiuntur opaca ſilenta,
Et loca blanda petunt, ubi florum divite cultu
Faunique, Dryadesque, & Sylvicolæ Sylvani
Exercent choreas, & dulcia tempora ducunt
Conſpicui florum cumulo, ſertisque coruſcis.

Teſtatur hanc mentem lapis Druſo erectus Ravennæ, cujus inſcriptio talis:

TIB. CLAVDIVS. DRVSI. F. CÆSAR.
IVG. GERM. PONT. MAX. TRIB.
POT. II. DESIGN. III. IMP. III. P. P.
DEDIT. OB. MEMORIAM. PATRIS
SVI. DEC. VII. COLLEGII. FABR. M. R.
HS. CO. N. LIBERALITATE. DONAVIT.
SVB. HAC. CONDICIONE. VT. QVOTANNIS.
ROSAS. AD. MONVMENTVM. EIVS. DEFERANT.
ET. IBI. EPVLENTVR. DVMTAXAT. IN. V. ID.
IVLIAS. QVOD. SI. NEGLEXERINT. TVNC.
AD. VIII. EIVSDEM. COLLEGII. PERTINERE.
DEBEBIT. CONDICIONE. SVPRADICTA.

Et apud I. Gruter. in Antiquitat. p. 636. hæc inſcriptio legitur;

HI.

HI. HORTI. ITA. VTI. OPT. MAXIMIQVE. SVNT.
CINERIBVS. SERVIANT. MEIS.
NAM. CVRATORES. SVBSTITVAM.
QVI. VESCANTVR.
EX. HORVM. HORTORVM. REDITV.
NATALI. MEO.
ET. PRÆBEANT. ROSAM. IN. PERPETVVM.

Et Romæ talis Epigraphe eſt:

D. M. *
P. CORNELIA. ANNIA.
NE. INDESOLATA. ORBITATE. SVPERVIVER.
MISERA. VIVAM. ME VLTRO. IN HANC
ARCAM. CVM. VIRO. DEF. INCOMPAR.
AMORE. DIL. DAMNAT. DEDO. CVM. QVO.
VIXI.

* Pleriſque omnibus monumentis antiquis has litteras præſcriptas invenias D. M vel D. M. S. vel etiam diſertim DIIS MANIBVS, aut MANIABVS, quo voluerunt denotare monumentum illud DIIS MANIBVS, id eſt, oſſibus, cineribusque eſſe ſacrum. Qui autem fuerint hi *Dii Manes*, vel unde ſic appellati, in eo ſcriptores antiqui non conveniunt: alii enim confundunt cum diis Laribus & Penatibus ; Vide *Dan. Gerdeſii* Diſſert. de Laribus & Penatibus inſert. T. XV. Hiſt. Crit. Reip. Litter. Gallice edit. p. 84. ſeqq.) alii cum Geniis ſive bonis, ſive malis; quidam etiam per eos Lemures & Larvas intelligunt; (Confer Abbatis *Jo. Franc. Simonis* Diſſ. de animabus defunctorum & earum ſtatu ex Ethnicorum doctrina, quæ extat T. II. Memor. Academiæ Inſcriptionum p. 32. ſqq. & Mem. Trevolt. 1708. p. 499. ſqq.) paſſim quoque uſurpant pro animabus defunctorum; imo pro ipſis etiam Inferis ſumuntur. Vide *Briſſonium* L. I. de formulis p. 51. & *Claud. Nicaſium* in doctiſſima explicatione Monum. antiq. reperti in Aquitania, in Diœceſi Auſciorum, Cap. V. p. 17.

VIXI. ANNOS. XX. SINE. VLLA. SOLIB.
LIBERTABVSQ. NOVT. QVOTAN SVPER.
ARCAMNO. PLOTONI. ET. OXORI. PROSER-
PINÆ.
M. OMNIBVSQ. SACRVFICENT. ROSISQ.
EXORNENT. DE. RELIQ. IBI. EPVLENTVR.
DO. D. F. M. DA. IX. HS. X. ATQ. T.
FACIVNDVM. DELEGA. VALE. VITA.

Hinc Maro l. VI. Æn. ſic canit:

- - Manibus date lilia plenis,
Purpureos ſpargam flores, animamque nepotis
His ſaltem accumulem donis.

Juvenalis Sat. VII.

Di majorum Umbris tenuem & ſine pondere terram,
Spiranteſque crocos, & in umbra perpetuum ver,
Qui præceptorum ſancti voluere parentis
Eſſe loco.

Et Tacitus in l. de Mor. Germ. idem de Germanis tradit: *Sepulcrum ceſpes erigit. Monumentorum arduum & operoſum honorem, ut gravem defunctis aſpernantur.* Antiqui enim, cui male volebant, grave ſepulcrum optabant, quo minus mature ad reliquos Manes ſe reciperet, aut ſummo cum labore transnataret Styga. Seneca in Troad.

- - Cecidit ut Achilli gravem
Fractura terram, prona, & irato impetu.

Ovidius l. III. Amor. Eleg. VIII.

Oſſa quieta precor tuta requieſcere in urna,
Et ſit humus cineri non oneroſa tuo.

Martialis l. VI. epigr. LII.

Sis licet, ut debes, Tellus placata, levisque,
Artificis levior non potes eſſe manu.

Marmor in Gallia tale eſt:

TE. LAPIS. OBTESTOR. LEVITER. SVPER. OSSA. RESERVA.
NE. NOSTRO. DOLEAT. CONDITVS. OFFICIO.

* * *

D. M.

QVI. ME. VOLENT.
VALETE. MATRONÆ. MATRESQ.
FAMILIAS. VIXI. ET. VLTRA.
VITAM. NIHIL. CREDIDI. ME.
VENERI. ALVMNÆ. ADDIXI.
QVOS. POTVI. PELLEXI. FILTRIS.
ET. ASTV. VIRO. HVMATO.
NON. VIDVA. FVI. NEC. MARITI.
NOMEN. ADEPTA. QVÆSO. NON. INVIDETE.
PORCIA. FAMILIA. EST. VENERIS. DOMVS.
ILLICIVA. CVPIDINVM. CAVE. VIATOR.
NE. ME. DIV. CALCATAM. CALCES.

CAP.

CAP. L.

Crinis in luctu poſitus. Interdum una cremari ſolitus. Mos apud Judæos. Sectione crinium inferias faciebant. Radi credebatur a Proſerpina. DIIS in juventute ſacer. Fluminibus etiam. Barbæ primitiæ DIIS oblatæ. Capillos nemini licebat abradere in navi. Vnde origo hæc. Semiraſi ſervi. Ignominioſum apud quosdam radi. Rei promiſſis capillis.

CÆterum moris erat crinem in luctu ponere, ſuperque jacentis pectus imponere. * Homerus:

Θριξὶ δὲ πάντα νέκυν καταείνυον, ἃς ἐπέβαλλον
κειρόμενοι.

Statius. l. VI. Theb.

- - Tergoque & pectore fuſam
Cæſariem ferro minuit, ſectiſque jacentis
Obnubit tenera ora comis.

* Quid cauſæ fuerit, cur ita Pagani facerent, ignoravit *Petr. Moreſtellus*, Pomp. feral. L. I. Cap. 32. p. 69. enim vero ritum hunc in funebribus obſervarunt, ut manes placarent, aut amicis fato functis, inferias mitterent. Vide *Paganinum Gaudentium* in exercit. de funere Heroum, *Saubertum* de Sacrificiis c. X. p. 228. *Spencerum* de Leg. Hebr. lib. II. p. 508. & 686. *Lindenbrogium*, in Obſervat. ad *Terentium*; *Gronovium* Diatrib. ad *Statium*, L. V. Sylv. III. cap. LI. *Dausquecium* ad Q. *Calabrum*; & *Heraldum* Adverſ. L. I. Cap. IX.

Præterea ἔθος ἦν τέμνειν τὰς κόμας, καὶ ἐπιτιθέναι τῷ τάφῳ, ἵνα διὰ τούτου πένθους ἵλεως αὐτοῖς ὁ νεκρὸς ᾖ, id eſt, *mos erat ſecare crines, & imponere ſepulchro, ut propter hunc luctum latus eſſet mortuus.* Eurip. id Iphig. Taur.

Τύμβον δὲ χῶσον, κἀπίδες μνημεῖά μοι,
Καὶ δάκρυ, ἀδελφή, καὶ κόμας δότω τάφῳ.

Statius in Epic. in patrem:

Crines pone ſuper tumulum.

Interdum detonſi crines in rogum projiciebantur, aut cadaveri impoſitæ cremabantur. Homer. Iliad.

Στὰς ἀπάνευθε πυρῆς ξανθὴν ἀπεκείρατο χαίτην.

Herodian. l. IV. πάνυ τε ὁ Φιλοκάρσης πλόκαμον ἐπιθεῖναι τῷ πυρὶ ζητῶν ἐγιλᾶτο, id eſt, *certe Philocarſes comam im impoſuit flammæ.* Nec hic mos tantum apud Occidentales, ſed ipſos etiam Orientales & in populo quidem Dei, ut Michæ verba c. I. v. 16. ſatis ſuperque indicant: Glabra te & tonde propter filius deliciarum tuarum: dilata calvitium tuum, ut aquila, quia migrant a te. Et hac ſectione crinium inferias faciebant. Heliodor. l. VI. ᾯ μόνη μοι γλυκεῖα Φροντὶς, εἰ μὲν τέθνηκας, τὰς ἐπιφέρω χόας καὶ ἅμα ἔτιλλε τὰς τρίχας, καὶ ἐπὶ κλίνῃ ἐπέβαλλε, id eſt, *cui ſola dulcis ſollicitudo, ſiquidem mortuus eſt, cui terram ingero: & ſimul abſcidit capillos, & lecticæ injecit.* In abſentis locum, quaſi ipſum Theagenem. Veteres etiam credebant radi eos qui in agone mortis erant conſtituti a Proſerpina. Maro l. IV. Æneid.

- - *Non-*

- - Nondum illi flavam Proſerpina crinem
Abſtulerat.

Servius: *traxit hoc de Alceſte Euripidis, qui inducit Mercurium comam ſecantem, quia fato peribat mariti.* Vide Macrob. Saturn. l. V. c. XIX. Sunt autem hi Euripidis verſus:

Ἱερὸς γὰρ οὗτος τῶν κατὰ χθονὸς θεῶν.
Ὅτου τόδ' ἔγχος κρατὸς ἁγνίσει τρίχα.

Scholiaſtes: ὡς ἔθους ὄντος τὸν θάνατον τοῦ μέλλοντος ἀποθνήσκειν τὴν κόμην τέμνειν, id eſt, *quia moris erat mortuo, quamprimum animam efflaverat, comam abradere.* Stat. l. II. Sylv. de Glauc.

Jam complexa manu crinem tenet infera Juno.

Apulej. Mileſ. II. *Et cum dicto juvenem quendam lineis amiculis intectum, & ad usque mentum deraſo capite producit in medium.* Capillus autem Dîs in prima conſtitutione ſuper terram ſacrabatur. Lucian. de Dea Syria: τοῖσι δὲ νέοισι πλοκάμους ἱροὺς ἐκ γενετῆς ἀπίασι, *Puerorum crines ſacros in genitura conſtituunt.* Conf. Tertull. de anim. c. XL. Stat. Theb. l. IV. Sacrabantur autem fluminibus aut DIIS, ut I. Pollux habet: ἔτρεφον δέ τινες κόμην ποταμοῖς ἢ θεοῖς: *nutribant vero quidam fluminibus ſeu Dîs comam.* Herculi vulgus Athenienſium, ut Heſychius teſtatur; Apollini majoris ſortis. Plutarch. in Theſeo: μεταβαίνοντες ἐκ παίδων ἐλθόντες εἰς

Δελφοὺς, ἀπάρχεσθαι τῷ θεῷ τῆς κόμης, *ex ephebis egreſſi venientes Delphos ſolent offerre Deo comam.* Quod fluminibus, Scholiaſt. Pindari: τὰς μὲν γὰρ πρώτας κόμας τοῖς ποταμοῖς ἀπεκείροντο, σύμβολον τοῦ ἐξ ὕδατος εἶναι πάντων τὴν ἄσκησιν, *primitias comarum fluminibus delicant, in memoriam, omnia ex aquis originem ſuam ſumpſiſſe.* In Nuptialibus autem ſacris Comarum primitias Junoni & Dianæ offerebant Virgines. Pollux l. III. καὶ τῆς κόμης δὲ τότε ἀπήρχοντο ταῖς θεαῖς αἱ κόραι, *& comarum primitias Deabus offerunt puellæ.* Juvenes etiam idem faciebant, ut Lucian. de Dea Syr. refert: τῆσι παρθένοισι καὶ τοῖσι νόμον ἐποιήσαντο μὴ μὴν ἄλλως γάμον ἰέναι, πρὶν Ἱππολύτῳ κόμας κείρασθαι, *& virginibus & juvenibus legem fecerunt, non aliter thalamum inituros, niſi prius Hippolyto comas dedicaverint.* Barbæ etiam primitias in pyxidem reconditæ ſacrabant Deæ. Lucian. de Dea Syria: τοῖσι δὲ νέοσι πλοκάμους ἱεροὺς ἐκ γενετῆς ἀπιᾶσι, τοὺς ἐπεὰν ἐν τῷ ἱερῷ γίνονται, ταμοῦσί τε καὶ ἐς ἄγγεα καταθέντες, οἱ μὲν ἀργυρέα, πολλοὶ δὲ χρύσεα ἐν τῷ νηῷ προσηλώσαντες, ἀπίασι, ἐπιγράψαντες ἕκαστοι τὰ οὐνόματα, id eſt, *Puerorum crines ſacros in genitura conſtituunt: quos poſtea in templo ſecant, & vaſculo includentes, & alii quidem argenteo, alii aureo in templum deferunt, inſcribentes ſinguli ſua nomina.* Sueton. in Neron. *Inter Euthyſiæ apparatum barbam primam poſuit, conditamque in auream pyxidem, & precioſiſſimis margaritis exornatam Capitolio conſecravit.* Capillos autem in navi detondere nemini licebat, niſi

cum

cum ventus mari iraſceretur. Naufraugorum enim ultimum hoc votum. * Lucian. περὶ τῶν ἐπὶ μισθῷ συνόντων. Καθάπερ ναυαγίαν τινὰ, καὶ σωτηρίαν διηγουμένων. οἷοί εἰσιν οἱ πρὸς τοῖς ἱεροῖς ἐξυρημένοι τὰς κεφαλὰς, i.e. *quemadmodum in naufragio contigit ad ſalutem obtinendam. quales illi ſunt, qui in ſacrificium capillos abradunt.* Hermotimo: δοκῶ δὲ μοὶ οὐκ ἀλόγως ἂν καὶ ξυρήσασθαι τὴν κεφαλὴν, ὥσπερ ἐκ τῶν ναυαγίων ἀποσωθέντες: *videor vero mihi non ſine ratione caput raſiſſe, quemadmodum ex naufragiis ſanitati reſtituti.* Radebant autem caput, non ut mortem effugerent, ſed naufragium. Ξυρᾶσθαι δὲ δοκεῖν τὴν κεφαλὴν πλέουσι ναυάγιον σημαίνει, πλὴν οὐκ ἀποθανεῖν, ναυαγήσαντες μὲν γὰρ, οὐ ἐκ μεγάλης σωθέντες νόσου ξυρῶνται. Juvenal.

Tunc ſtagnante ſinu gaudens ibi vertice raſo
Garrula ſecuri narrare pericula nautæ.

* Vide huc *Jac. Durantium Caſellium* Var. Lect. II. c. 9 in *Gruteri* Lampade Critica Tom. III. P. II. p. 238. *Dougtaum* in Anal. N. T. p. 97. *Laurentium* L. II. Polymathiæ diſſert. VI. p. 99. *Lacerdam* in Adverſar. p. 449. *Kirchmannum* de funere Romanorum lib. II. c. 14. p. 138. *Jo. Henr. Urſinum* in Anal. S. T. II. p. 184. *Saubertum* de ſacrificiis p. 230. *Vorſtium* in Adagiis N. T. C. VI. p. 34. *Jo. Mich. Dilherrum* in Electis lib. II. c. II. *Joſ. Arndium* in Miſcellan. Sacris p. 112. & Rev. *VVolfium* in Cur. Philolog. & Crit. p. 1379.

Nonius: *qui liberi fiebant, ea cauſa calvi erant, quod tempeſtatem ſervitutis videbantur effugere, ſicut naufragio liberati ſolent.* Petron. Arbit. in Sat. notavit ſibi ad Lunam tonſorem intempeſtivo inhærentem miniſterio, execratusque omen, quod imitaretur ultimum naufragorum votum. Hinc D. Paul. Actor. XXVII. adhortans nautas triſtitiam depellere inquit: οὐδενὸς γὰρ ὑμῶν θρὶξ ἐκ τῆς κεφαλῆς πεσεῖται. Servos autem vilioris notæ Gentes ſemiraſos alebant. Apulej. l. IX. Mil. Frontes literati, & capillum ſemiraſi, & pedes annulati. Quorundam tamen capillus libertate data abradebatur, ut ex Plauti Amphitruore patet. Lucian. in Timon. ἢ κατάπυγον οἰκέτης ἐκ παιδικῶν τίμιος, ὑπεξυρημένος ἔτι τὴν γνάθον. Apud plærasque tamen gentes ignominioſum radi, quod in communi de Germanis ſuperius ſumtum annotavimus. Nicolaus Damaſcen. τὸν δὲ μέγιστα ἀδικήσαντα ὁ βασιλεὺς κελεύει κείρεσθαι, ὡς ἐσχάτης οὔσης ἀτιμίας, *maxime vero criminibus noxium Rex imperavit radi, tanquam in ultimam ſupplicii notam.* Philoſtrat. de Vit. Apoll. Thyanæi. l. VII. ἄρχεται τὸ ἐνθεῦτε τῆς ἐς τὸν ἄνδρα ὕβρεως, γενείων τε ἀποκείρας αὐτὸν καὶ χαίτης ἔν τε τοῖς κακουργοτάτοις δήσας, *incepit præterea aliud pœnæ genus in virum excogitare, genasque abraſit, & cæſariem inter peſſimas habens.* Harmenopulus l. VI. tit. VI §. 18. τυπτόμενος καὶ κουρευόμενος ἐξοριζέσθω, *verberatus & raſus exulet.* tit. V. §. 18. tit. 7. §. 10. tit. VIII. §. 7. & paſſim. Hæc pœna etiam adulterii. Harmen. l. VI. tit. II. §. XX. οἱ μοιχοὶ τυπτόμενοι, καὶ κουρευόμενοι

ῥινο-

ῥινακοπείσθωσαν, *mœchi verberati, & abraſi naſum amputentur.* §. 25. γυνὴ μοιχευθεῖσα τυπτομένη καὶ κορευομένη. Tacit. in l. de Mor. Germ. *acciſis crinibus nudatam coram propinquis expellit domo maritus, ac per omnem vicum verbere agit.* Publicatæ enim pudicitiæ nulla venia. De Longobardis vide Cedr. l. II. Legimus tamen & reos horridis longiſque capillis conſpicuos fuiſſe. Plin. l. VII. epiſt. XXVII. Reis moris eſt ſummittere capillum. Schol. Iuven. Cum rei tenemur capillos demittimus. Vid. Gell. l. III. c. IV. Prud. l. I. adv. Symm. Veſte etiam obſoleta crinibusque promiſſis accedebant tribunal. Iuxta & propinqui veſtem mutabant. Mart. l. I.

Si det iniqua tibi triſtem fortuna reatum,
Squallidus hærebo, pallidiorque reo.

Vide Cic. in Verrem. per Cluent. Quintil. l. VIII. Apul. l. VII. l. IX. l. X. Maron. l. X. Æn.

Cap. LI.

Mulieres *exequiis adſunt. Solutis crinibus. Præficæ. Nudo plangebant pectore. Faciem unguibus lacerabant. Cauſa. Leſſus quid. Vnde origo hujus lamentationis.*

MVlieres, quæ exequiis adeſſe ſolebant, ſolutis crinibus adſtabant: cujusmodi exequiæ apud Maron. libro tertio Æneid. celebrabantur:

Ergo inſtauramus Polydoro funus, & ingens

Aggeritur tumulo tellus: ſtant manibus aræ
Cæruleis mœſtæ vittis, atroque cupreſſo,
Et circum Iliades crinem de more ſolutæ.

Et tales apud Romanos præficæ * dicebantur conductæ ad hoc, ut in funere lamentarentur, ac defuncti laudes prædicarent, aliisque plorandi modum præirent: unde & præficæ dictæ ſunt, quaſi præfectæ. Lucilius citante Nonio:

Mercede quæ conductæ flent alieno in funere præficæ,
Multæ & capillos ſcindunt & clamant magis.

Id imitatus Horatius:

Vt quæ conductæ plorant in funere, dicunt
Et faciunt prope plura dolentibus ex animo.

Lucian. περὶ πενθ. τί δέ με ὁ κωκυτὸς ὑμῶν ὀνίνησι, καὶ ἡ πρὸς τὸν αὐλὸν αὔτι στερνοτυπία, καὶ ἡ τῶν γυναικῶν περὶ τὸν θρῆνον ἀμετρία, *quid vero mihi Cocytus proderit, & ad tibiam planctus, & mulierum in lamentatione diſcrepantia?* Laceratis autem crinibus incedebant, quod & Petronius in ſuo Satyr. affirmat: *Intravit anus laceratis crinibus, nigraque veſte deformis.* Cicer. l. III. Tuſc. quæſt. *Scindens dolore identidem intonſam comam.* Plangebant autem pectus nudum in conſpectu frequenti. Apulej. l. IV. Mil. *Quid canitiem ſcinditis,*

* Conf. *Hier. Baruffaldi* Diſſert. de Præficis ad Illuſtrationem Urnæ Sepulcralis Fl. Quartillæ Præficæ, Ferrar. 1713. 8. edit. & T. III. Theſauri Antiq. Rom. *Sallengriani* recuſa, p. 745. ſqq.

tis, quid pectora tunditis? l. VII. ejulans tunſis pectoribus. l. VIII. & IX. Maro Aen. II.

- - triſtes & tunſæ pectora palmis.

Lucian. ἑταιρ. διαλ. ἐσπάραττε τὰς κόμας, καὶ τὰ στέρνα ἐτύπτετο, καὶ ἐπένθει, *dilaceravit comas, & præcordia percuſſit, & luxit.* Ovid. l. IV. Faſt.

Et feriunt mæſta pectora nuda manu.

Sil. Ital. l. XII.

- - ſparſaque ſolutis
Crinibus exululant matres, atque ubera tundunt.

Firmic. Qui dolore perculſi caput plangunt & pectora nuda pugnis obtundunt. Sed & faciem unguibus lacerabant. Artemidor. l. I. ἐν τοῖς πένθεσι λαβῶνται τὰς παρειὰς οἱ ἄνθρωποι, *in luctibus deformant faciem homines.* Virgil. Æn. XII.

- - flavos Lavinia crines,
Et roſeas laniata genas.

L. III. Aen.

Inferimus tepido ſpumantia cymbia lacte,
Sanguinis & ſacri pateras.

Servius: Varro dicit mulieres in exequiis & luctu ideo ſolitas ora lacerare, ut ſanguine oſtenſo inferis ſatisfaciant: quare etiam inſtitutum eſt, ut apud ſepulcra victimæ cædantur. Lutac. Planctus percuſſionem manuum ſignificat. Planctus enim dicitur omnis colliſio, Varronis opinione. Ideo mulieres ſolitas in luctu ora lacerare, ut ſanguine oſtenſo inferis ſatisfiat. Stat. l. VI. Thebaid.

Spumanteſque mero pateræ verguntur & atri

San-

Sanguinis, & rapti gratiſſima cymbia lactis. Lutac. Et atri ſanguinis. Duas res mittit: unam quæ nutrit animam, id eſt, lac: alteram qua conſtat, id eſt, ſanguis. Nec mirandum, quia ſanguinem ad inferos placandos intulerit: nam ſanguis proprie videtur eſſe animæ poſſeſſio; inde exangues mortuos dicimus; Varronis opinione ideo mulieres ſolitæ in luctu ora lacerare, ut ſanguine oſtenſo inferis ſatisfiat. Quod & in publico luctu gentis Iudaicæ ob captivitatem Babylonicam Sichemitis tribuitur; uti Ierem. c. XLI. v. 5. refertur: *Vt venirent homines Sichemo, Schilunte, & Schomrone octoginta viri raſi barba, laceri veſtibus*, * *ac incidentes ſeſe, in quorum manu munus & thus, ut afferrent donum Iehovæ.* Cic. l. II. de L. L. ex XII. Tabul. de ſumtu & impenſis funerum hæc affert: *Mulier ne genas carpito, neve leſſum funeris ergo habeto.* Sext. Ælius Pætus vocem *Leſſum* ſe non intelligere affirmavit. C. Lælius lugubrem ejulationem aut tale aliquid ſignificari putavit. At I. Herold. ab Hercule Tyrio ſeu Tarentino, Iovis & Aſteries F. qui apud Celtas inter

* De ſciſſione veſtium variis caſibus adhiberi ſolita, lege, quos laudat Cel. *Fabricius* in Bibliographia Antiquaria, p. 575. atque *Geierus* & *Nicolai*, qui de Luctu veterum expoſuerunt. Adde iis ſingularem Diſſert. *Chriſtoph. Jac. Schröderi* de laceratione veſtium, Jen. 1705. 4. habitam, *Dilherrum* T. I. Diſput. Acad. p. 131. *Gaulminum* ad L. III. de vita Moſis cap. 5. p. 209. *Petr. Fabrum* Semeſtr. II. p. 122. ſqq. *Dougtaum* P. I. anal. p. 118. *Octav. Ferrarium* P. II. de re Veſtiaria L. IV. c. 2. *Spizelium* in elevat. relat. Montezin. p. 85. & *Cornel. Adami* in Obſerv. Theolog. Philolog. p. 180.

inter Rhenum & Danubium diu vixit, & LI. annis ante captam Trojam in Latium venit, Cacoque tyranno interfecto ab Euandro hoſpitio ſuſceptus fuit, ſuperſtitiones tum alias, tum etiam, quibus in funere uterentur invectas ſuſpicatur: quas deinde Numa partim reprobarit,partim approbarit, leges vero e Græcia per Decemviros antiquarint. Inter eas autem ceremonias a barbara gente acceptas fuiſſe & has, ut genas raderent mulierculæ, hoc eſt, unguibus faciem dilaniarent, & leſſum facerent, id eſt, ſanguinem e venis mitterent, doloris teſtandi ergo; id quod Germani patria voce dicunt Ein läſſn thun, oder haben. Et Itali etiamnum hodie a Gothis vel Longobardis mutuati Salaſſer, & far Saluſſo. In ſacris prohibet Moſes Iſraëlitis carnes incidere ſuper mortuo, & ſtigmata inurere, Lev. XIX. Plautus certe in Truculento Act. 4. Sc. 2. Leſſi meminit, ſub Lenæ perſona inquiens: *Thetis quoque etiam lamentando leſſum fecit filio.* Vbi quid Leſſo ſimile Dinarchum adoleſcentem feciſſe ſequentia arguunt verba. Hunc ergo morem barbarum per Italiam atque Græciam in Palæſtinam usque propagatum, Solon inprimis in ſuis Axonibus, & inde mutuati Decemviri legibus XII. Tabul. abrogarunt, utpote Germanis potius, quam Athenienſibus & Romanis convenientem. Nam vel Tacito teſte in l. de Mor. Germ. viri lamenta ac lacrumas cito, dolorem & triſtitiam tarde ponunt: fœminis vero luctus ſemper fuit honeſtus, cum alias, tum præſertim occiſis in bello maritis. Hæc ex Theod. Zwinger. vol. I. l. I. Theatr. Vitæ Humanæ.

ELIAE SCHEDII
DE
DIIS GERMANIS
SYNGRAMMA TERTIVM.

Cap. I.

Columnæ, *ſtelæ, cippi ſepulcrales velut numina culti. Dæmoniorum luſus. Templa meræ ſepulcra. Serapis ſtatua. Idoli ἔτυμον. Familiæ conditoribus ſuis ſacra inſtituerunt. Heſychidæ. Titius Heros. Stelæ Græcorum. Tuyſcon, ſive DIS Celtarum pater, a ſuis primum cultus.*

EMenſi jam ea, quæ circa vera ſacra, tam adminiſtrantes, quam adminiſtrata reſpiciunt; quæ ſane ex optimis & veriſſimis autoribus annotata fuerunt. Reſtat igitur, ut alios priſcorum ritus oſtendamus, & originem horum, qua fide poterit fieri, tradamus. Quicquid autem poſt primum cultum acceſſit, dimanavit ex eo fonte, quo cætera ſacra. Et ejus generis ſunt ſolemnes conventus ad ſtatuarum, ſimulacrorum, columnarum, cipporumque ingentes moles. Hæ namque ſtatuæ, columnæ, cippi, ſimulacra non in Deorum honorem erecta, ſed in memoriam & gloriam defunctorum Heroum

poſita.

poſita. Eos namque, qui illuſtres cujusdam familiæ conditores, aut inſignis cujusdam victoriæ authores fuerant, præmatura morte defunctos ſuperſtite aliquo monimento honorarunt. Poſtmodum ludos quosdam religioſos anni decurſu finito inſtituere, flores & coronas dedicarunt, & ſparſerunt, inferias poſuerunt, & quicquid vel honori, vel ornamento eſſe potuit, adhibuerunt. Hinc indies majorem in modum creſcentibus ſacrorum ritibus, poſteritas eos tanquam Heroës, ſeu Dæmonia venerata eſt. Nec enim illo tempore, ut poſterioris ſeculi Theologi, diſtinguebant inter Dæmones, ſeu Heroës. Namque Deus, Dæmon & Heros, unus idemque erat rudibus hominibus. Et ſubdole Dæmonia præſtigiorum cumulo ludebant ſuperſtitioſos: inanimatarumque ſtatuarum corporibus ſe ingerebant, Hierophantasque ipſos lymphatico quodam more decipiebant, quo facilius ad præſtandum ſtatuis honorem allicerent. Nec Mortalis cujusdam nomen abnuebant, modo inde DII immortales haberentur. Cum vero demortuorum plerique inveniſſent artes quasdam inſignes ad uſum humanum, aut illuſtres victorias condidiſſent, aut familiarum quasdam origines dediſſent illuſtrium, tanto eos honore perſequuti ſunt poſteri, ut ad eorum ſtatuas, tanquam ſacra templa convenirent. Majoris enim cujusdam naturæ videbantur, quam ut mortali labe infectos eſſe ſtatuere fas eſſet: aut præcellentioris naturæ ſenſu Dæmonum Heroës erant, qui adorabantur. Luculentiſſimum ſane ejus rei teſtimonium Author libri Sapientiæ c. XIV. v, 12. usque ad 22. tradit;

dit: Κενοδοξίᾳ γὰρ ἀνθρώπων εἰσῆλθεν εἰς τὸν κόσμον, καὶ διὰ τοῦτο σύντομον αὐτῶν τέλος ἐπενοήθη. ἀώρῳ γὰρ πένθει τρυχόμενος πατὴρ, τοῦ ταχέως ἀφαιρεθέντος τέκνου εἰκόνα ποιήσας, τὸν τότε νεκρὸν ἄνθρωπον, νῦν ὡς θεὸν ἐτίμησεν. καὶ παρέδωκεν τοῖς ὑποχειρίοις μυστήρια καὶ τελετάς. εἶτα ἐν χρόνῳ κρατηθὲν τὸ ἀσεβὲς ἔθος, ὡς νόμος ἐφυλάχθη, καὶ τυράννων ἐπιταγαῖς ἐθρησκεύετο τὰ γλυπτά. οὓς ἐν ὄψει μὴ δυνάμενοι τιμᾷν ἄνθρωποι διὰ τὸ μακρὰν οἰκεῖν, τὴν πόῤῥωθεν ὄψιν ἀνατυπωσάμενοι, ἐμφανῆ εἰκόνα τοῦ τιμωμένου βασιλέως ἐποίησαν, ἵνα τὸν ἀπόντα ὡς παρόντα κολακεύωσι διὰ τῆς σπουδῆς. εἰς ἐπίτασιν δὲ θρησκείας καὶ τοὺς ἀγνοοῦντας ἡ τοῦ τεχνίτου προετρέψατο φιλοτιμία. ὁ μὲν γὰρ τάχα τῷ κρατοῦντι βουλόμενος ἀρέσαι, ἐξεβιάσατο τῇ τέχνῃ τὴν ὁμοιότητα ἐπὶ τὸ κάλλιον. τὸ δὲ πλῆθος, ἐφελκόμενον διὰ τὸ εὔχαρι τῆς ἐργασίας, τὸν πρὸ ὀλίγου τιμηθέντα ἄνθρωπον, νῦν σέβασμα ἐλογίσαντο. καὶ τοῦτο ἐγένετο τῷ βίῳ εἰς ἔνεδρον, ὅτι ἢ συμφορᾷ ἢ τυραννίδι δουλεύσαντες ἄνθρωποι, τὸ ἀκοινώνητον ὄνομα λίθοις καὶ ξύλοις περιέθησαν, id eſt, *Cum vana opinatione hominum venerint in mundum, ac propterea præciſus illarum finis excogitatus ſit. Acerbo enim luctu vexatus pater cum filii cito ſublati imaginem feciſſet, hominem tunc quidem mortuum, nunc vero ut Deum affecit honoribus, & ſubditis myſteria, ſacrificiaque tradidit. Deinde procedente tempore invaleſcens hæc impia conſuetudo tanquam lex cuſtodita eſt, & tyrannorum præceptis cultus ſculptilibus attributus eſt. Quos cum in os non poſſent honori-*

noribus proſequi homines, eo quod longe habitarent; longinquam eorum faciem effigurantes, conſpicuam imaginem Regis quem honorabant fecerunt, ut abſenti ſtudioſe tanquam præſenti aſſentirentur. Ad incrementum autem cultus ignorantes etiam provocavit ambitio artificis. Etenim hic fortaſſe dominatori volens placere detorſerit arte ſimilitudinem ad aliquid pulcrius: multitudo vero pertractum optima operis gratia hominem, qui paulo ante honorabatur, jam numen eſſe duxerint. Atque hæ fuerunt in vitam hanc inſidiæ: quod aut calamitati, aut tyrannidi ſervientes homines nomen illud lapidibus & lignis impoſuerunt, quod communicari cum illis non poteſt. Et Clemens Alexand. in Protreptico ſcribit, templa fuiſſe ſepulcra defunctorum Heroum: Quæ quidem nec ipſa ſilentio prætermittam, atque adeo ipſa convincam, ſpecioſo quidem nomine nominari templa, fuiſſe autem ſepulcra, hoc eſt, ſepulcra fuiſſe vocata templa. Vos autem vel nunc ſaltem Dæmonum cultus & ſuperſtitionis oblivi ſcamini ſepulcra colere erubeſcentes. In templo Minervæ Lariſſæ in arce eſt ſepulcrum Acriſii. Athenis autem in arce Cecropis, ut ait Antiochus in nono Hiſtor. Quid vero Erichthonius non fuit ſepultus in templo Peliadis? Immanis autem filius Eumolpi & Dairæ, non fuit ſepultus in ambitu Eleuſinii, quod eſt ſub arce? Filiæ autem Celei non ſunt ſepultæ in Eleuſine? Quid tibi enumerem uxores Hyperboreorum? Hyperoche & Laodice ſepultæ ſunt in Artemiſio in Delo. Hic Leucophrynes monumentum par eſt non prætermittere, ſequendo Zenonem Myndium, quæ

in templo Dianæ ſepulta eſt Magneſiæ. Leandrius autem dicit Clearchum fuiſſe Mileti ſepultum in Didymæo. Sed neque Apollinis aram, quæ eſt in Thelmeſſo, quam ipſam quoque ſcribunt eſſe monimentum Thelmeſſis vatis. Ptolemæus autem filius Ageſarchæ in primo eorum, quos ſcribit de Philopatre, dicit in Papho in templo Veneris ſepultum eſſe Cyniram & ejus nepotes. Sed mihi quidem perſequenti ſepulcra, quæ adorantur, ne univerſum quidem tempus ſuffecerit. Inde idem ſcribit, Serapin ex auro, argento, ære, ferro, & plumbo, gemmis item Sapphiro, Hæmatite, Smaragdo, Topazio, additis reliquiis & oſſibus Oſiridis & Apis, confectum fuiſſe idolum, cæruleo colore illitum; inde nigrioris adhuc coloris eſſe. Diophantus in Fulgentii Mythologicis εἰδώλου ἔτυμον deducit παρὰ τὸ τῆς ὀδύνης εἶδος, quaſi εἰδοδύνη, id eſt, *doloris ſpecies, quod maxime videtur Hebræo accedere.* Τὸ עצבים enim dolores ſignificat; ideo dicta autem idola, quod dolores quotannis ſtatuis & ſepulcris mortuorum exhiberentur. De primo autem ſtatuarum efformatore primo Syngrammate dictum; quod jam iterare piaculum duximus. Et certæ familiæ primum ſuo conditori ſacrificia exhibebant, quæ demum ad alios tranſlata fuerunt. Sic Polemo ad Eratoſthenem: τὸ δὲ τῶν γένος εὐπατριδῶν, οὐ μετέχει τῆς θυσίας ταύτης, ἀλλὰ μόνοι οἱ Ἡσυχίδαι. ὃ δὴ γένος ἐστὶ παρὰ τὰς σεμνὰς θεὰς, καὶ τὴν ἡγεμονίαν ἔχει, καὶ προθύονται πρὸ τῆς θυσίας κριὸν Ἡσύχῳ ἱερὸν ἥρωι. τοῦτον οὕτω καλοῦντες διὰ τὴν εὐφημίαν, οὗ τὸ ἱερόν ἐστι παρὰ τὸ κυδώνιον,

ἐκτὸς

ἐκτὸς τῶν ἐννεαπυλῶν, id eſt, *at nobilioribus ad hac ſacrificia accedere nefas eſt, ſed ſolis Heſychidis, quod genus eſt Deabus ſeveris gratum, principatumque obtinet in illis ſacrificiis: ſolent immolare ante ſacrificia arietem Heſychio Heroi ſacrum, quem ita nominant boni ominis cauſa, cujus ſacellum eſt juxta Cydonium extra novem portas.* Et Titius Heros indigena Cretenſium, ut Calliſtratus l. II. Heracleæ ſenſit, ob gentem auctam relatus eſt in numerum Heroum, & a familia cultus, ut Theophantes & Promachidas in iis, quæ ſcripſit de Heraclea, refert: ἀπεθεώθη γὰρ ὁ Τιτίας ἀπὸ Μαριανδυνῶν, δι' ὃν μάλιστα τὸ ἔθνος ἐκεῖνον ηὔξηταί τε καὶ προῆκται πρὸς εὐδαιμονίαν, id eſt, *Inter Deos relatus* * *eſt Titias a Mariandynis, quoniam per illum gens illa maxime aucta eſt, & ad felicitatem perducta.* Et Stelæ ſeu rudes lapides a Græcis primitus in Heroum poſiti honorem colebantur. Pauſanias in Achaicis: τὰ δὲ παλαιότερα καὶ τοῖς πᾶσιν Ἕλλησι, τιμὰς θεῶν ἀντὶ ἀγαλμάτων εἶχον ἀργοὶ λίθοι, *olim apud Græcos univerſos, rudes lapides pro ſimulacris*

* De ritu ἀποθεώσεως ſ. Conſecrationis veterum, lego, quos diligenter affert Cel. ***Fabricius*** in Bibliographia Antiq. p. 268. ſq. Iis adde ***Jac. Ouzelium*** ad ***Minut.*** p. 215. ſq. ***Claud. Guichardum*** de funeribus apud Romanos, Græcos & alias gentes L. I. cap. 13 p. 164. & cap. 14. p. 186. ſq. ***Herbert de Cherbury*** de Relig. Gentil. p. 145. ſq. ***Philip. Bonarotam*** de Romuli Apotheoſi in Veteri Diptycho expreſſa, Giorn. d'Letter. d'Ital. T. XXVIII. p. 9. ſqq. ***Bern. de Montfaucon*** dans l'antiquité expliquée T. V. P. I. L. IV. Cap. 9. p. 151. & Cl. ***Keyslerum*** in Antiq. Sept. & Celt. p. 97. ſqq.

cris divinos honores obtinuere. Apud Germanos ſimili modo ſtatuæ quædam in honorem priſcorum Heroum erectæ. Et prima quidem poſita conditori gentis, Tuyſconi nempe ſeu Diti apud Celtas. Tuyſcon enim ſeu DIS Samothes idem eſt, ut ſupra demonſtratum. D. Cæſar. l. VI. comm. Bell. Gall. memoriæ prodidit: *Gallos ſe omnes a Dite patre prognatos prædicare, idque a Druydibus proditum dicere. Quem defunctum, tanquam familiæ patrem utrique populi Germani ſub nomine Tuyſconis, Galli ſub nomine Ditis honorarunt, ſtatuasque in lucis erexerunt.*

Cap. II.

Hercules. *Rex Bojorum. Alemannus alias. Nominis ἔτυμον. Plures Hercules. Duodecim labores. Mire vorax. Irriſus idcirco. Hercules Celticus.*

FVisse apud Germanos & Herculem memorant, inquit Tacit. in l. de Mor. Germ. primumque omnium virorum fortium ituri in prælia canunt. Et hic poſtremus eſt Regum Germaniæ, ait Aventin. l. I. Ann. Boj. quos Beroſus enumerat, Alemannus cognomento Hercules, * conditor primus Bojorum. Inſigne ejus Leo fuit, cauſa cognominis: proinde alere Leones gentilitium eſt principibus noſtris.

* De Hercule Alemannico *Aventin.* Annal. Boj. lib. 3. cap. I. *Begerus* in Theſauro Palatino p. 16. ſq. & Cel. *Keyslerus* l. c. p. 185.

ſtris. D. Hieronymus & Euſebius primum fuiſſe Herculem autumant. Argle, Atergle, acle & ærcle ferus eſt Leo, Latini inde Herculem fecerunt, cognomen Alemanni Regis parentis Bojorum, cujus inſigne Leo fuit: quo etiam nunc Germaniæ principes variato clypeo fere utuntur. Quem majores noſtri cœleſti nomenclaturæ adſcripſerunt, belloque præfecerunt; & primum omnium fortium virorum ituri in prælia cecinerunt. Ejus æreum ſignum in Richavia cœnobio Suevorum hactenus ſervatum I. Stabius Hiſtoriographus juſſu Imp. Maximiliani Cæſaris Auguſti noſtra ætate tranſtulit Tyrillios. Manent adhuc in Bojoaria vicus & arx Almoſtain pagus & flumen Alemannus: cujus accolæ ſe vetuſtiſſimos Bojor. prædicant, quemadmodum & noſtra diplomata oſtendunt. Hæc ille. Plures autem a veteribus traduntur Hercules, quorum geſta uni Alcmenæ filio tribuuntur. Celebrantur autem duodecim labores, ut Byzantius Philippus teſtatur:

Ὤλεσα τὸν Νεμέας θῆρ' ἄπλετον, ὤλεσα δ' ὕδρην,
Καὶ ταῦρον. κάπρου δ' ἀμφέλιναξα γένυν.
Ζωστῆρ' ἑλκύσσας, πώλους Διομήδεος εἷλον.
Χρύσεα μῆλα κλάσας, Γηρυόνην ἔλαβον.
Αὐγείαν ἐδάην. κεμὰς οὐ φύγεν. ἔκτανον ὄρνις.
Κέρβερον ἠγαγόμην. αὐτὸς ὄλυμπον ἔχω.

Perdidi Nemeæ feram inviolabilem, perdidi Hydram,
Et Taurum, apri inde cædidi malam.
Baltheum ſolvens, equos Diomedis cepi.
Aurea mala rapiens, Geryonem cepi.

Augean domui, cerva non aufugit. occiſa
eſt avis.
Cerberum adduxi. Sed nunc cœlum teneo.

Quibus Cointus Smyrnæus decimum tertium laborem addit, ſic canens:

Πρῶτα μὲν ἐν Νεμέῃ βριαρὸν κατέπεφνε λέοντα,
Δεύτερον, ἐν Λέρνῃ πολυαύχενον ὤλεσεν ὕδρην,
Τὸν τρίτον αὖτ' ἐπὶ τοῖς Ἐρυμάνθιον ἔκτανε κάπρον,
Χρυσοκέρων δ' ἔλαφον μετὰ ταῦτ' ἤγρευσε τέταρτον,
Πέμπτον δ' ὄρνιθας Στυμφηλίδας ἐξεδίωξεν,
Ἕκτον, Ἀμαζονίδος κόμισε ζωστῆρα φαεινὸν,
Ἕβδομον, Αὐγείου πολλὴν κόπρον ἐξεκάθηρεν,
Ὄγδοον ἐκ Κρήτης δὲ πυρίπνοον ἤλασε Ταῦρον,
Εἴνατον, ἐκ Θρήκης Διομήδεος ἤγαγεν ἵππους,
Γηρυόνου δέκατον βόας ἤγαγεν ἀΐδαο,
Δωδέκατον δ' κόμισεν ἐς Ἑλλάδα χρύσεα μῆλα,
Τὸ τρὶς καὶ δέκατον, τοῖον λυγρὸν ἔσχεν ἄεθλον,
Μουνονυχὶ πεντήκοντα ξυνελέξατο κούραις.

Primo quidem in Nemea horribilem domuit Leonem,
Secundo, in Lerna multorum capitum domuit Hydram,
Tertio rurſus Erymantheum perculit aprum,
Cervam aureis cornibus poſtea quartum cœpit,
Quinto aves Stymphalidas pepulit,
Sexto, Amazonis rapuit illuſtrem Baltheum,

Septi-

Septimo, Augeæ multum laborem purgando adhibuit,
Octavo, ex Creta ignivomum abduxit taurum,
Nono, ex Thracia Diomedis cœpit equos,
Geryonæ decimo boves cæpit extincti,
Duodecimo diſtraxit per Græciam aurea poma,
Tertius decimus labor, labor duriſſimus eſt,
Vna nocte quinquaginta ſtupravit puellas.

Fuiſſe autem Herculem miræ voracitatis Soſibius hiſce teſtatur:

Οὗτος δ' ἐκείνου παῖς παράπλαστος νόθος,
Μητρὸς δ' ὁποίας ἡ τεκοῦσ' ἐπίσταται,
Ἔσθει μὲν ἄρτους τρεῖς ὅλους κανθηλίους,
Τῆς δὲ βραχείας ἡμέρας, πίνει θ' ἅμα
Καλὸν μετρητὴν τὸν δεκάμφορον πίθον.
Hic filius, qui natus ejus eſt nothus,
Cujus parentis illa ſcit quæ nunc edidit,
Vorat quidem panis totas tres ciſtas,
In parvo quidem die, ebibitque ſimul
Metretam vinum, ſeu magis decamphorum.

Et hunc Epicharmus in Buſiride talibus irridet:

Πρῶτον μὲν αἴκ' ἔσθοντ' ἴδης ἀποθάνοις,
Βρέμει μὲν ὁ φάρυγξ ἔνδοθ', ἀραβεῖ δ' ἡ γνάθος,
Ψοφεῖ δ' ὁ γόμφιος, τέτριγ' ὁ κυνόδων,
Σίζει δὲ ταῖς ῥίνεσσι, κινεῖ δ' οὔατα,
Τῶν τετραπόδων μὲν οὐδὲν ἧττον.
Primum quidem ſi comedentem videris,
Strepit intus guttur, ſtrepunt genæ,

Sonat maxilla, ſtridet dens caninus,
Sibilat vero naribus, movet vero aures,
Non minus ſicut armenta ſolent.

Cæterum Hercules ille Alemannus a pleriſque Celticus dictus fuit. * Et hunc primitus non adorarunt; ſed ſtatuam ** duntaxat in ejus honorem poſuerunt.

Cap.

* De Hercule Celtico Cel. *Keyslerus* in Antiq. Sel. Sept. & Celt. p. 184.

** *Tacitus* de Mor. German. Cap. 34. de Septentrionali Germaniæ parte agens ſcribit: *Supereſſe adhuc Herculis columnas fama vulgavit, ſive adiit Hercules, ſeu quidquid ubique magnificum eſt, in claritatem ejus referre conſuevimus. Nec defuit audacia Druſo Germanico, ſed obſtitit Oceanus in ſe ſimul atque in Herculem inquiri. Mox nemo tentavit; ſanctiusque ac reverentius viſum de actis Deorum credere quam ſcire.* Hic graviſſimi Scriptoris locus anſam dedit nonnullis conjectandi, iſtas Herculis columnas non alias fuiſſe, quam moles ſaxeas in Friſia & Drenthiæ tractu exſtantes, quarum æneam delineationem exhibet laudatus *Keyslerus* l. c. p. 7. vid. *Piccard.* Antiq. Drenth. Diſt. 5. & 19. *Ant. Schœnbovius* de origine & ſedibus Francorum apud *Matthæum* Analect. T. I. p. 36. *Olaus Rudbeckius* Suecus in patriam ſuam illas Herculis columnas transfert. Atlant. T. I. c. 7. §. 5. p. 232. ſq. Ab *Hadriano Junio* referuntur ad Scandinaviæ rupem excelſam, ſeu Promontorium, quod hodie *Col*, vel Cullen nuncupatur, eamque voculam *Col* vel ab Hercule, vel a Columna mutilatam auguratur. Conf. *Jo. Birchherodii* Dan. Gentil. p. 89. Verum poſthabita Romana denominatione *Kollum* & *Koll* veteribus petram ſignificaſſe vel ex ſola *Gothrici* & *Rolfi* hiſto-

I



Cap. III.

Statua Irmenſäul. *Varium nominis etymon. Figura. Locus. Harminii ſtatua. Harminius Rex Cheruſcorum. Proceres conjurationis Romanos ad internecionem cæcidit. Romanorum terror. Mortuo trophæum erectum. Mos militarium virorum.*

Celebre etiam eſt apud Germanos ſimulacrum quoddam, quod patria lingua Irmenſäul * vocatur. Originem nominis varie deducunt. Quidam putant, dictam fuiſſe Hermes ſäul, Hermetis columnam. Hermes enim Græcis Mercurius dicitur. Quibusdam dicitur Marti in honorem poſitum fuiſſe cippum illum. Alii ab Jederman derivant, quod ab omnibus cultus fuerit. Erat autem armati

Yy 5 toto

hiſtoria cap. I. elucet & *Ara Multiſcii Scheda* de Islandia cap. 3. p. 19. A. S. *Nicolai* nomine illam Syllabam, ut in alia inſula Germanici maris exemplum habemus, pene fluctibus jam abſorpta, poſſe eſſe ſuperſtitem, exiſtimat nunquam ſine laude dicendus mihi *Jo. Georg. Keyslerus* l. c. p. 190.

* De Irmenſula lege *Henr. Meibomii* Diſſert. Helmſtad. 1612. 4. edit. & T. III. Rer. Germ. p. 3. ſqq. recuſam, & *Erneſt. Caſimiri* *Waſſerbachii* Diſſ. de ſtatua illuſtris Harminii, Liberatoris Germaniæ, vulgo Hermenſul, Duisburg. 1686. 4. & Lemgov. 1698. 8. Conf. ſis *Guil. Ern. Tentzelii* Dial. Menſtr. 1689. p. 679. ſqq. Neocori Biblioth. Libror. Nov. 1698. p. 164. ſqq. & Cl. *Jo. Henr. a Seelen* Select. Litter. p. 336. ſqq.

toto corpore effigies, cujus in dextra ſignum militare, noſtri vexillum vocant, præferens roſam; cujus ut breve momentum, & facilis ortus & interitus: ita eventus præliorum. In ſiniſtra libram expandit, dubiam pugnantium ſortem facile huc aut illuc inclinantem. Pectus inerme urſum præferebat, internum bellatorum animum inſinuans. In clypeo Leo, qui beſtiis imperitat, invictum ad fortia facta impetum monſtrat. Floribus conſito campo, in quo ſtabat: quod nihil jucundius ſolet videri fortibus, quam in acie virtutem oſtendere Cranz. l. 11. c. IX. Saxon. De loco etiam dubitatur. A Cranzio l. II. c. IX. Saxon. ſcribitur hoc idolum in Weſtphalia Heroburgi, ſeu in caſtro Hermopoli, ut appellat Gregor. Turonenſis a Saxonibus cultum. Ditmarus vero l. II. f. 15. * Mersburgi ad Salam ſimulacrum cum inſcriptione hac: DVX EGO GENTIS SAXONVM VICTORIAM CERTAM POLLICEOR ME VENERANTIBVS. Et recte quidem. Quippe in honorem Harminii columna hæc erecta fuit; Hermans ſäul priſcis vocata; quod vocabulum poſtea corruptum, & ab ignaris hujus rei poſteris Irmans ſäul dicta. Hic enim Harminius, Dux Cheruſcorum fuit, vir fortis bello & conſilio promptus, qui Romanos gravi cæde affecit. Varus ſiquidem Quinctilius, ut Vellej. Patercul. l. II. Hiſt. ſcribit, illuſtri magis quam nobili ortus familia, vir ingenio mitis, moribus

* Falſo *Ditmarum* a ſe non inſpectum laudat *Schedius*, ubi nil tale de Irmenſula legitur.

bus quietus, ut corpore & animo immobilior, otio magis caſtrorum, quam bellicæ aſſuetus militiæ; pecuniæ quam non contemptor, Syria, cui præfuerat, declaravit; quam pauper divitem ingreſſus, dives pauperem reliquit: is cum exercitui, qui erat in Germania, præeſſet, concepit eſſe homines, qui nihil præter vocem, membraque haberent hominum, quique gladiis domari non poterant, poſſe jure mulceri. Quo propoſito mediam ingreſſus Germaniam, velut inter viros pacis gaudentes dulcedine, jurisdictionibus, agendoque pro tribunali ordine, trahebat æſtiva. At illi, quod, niſi expertus, vix credebat, in ſumma feritate verſutiſſimi, natumque mendacio genus, ſimulantes fictas litium ſeries, & nunc provocantes alter alterum injuria, nunc agentes gratias, quod eas Romana juſtitia finiret, feritasque ſua, novitate incognitæ diſciplinæ, miteſceret, & ſolita armis diſcerni jure terminarentur, in ſummam ſocordiam perduxere Quinctilium, usque eo, ut ſe prætorem urbanum in foro jus dicere, non in mediis Germaniæ finibus exercitui præeſſe crederet. Tum juvenis, genere nobilis, manu fortis, ſenſu celer, ultra barbarum promptus ingenio, nomine Harminius, Sigimeri principis gentis ejus filius, ardorem animi vultu, oculisque præferens, aſſiduus militiæ noſtræ prioris comes, & jam civitatis Romanæ jus & equeſtrem conſequutus gradum, ſegnitia ducis in occaſionem ſceleris uſus eſt; haud imprudenter ſpeculatus, neminem celerius opprimi, quam qui nihil timeret: & frequentiſſimum initium eſſe calamitatis Securitatem. Ea namque in Germania pax erat,

ut Flor. l. IV. c. XXII. refert, ut mutati homines, alia terra, cœlum ipſum mitius, mollịusque ſolito videretur. Denique non per adulationem, ſed ex meritis, defuncto ibi fortiſſimo juvene, ipſi, quod nunquam alias Senatus, cognomen ex provincia dedit. Sed difficilius eſt provincias obtinere, quam facere. viribus parantur, jure retinentur. Igitur breve id gaudium. Quippe Germani victi magis, quam domiti erant: moresque noſtros magis, quam arma ſub Imperatore Druſo ſuſceperant: poſtquam vero ille defunctus Vari Quintilii libidinem ac ſuperbiam haud ſecus, quam ſævitiam, odiſſe cœperunt. Auſus ille agere conventum: & in caſtris ſe direxerat, quaſi violentiam barbarorum & lictoris virgis, & præconis voce poſſet inhibere: at illi, qui jam pridem rubigine obſitos enſes, inertesque mœrerent equos, ut primum togas, & ſæviora armis jura viderunt, duce Arminio arma corripiunt. Primo igitur Harminius paucos, teſte Vellej. Patercul. lib. II. Hiſt. mox plures in ſocietatem conſilii accepit, opprimi poſſe Romanos & dicit, & perſuadet. Decretis facta jungit, tempus inſidiarum conſtituit. Proceres autem hi fuerunt, ut Aventin. l. II. Ann. Bojor. eos recenſet: Liber ſacerdos Chattorum, Segimundus filius Segeſti ſacerdos Cheruſcorum, Veromarus Chattus, Egimarus & filius Soſithacus Cheruſci, Berthorites frater ſuperioris Melonis cum filio Theodorico Sicambri, clanculum conjurant, authore Harminio filio Sigimari ex Cheruſcis oriundo, qui inter Viſurgin & Albin habitant, & communi nunc vocabulo Saxones dicuntur. Interim, teſte Floro l. IV. c. XII.

XII. erat Varo pacis fiducia, ut ne prædicta quidem & producta per Segeſtem unum Principum conjuratione commoveretur. Varo enim per virum ejus gentis fidelem, referente Vellej. l. II. Hiſt. clarique nominis Segeſtem indicatum: ſed prævalebant jam fata conſiliis, omnemque animi ejus aciem præſtinxerant. Quippe ita ſe res habet, ut plerumque qui fortunam mutaturus eſt, conſilia corrumpat: efficiatque, quod miſerrimum eſt, ut, quod accidit, id etiam merito accidiſſe videatur, & caſus in culpam tranſeat. Negat itaque ſe credere, ſpemque in ſe benevolentiæ ex merito æſtimare profitetur. Ipſe Segeſtes conjurationem narrat a ſe delatam apud Tacit. l. I. Ann. *Ergo raptorem filiæ meæ, violatorem fœderis veſtri Harminium apud Varum, qui tum exercitui præſidebat, reum feci, dilatus ſegnicia Ducis, quia parum præſidii in legibus erat, ut me & Harminium, & conſcios vinciret, flagitavi. Teſtis illa nox, mihi utinam potius noviſſima! Et quæ ſequuta ſunt defleri magis, quam defendi poſſunt.* Nec diutius, ut Vell. Paterc. l. II. hiſt. refert, poſt primum indicem, ſecundo relictus locus. Ordinem atrociſſimæ calamitatis, qua nulla, poſt Craſſi in Parthis damnum, in externis gentibus gravior Romanis fuit, juſtis voluminibus, ut alii, ita nos non conabimur exponere. Nunc ſumma deflenda eſt. Exercitus omnium fortiſſimus, diſciplina, manu, experientiaque bellorum inter Romanos milites princeps, marcore ducis, perfidia hoſtis, iniquitate fortunæ circumventus; cum ne pugnandi quidem egregie occaſio, in quantum voluerant, data eſſet miſeris, caſtigatis etiam quibus-

dam

dam gravi pœna, quia Romanis & armis, & animis uſi fuiſſent, incluſus ſylvis, paludibus, inſidiis, ab eo hoſte ad internecionem trucidatus eſt, quem ita ſemper more pecudum trucidaverat, ut vitam aut mortem ejus nunc ira, nunc venia temperaret. Duci plus ad moriendum, quam ad pugnandum, animi fuit: quippe paterni avitique exempli ſucceſſor, ſe ipſe transfixit. Improvidum namque, authore Floro, l. IV. c. XII. & nihil tale metuentem improviſo adortu, cum ille (ô ſecuritas!) ad tribunal citaret, undique invadunt, caſtra rapiunt: tres legiones opprimuntur. Varus perditas res eodem, quo Cannenſem diem Paulus, & fato eſt, & animo ſequutus. Nihil illa cæde per paludes, perque ſylvas cruentius, inſultatione barbarorum intolerabilius, præcipue tamen in cauſarum patronos. Aliis oculos, aliis manus amputabant: unius os ſutum, reciſa prius lingua, quam in manu tenens barbarus, *Tandem*, inquit, *Vipera ſibilare deſiſte*. Ipſius quoque conſulis corpus, quod militum pietas humi abdiderat, effosſum. Signa, & aquilas duas adhuc barbari poſſident. Tertiam ſignifer prius, quam in manus hoſtium veniret, avulſit, merſamque intra balthei ſui latebras gerens, in cruenta palude ſic latuit. Hac clade factum, ut imperium, quod in litore Oceani non ſteterat, in ripa Rheni fluminis ſtaret. Vari corpus, ut Vellej. l. II. Hiſt. refert, ſemiuſtum hoſtilis laceraverat feritas, caput ejus abſciſſum latumque ad Maroboduum, & ab eo miſſum ad Cæſarem, gentilitii tandem tumuli ſepultura honeſtatum eſt. Luculentiſſime etiam hanc cladem Tacit. Annal. 1 I. deſcripſit:

Prime

Prima Vari caſtra, lato ambitu, & dimenſis principiis, trium legionum manus oſtentabant: dein ſemiruto vallo, humili foſſa, acciſæ jam reliquiæ conſediſſe intelligebantur. Medio campi albentia oſſa, ut fugerant, ut reſtiterant, disjecta vel aggregata. Adjacebant fragmina telorum, equorumque artus, ſimul truncis arborum antefixa ora. Lucis propinquis barbaræ aræ, apud quas tribunos, ac primorum ordinum centuriones mactaverant. Et cladis ejus ſuperſtites pugnam aut vincula elapſi, referebant, hic cecidiſſe legatos, illic raptas aquilas: primum ubi vulnus Varo adactum: ubi infelici dextera & ſuo ictu mortem invenerit: quo tribunali concionatus Harminius: quot patibula captivis, quæ ſcrobes: utque ſignis & aquilis per ſuperbiam illuſerit. Cæterum tantus terror exſtitit apud Romanos, nunciata Variana clade pene exitiabili, tribus legionibus cum Duce, legatisque & auxiliis omnibus cæſis, ut Auguſtus, referente Suetonio in ejus vita excubias per urbem indixerit, ne quis tumultus exiſteret, & præſidibus provinciarum propagavit Imperium, ne & a peritis & aſſuetis ſocii continerentur. Vovit & magnos ludos Iovi O. M. ſi Rempublicam in meliorem ſtatum vertiſſet: quod factum Cimbrico Marſicoque bello erat. Adeo namque conſternatum ferunt, ut per continuos menſes barba capilloque ſummiſſo caput interdum foribus illideret, vociferans: *Quinctili Vare, redde legiones:* diemque cladis quotannis mæſtum habuerit ac lugubrem. Sed fortiſſimus hic Heros Harminius, abſcedentibus Romanis, ut Tacit. l. II. Annal. tradit, & pulſo Marobuduo, regnum adſectans, li-

bertatem popularium adverſam habuit: petitusque armis, cum varia fortuna certaret, dolo propinquorum cecidit liberator haud dubie Germaniæ, & qui non primordia populi Rom. ſicut alii Reges, Ducesque; ſed florentiſſimum Imperium laceſſerit; prœliis ambiguus, bello non victus. Septem & triginta annos vitæ, duodecim potentiæ explevit: caniturque adhuc apud Barbaras gentes, Græcorum annalibus ignotus, qui ſua tantum mirantur: Romanis haud perinde celebris, dum vetera extollimus, recentium incurioſi. Cæterum tantum a Sympatriotis ſuis Germanis dilectus fuit, ut in perpetuam hujus victoriæ ſub ipſo acceptæ memoriam ſtelam hanc poſuerint; & quotannis cataphracti inimicoque gladio cincti circumierint columnam certis vicibus, & ſingulis quidem genibus nixi venerati fuerint. Et hæc hujus columnæ origo, quæ Hermanſäule dicta fuit, & vera, uti retulimus, cauſa eſt.

Cap. IV.

Radagaſius. *Obotritarum Rex. Romam invaſit. Aſtu Stiliconis & ope Vandalorum cecidit. Corſico ejus filius patris cædem ultus. Subd ti defuncto ſtatuam erexerunt. Fluvius ejusdem nominis in patria ditione.*

INgens apud Obotritas ſtatua magno illi Radagaſio * erecta fuit; qui deinde apud Obotritas in Megapoli divinitatis honorem meruit. Pectus clypeus,

* De Radgoſto ſeu Radageſto Slavorum ſimulacro vid. *Ludovici*

II.



Radagaſiꝰ

peus, cui nigrum bubali caput impreſſum erat, tegebat. Manus ſecuri militari armata, capiti avicula inſidebat, ut Saxon. Chron. habet. Sic Helmold. lib. I. c. III. c. II. c. XXI. Albert. Cranz. l. II c. XXI. & l. III. c. IV. Vandal. Emſer. c XIX in vita Bennonis. Fuit autem his Radagaſius Herulorum, Megapolenſium, & Wagriorum Rex, militiæ laude inſignis, ut M. Hieronym. Henninges in p. II. & III. Regni in IV. Monarch. p. 288. refert, & bellicis rebus geſtis clarus. Collectis 200000. militum copiis ex Gothis atque Henetis auxilio Alarici I. Regis Gothorum Thraciam, Pannoniam, Noricum, & Illyricum vaſtavit. Italiam poſtea ingreſſus ſpopondit in contemptum Chriſti, DIIS ſuis Romanorum ſanguine litaturum, ſed Apennino ſuperato in Tuſciæ locis montoſis a Stilicone Romanorum duce exercitu ejus concluſo, fame potius, quam ferro conſumptus eſt. Namque omnium antiquorum præſentiumque hoſtium P. Diacon. l. XIII. refert, longe immaniſſimus Radagaſius Rex Gothorum, totam repentino impetu invadit Italiam: nam fuiſſe in ejus populo plusquam ducenta millia Gothorum ferunt. Hic ſupra hanc incredibilem multitudinem, indomitamque virtutem Barbarus erat, & Scytha: qui omnem Romani generis ſanguinem, DIIS ſuis propinare devoverat. Invadit illico Romam pavor infi-

dovici de Idolis Slavorum Diſſ. 2. §. 17. ſq. *Maſius* Diſſ. Acad. p. 1066. ſq. & *Stredowsky* in Sacra Moraviæ Hiſt. p. 37. ſq. qui apud Moravos in monte, qui hodiedum Radhoſt dicitur, celebratum contendit.

infinitus: fit omnium paganorum in urbe concurſus: declamatur a cunctis, ſe hæc ideo perpeti quod neglecta fuerint magnorum ſacra Deorum. Magnis querelis ubique agere: & continuo de repetendis ſacris, celebrandisque tractatur: fere in tota urbe blasphemiæ ad nomen Chriſti, tanquam lues aliqua probris ingravantur. Conducuntur a Romanis adverſus Radagaſium duo pagani duces, Gothorum Sarus, & Virdinus Hunnorum. Sed non ſinit Deus rem ſuæ potentiæ, infidelium virtute tueri. Contritus namque divinitus Radagaſius in aſpero Feſulani montis jugo, urgente undique timore concluditur. Agminaque quibus anguſta dudum videbatur Italia, latendi ſpe in unum ac parvum tumulum montis truduntur: quo cum fame & ſiti conficerentur, Rex Radagaſius ſolus ſpem fugæ ſumens, captus a Romanis in vincula conjicitur, ac pauliſper retentus, vita privatur. Tanta vero multitudo captivorum Gothorum fuiſſe fertur, ut in viliſſimarum pecudum modum ſingulis aureis paſſim greges hominum venderentur. Sed hic iterum, ut I. Magnus l. XV. c. VIII. ſcribit, cum hiſtoricis expoſtulandum. Si omnes Gothi cum ſuo Rege Radagaſio ſupra ducenta millia penitus deleti fuiſſent, quomodo rurſus poſtea vix elapſis quatuor annis, Alaricus aliis ducentis Gothorum millibus ſtipatus Romam & Italiam expugnaſſet? Sed Stilico ipſum uſus ſingulari fortitudine Gothorum, qui adhuc Duce Saro imperio Romano militabant, devicit. Conſule ſi placet Oroſ. l. VII. & Iornand. in l. de regn. ſucceſſ. Hujus tamen filius Corſico, Herulorum,

ſum, Megapolenſium & Wagriorum Rex, uti Henniges ibidem refert, ulturus patris necem, auxiliis Gothorum, Vandalorumque per Galliam usque ad Pyrenæos montes hoſtilem exercitum ducens, Epiſcopos ac Sacerdotes, quotquot comprehendere potuit, trucidavit, templa vaſtavit, civitates evertit plurimas, nec ulli ſexui pepercit, interficiens mares, fœminas, ſenes, juvenes & pueros. Sed hic Radagaſius ita dilectus a ſubditis fuit, ut Henningus refert, ut etiam poſt mortem ipſum ceu Deum colerent, & adorarent. In cujus rei memoriam templum erexerunt, fluvium qui Razeburgum alluit, Radagaſium dixere, ut Nicol. Marſchalcus. in l. de Herulis, & alii referunt.

CAP. V.

Rugievithus. *Porevithus. Porenutius. Rugianorum Heroës.*

APud Rugianos, ut Saxo l. XIV. Dan. Hiſt. & Alb. Cranz. l. V. c. XII. & XIII. de Vand. reb. tradunt, urbs Carentia erat, trium Deorum privatorum ædificiis inſignis. Majus fanum veſtibuli ſui medio continebatur, ſed ambo parietum loco purpura claudebantur, tecti faſtigio ſolis dumtaxat columnis impoſito. In templo ex quercu factum ſimulacrum erat, quod Rugievithum vocabant, deforme, in cujus capite ſeptem humanæ ſimilitudinis facies conſedere, quæ omnes unius verticis ſuperficie claudebantur. Totidem quoque veros gladios cum

vaginis uni cingulo appenſos ejus lateri artifex conciliaverat. Octavum in dextera diſtrictum tenebat. Hunc pugno inſerto firmiſſimo nexu ferreus clavus aſtrinxerat, nec manui, niſi præciſæ, evelli poterat. Spiſſitudo illi ſuper humani corporis habitum erat, longitudo viri ſtaturam longe excedebat. Hoc numen perinde ac Martis viribus præditum, bello præeſſe credebant incolæ. In proxima æde Porevithum ſimulacrum colebatur, quinque capitibus inſtructum, ſed armis carens. Tertia ædes Porenutii idolo conſpicua fuit. Hæc ſtatua quatuor facies repræſentans, quintum pectori inſertum habebat, cujus frontem læva mentum dextra tegebant. Quinam fuerint, dubium eſt. Suſpicor tamen fuiſſe Reges quosdam priſcos ex proſapia Vandalorum Regum oriundos. Qui tamen fuerint, incerta omnia referuntur, nec qui fuerint in Scriptoribus occurrit. Conjicimus Saltem Porevithum fuiſſe forſitan Burvanum Regis Anthyrii I. Vandalorum & Obotritarum filium, Rugievithum vero Rugilandum alias dictum fratrem Anthyrii III. Regis, filium vero Alimeris Regis Obotritarum. Nos plura de his in medium proferre deſtituti fide Scriptorum certa ſuperſedemus.

Cap. VI.

Zedutt *vel Iodutte ſtatua. Nominis* ἔτυμον. *Orig. ſtatuæ. Trophæum. Forma ſignum adjutorii.*

Fuit

FVit & celebris ſtatua, quæ corrupte zedutt, vel Iodutte * dicta fuit. Etymologici & hic varie ſe torquent. Quidam zeduck a citando deducunt, quaſi rei cujusdam ſceleris invocatione hujuſce ſtatuæ citarentur ad tribunal hujus: quæ vox ſane celebris eſt apud Iureconſultos. Alii a voce zeter derivant, unde Germanicum zeter geſchrey. Quibusdam vero deductum videtur, a voce Gedeute aut Gedaute, quaſi ſignum, monumentum, aut ſignificatio rei geſtæ. R. Reineccius fol. 51. de Myſor. origin. putat zedutte eſſe Divum S. Iodutte, & adducit alium ejusdem nominis, qui in territorio Dellbruch cultus fuit, ubi Deo huic cantio quædam in vulgo canitur, cujus principium:

S. Jodutte war ein heyliger Man,
Wie der feindt kahm, gieng er forn an, &c.

Sed vera origo hujus idoli talis eſt. Lotharius Saxoniæ dux cum ab Henrico V. bello peteretur, qui Electoralem dignitatem, qua ab Henrico III. inveſtitus erat, ipſi eripere, & comiti Hojero Mansfeldiæ concedere volebat, victoria potitus in campo, qui Lerchenfeldt vocatur ad ſylvam Welphes holtz, qua in pugna XLV. millia hominum ceciderunt, ad perpetuam victoriæ memoriam trophæum erexit, & ad rei illuſtriorem teſtationem ſacellum juxta exſtrui curavit, pro more tunc temporis omnibus frequentato.

* De Joduta lege Disquiſitionem Hiſtor. *Gerbardi a Maſtricht* inſert. Bibl. Brem. Claſſ. VII. Faſc. III. p. 510. ſq. & Cel. *Theodori Haſæi* de Jodutha παραλειπόμενα, ibid. Faſc. V. p. 906. ſqq.

tato. Satuæ inſiſtebat armati viri effigies, cujus dextera manus cæſtum, acutis ferruminatum ſtigmatibus verſabat; ſiniſtram clypeus munibat, cui Saxoniæ inſignia, equus nempe niveus, roſeo in ſcuto inhærebat. Hæc Cranz. l. V. c. XXXVI. Sax. item Metrop. l. VI. c. VII. Hanc ſtatuam ſignum adjutorii dixit: quam ſequentibus poſt annis ruſticorum quidam in finitimis pagis, tanquam Dei cujusdam ſtatuam venerati fuerunt, qui Saxonibus in acri illa pugna ſuppetias tuliſſet. Sed male intellecta voce Iodutte pro Adjutorio, poſtea labentibus annis Zedutte dixerunt.

Cap. VII.

Flintz *Vandalorum Idolum. Viſilaus Rex Obotritarum.*

VAndalis etiam Luſatiam incolentibus erat Idolum, ut Saxon. Chron. German. habet, Flintz nomine; qua voce ſilicem appellant Saxones, ſilici prægrandi impoſitum; eam, qua mortis imago pingi ſolet, formam præ ſe ferens: ſed longo pallio tectum, manu geſtans baculum, cum tumente Suis veſica. At ſiniſtro humero Leo inſidebat; per quem tandem a mortuis ſe excitandos credebant barbari. Originem hujus nemo Hiſtoricorum reliquit. Suſpicor ſaltem in honorem Viſilai, vulgo Witzlauw, erectum cippum illum; qui fuit Rex Herulorum, & Obotritarum, Senonasque Suevos ditionibus ejecit Anno Chr. XCI. totamque regionem illam,

illam, quæ nunc Marchia Brandenburgenſis vocatur, occupavit, ut Chron. Holſat. & Nic. Mareſchal. referunt. Fuit autem Idolum hoc a Vandalis cultum, & Witzlauw Rex Vandalorum, quæ vox demum corrupta annis, ut ætas omnia mutat, nunc Blitzauw, inde Blintz, & a Scriptoribus ignaris Flintz pronunciata fuit.

Cap. VIII.

Baſanwow. *Baſanus Francorum Rex. Deitatis cupidus. Concilio Procerum ſe eripuit. Pro Deo cultus a ſuis.*

MEntionem etiam quidam Scriptores, ſed nomine tantum cujusdam Dei faciunt, qui vocatur Baſanwow, vulgo Baſanus. Hic etiam fuit illuſtris Heros, junior Dioclis Regis Sicambrorum filius, qui communi procerum conſenſu, ut I. Trithem. in Chron. Francor. refert, ſublimatus in regnum, regnavit annis XXXVI, vir in generatione ſua prudentiſſimus, fortis, audax, nimiumque bellicoſus. Scutum ſibi præferri & gladium iuſſit in ſignum juſtitiæ manifeſtum. Anno regni ſui XXXIII. ad gentes Rheno ſuperiores, verſus Treviros & Moguntinos exercitum duxit, & regulum Thaborinum occidit, omnemque regionem ejus ſuo dominio adjecit. Fuit autem Thaborinus Angrivariorum Rex, a cujus nomine dicta arx Thabor, quam Baſanus in memoriam hujus rei exſtrui fecit. Hic Baſanus divinitatis appetentiſſimus ſubtraxit ſe tan-

dem collegio Procerum publico, translatusque in Deum confeſtim a Sicambris, cultus fuit ſub nomine Baſanwonw.

Cap. IX.

Syeba. *Forma. Cruore humano placata. Symbulla alias. Nupta Anthyrio magno. Anthyrius Alex. Magni Dux bellicus. Ab hoc Principes Vandaliæ. Ora. Alia Vandaliæ Dea. Orythia alias. Anaræ Regis uxor. Velleda. Aliromia. Tacitus corrigendus.*

APud Polabos gentem Herulorum culta fuit Syeba * Regina, ut Helmold. l. I. c. LIII, refert, altera manuum, quas tergo impoſitas gerebat aureum malum, altera uvas virenti pampino adhærentes geſtabat, coma vero ad ſuras usque dependebat. Hanc venerabantur ſummo honore, eique uti & Radaguſæ variis ritibus ſacrificabant. Congregabantur enim tam viri, quam fœminæ una cum juvenibus, & DIIS hiſce immolabant boves & oves: Chriſtianos etiam, quorum ſanguine delectari ſtatuas illas Hierophantæ prædicabant. Mactatis hoſtiis ſanguinem myſtæ libabant, quo paratiores & habiliores eſſent ad vaticinandum. Sanguine enim maxime ſpiritus immundi delectantur. Finito ſacrificio

* De Siwa ſ. Dziwa Slavorum Polaborumque Dea. Conf. *Ludovici* de Idolis Slavorum Diſſ. 3. §. 30. *Maſius* Diſſ. Acad. p. 1065. ſq. & *Stredowsky* in Sacra Moraviæ Hiſtoria C. VIII, p. 52. ſq.

IV.



Siwa.



crificio populus ad comedendum & bibendum convertebatur. Syebam autem hanc puto corrupto voce dictam fuiſſe, alias Symbullam. Argumento eſt quod a Polabis ſeu Herulis culta fuerit, & ipſa mater totius Regiæ Proſapiæ Illuſtriſ. Principum Vandaliæ & Megaliſpoleos, cui poſteri tanquam Magnæ Matri gratificaturi in perpetuam memoriam ſtelam dedicarunt. Fuit autem filia Sitalcis Regis Gothorum, Anthyrio Magno nupta, qui paternam originem ab Herulis in Wagria, maternam ab Amazonibus duxit, referentibus Nicol. Marſchalc. Sebaſt. Munſter. l. III. Coſm. Henning. Cranz. Chron. Holſ. aliis. Fertur hic militaſſe in Aſia Alexandro M. Monarchæ potentiſſimo, atque poſt ipſius mortem per Venedum ſeu Balthicum mare domum reverſus ædificaſſe ad littus maris Stargard, lingua Heneta nuncupatam civitatem, quæ nobis eſt Altenburg, μεγάπολιν, id eſt, magnam civitatem, a qua poſteri nomen acceperunt, quam etiam incolæ Mechlenburgh nominarunt, Werlam, ſeu Herulam, & alia caſtra. Cumque ob memoriam (ut Lazius inquit) Bucephali equi illius decantatiſſimi, quo Alexandrum uſum fuiſſe in bello, taurino capite hiſtoriæ memorant, taurini capitis inſigne, in velo navis tuliſſet; ac cum in prora aurei Gryphonis ſignum ſtatuiſſet, factum eſſe annales referunt, ut omnes ab eo Principes deſcendentes, qui Herulis, Winulis, Rugianis, Obotritis (Comitibus ſuis a vario in veſtibus colore, quo uſi ſunt nominatis, Germ. der bunder Godt) impetrarunt: inſignia taurini capitis, & gryphonis aurei uſurparent. Cæterum de hoc ube-

rium tractant noſtra carmina, patrio conſcripta idiomate. Sed & Oram Principem Vandalicam ſtatuimus, de qua præter nudum nomen nihil ad nos pervenit. Suſpicio tamen nos tangit, eam eſſe Orithyiam, vel Oritham, alias Orajam, pro qua corrupte Ora dicta eſt, ſtupiditate populi: filiam Regis Sarmatarum, nuptam Anaræ Regi Herulorum & Obotritarum, filio Anthyrii Magni. Quamobrem autem fœminæ Principes in numerum Divarum relatæ fuerint, refert Tacit. l. de Mor. Germ. Ineſſe enim ſanctum quid & providum putant fœminis: nec aut conſilia earum aſpernantur, aut reſponſa negligunt. Vidimus ſub D. Veſpaſiano Velledam, * diu apud pleroſque numinis loco habitam. Sed & olim Auriniam, ** & complures alias venerati ſunt, non adulatione, nec tanquam facerent Deas. Cæterum corruptus videtur Taciti locus, & Alironiam legendum. Et hæc lectio proxime ad veritatem accedit. Alironiæ enim fœminæ dicebantur, quæ vaticinia procurabant, & de futurorum eventu proſpiciebant: de quibus in priori Syngramm. c. XLIII. jamdum diſſeruimus.

ELIAE

* De nomine & habitatione Velledæ lege Cel. *Jo. Georg. Keyslerum* in Antiq. Sel. Sept. & Celt. p. 472. ſqq.

** Haut inconcinniter a voce *Rhin* (Cambro-Britannis, arcanum, ſecretum, myſterium, *Boxhorn.* Lex. Brit. p. 53. a) *Gesnerus* Mithridat. fol. 52. b. *Saubertus* de ſacrif. p. 181. ſq. *Eggelingius* Diſſ. I. de miſc. Germ. antiq. p. 19. nomen *Auriniæ*, nobilis in Germania divinatricis, *Tacito* memoratæ deducunt.

ELIAE SCHEDII
DE
DIIS GERMANIS
SYNGRAMMA QVARTVM.

Cap. I.

Alterum *vetuſtiſſimæ Theologiæ genus in Dæmoniorum cultu conſiſtit. Satyri a ſalacitate. Sileni a conviciando dicti. Dæmones Heroum nomine vocati. A Romanis culti. In eorum honorem ſeptem urbes in Germania extructæ. Nugæ. Germani nunquam a Romanis trans Albim cogniti, ſed pene ignoti. Alia conjectura de translatione Romanorum Deorum ad Romanos. Dæmonum nomina.*

ET hæc vera & antiqua Germanorum numina, cultus, & Heroum ſtatuæ, qui illuſtres ob res bellicas victorias obtinuere, & ideo in Deorum numerum effictis ſtatuis relati fuerunt. Cæteri, qui ſequuntur, Dæmones fuere. Quos ab his cultos fuiſſe quidam referunt. Alterum namque Deorum, quorum vetuſtiſſima mentio apud authores occurrit, genus, Dæmones ſunt. Levit, c. XVI. v. 7.

Nec

Nec amplius ſacrificent ſacrificia ſua Dæmonibus, poſt quos fornicati ſunt. Et Moſes Deuter. XXXII. v. 17. ſic ait: *Sacrificaverunt Dæmonibus, non Deo, DIIS quos non cognoverunt novis qui e vicino venerunt, quos non timuerunt patres veſtri.* Vbi in primo loco τὸ לשעירם vertunt τοὺς τράγους, ſeu hircos. Et R. D. Kimchi piloſos opinatur Dæmonas fuiſſe, ſeu Satyros. Hos autem Græci a ſalacitate dictos putant, ut Theocriti Enarrator habet: σάθη enim tentigo, ſeu titillatio ad Venerem eſt. Convitiorum etiam appetentiſſimi fuere, ut Nilus in hoc ſcribit:

Πάντες μὲν Σάτυροι φιλοκέρτομοι.

Omnes quidem Satyri amant convitia.

Silenos tamen dictos fuiſſe primum a conviciando Nicandri enarrator ſcribit: οὓς τοι δὲ οὓς ἡμεῖς Σατύρους λέγομεν, οἱ ἀρχαῖοι Σιληνοὺς ἐκάλουν, ἀπὸ τοῦ σιλλαίνειν, ὅ ἐστι λοιδορεῖν, id eſt, *at vero quos Satyros nos appellamus, antiqui nominarunt Silenos, ab eo quod eſt σιλλαίνειν, quod convitiari ſignificat.* Alterum loco שעירם Seniores LXXII. vertunt τοῖς ματαίοις, qui tamen idem vocabulum in Ieſ. c. XIII. v. 21. δαιμόνια * interpretantur. Sane Indagatores illi quibus commiſſum Sagarum ſolemnes conventus detegere, Dæmonem hirci figura amictum memoriæ mandarunt. Et R. Moſes Ben-Mai-

* Summus *Bochartus* P. II. Hieroz. p. 826. putat dici *dæmones* & *idola* propter Ægyptios, qui hircum ἀπεθέωσαν, multos quoque Deos hac ſpecie cultos fuiſſe, & eadem Diabolum ſe ſpectandum præbuiſſe, ut adeo ſpectra

Maimon l. III. More Nebochim c. XLVII. ſcribit, quod in more erat Zabiis ſeu Chaldæis, Dæmoniis ſub Hirci formam ſe oſtendentibus immolare. Quidam de gente Zabiorum ſerviebant Dæmonibus, & credebant, quod apparebant hominibus in forma Hircorum. Et idcirco vocabant Dæmones hædos. Et iſta opinio fuit diffuſa tempore Moyſis, ſicut Scriptura dixit: *non immolabant de cætero victimas ſuas hædis aut hircis.* Et tales erant DI tam Romanorum, quam Græcorum, quos quidam & a Germanis cultos eſſe ſcribunt. Fabulantur D. Iul. Cæſarem ponte ad Coloniam Vbiorum trans Rhenum facto exercitum traduxiſſe, totamque Germaniam debellaſſe, Victoria obtenta in perpetuam rei egregie navatæ memoriam ſeptem Vrbes in honorem ſeptem Planetarum, extruxiſſe. Primam fuiſſe ferunt in Saturni honorem erectam, & vocatam Saterburgh, alteram Hamburgh, in Iovis Hammonii, tertiam Marsburgh, in Martis, quartam in Solis Solwedel, quintam in Veneris honorem dictam Magdeburgh, ſextam Mercurio dicatam Heresburgh, ſeptimam Lunæ Luneburgh. Nugæ ſunt hæ, nugaciores nugis quibusvis anilibus, ad focum ab ocioſis fœminis excogitatæ. Quis enim tam perverſæ

ctra dici poſſunt, hircina ſpecie. Cl. *Basnage* in diſſert. Hiſtorico-Theolog. p. 139. mavult intelligere hircos ſimpliciter, & cum eo *Anton Van Dalen* in Diſſert. de origine & progreſſu Idololatr. p. 96. Cui vide quæ opponat Cl. *Clericus* Bibl. Select. T. III. p. 160. ſq. Adde quæ Cel. *VVolfius* de hac voce dixit in Manichæiſmo ante Manichæos p. 36. ſq.

ſæ mentis eſt, ut credat, fidemque eorum gerris adhibeat, nullo authorum dignorum fulcimine nixis? Helleboro opus erat, ut tam ἀσόφων ne dicam Hiſtoricorum, cerebellum purgaretur, qui viris melioris notæ otium ſibi largientibus, inutilibus & maleferiatis ſcriptis illudere tentant, tricas ſuas ſomnio perceptas ſcriptis illinentes. An neſciunt magnificum illum Scriptorem de ſe alias nimis ſentientem, non ultra XVIII. dies ultra Rhenum commoratum fuiſſe, ſed metu Suevorum regreſſum? Sic enim l. IV. Comm. Bell. Gall. ſcribit: *Ab iis cognovit Suevos poſtquam per exploratores pontem fieri comperiſſent, more ſuo concilio habito, nuncios in omnes partes dimiſiſſe, uti de oppidis demigrarent: liberos, uxores, ſuaque omnia in ſylvis deponerent: atque omnes, qui arma ferre poſſent, unum in locum convenirent: hunc eſſe delectum medium ferme regionum earum, quas Suevi obtinerent: hic Romanorum adventum expectare, atque ibi decertare conſtituiſſe. Quod ubi Cæſar comperit, omnibus his rebus confectis, quarum rerum cauſa exercitum traducere conſtituerat, ut Germanis metum injiceret, ut Sicambros ulciſceretur, ut Vbios obſidione liberaret, diebus omnino XVIII. trans Rhenum conſumptis, ſatis & ad laudem & ad utilitatem profectum arbitratus, ſe in Galliam recepit, pontemque reſcidit.* Altera vero vice cum Rhenum tranſiit, inopiam frumenti veritus, ut ipſe l. VI. Com. Bell. Gall. ſcribit, conſtituit non progredi longius: ſed ne omnino metum reditus ſui barbaris tolleret, atque ut eorum auxilia tardaret, reducto exercitu, partem ultimam pontis quæ ripam Vbio-

rum contingebat in longitudinem pedum ducentorum, reſcindit, atque in extremo ponte turrim quatuor tabulatorum conſtituit, præſidiumque cohortium duodecim pontis tuendi cauſa ponit, magnisque eum locum munitionibus firmat. Incredibile eſt, nec cum veritate conſentit, intra octodecim dies ſeptem has urbes tam longo & remoto ſpacio inter ſe diſſidentes exſtructas. Nec a Druſo: hic enim non diu particulam illam Germaniæ circa Rhenum tenuit: ſed cum belligeraret, in fugam conjectus, dum præceleri equo aufertur, corruit; & crure fracto prope Bingium hoſtilem efflavit animam. Sic I. Aventin l. II. Annal. Boj. Neç Germanicus condidit: de extructione enim harum neque Tacitus, neque Florus, neque Paterculus, neque Strabo, neque Ptolomæus meminerunt. Nec ultra Albim unquam Romani exercitum perduxere. Strab. l. I. Illa vero plaga, quæ trans Albim ſpectat, nobis prorſus incognita. Nullus enim priorum ad Orientem usque ad Caſpii maris oſtium hanc peregiſſe navi antiquorum accepimus: neque Romani trans Albim unquam tranſcenderunt. Tacit. in l. de Mor. Germ. *In Hermunduris Albis oritur flumen inclitum & notum olim, nunc tantum auditur*. Sed de hoc vide primum cap. primi noſtri Syngrammatis. Merito igitur explodendi illi homines, qui non modo Muſis oppugnantibus, ſed etiam invita veritate gerras quaque viliores umbra obtrudere ſatagunt: & e Germania extrudendi, qui ſeptem illas urbes Germanicas a Romanis exſtructas fabulantur. Non inficias tamen eo Romanorum ſacra ad Germanos tranſiiſſe: ſed alia

longe

longe eſt ratio & origo illorum. Proceres ſiquidem Germani Segeſtes, & ejus filius Segimundus, qui teſte Tacito l. I. Ann. ſacerdos apud Aram Vbiorum fuerat, Flamius Arminii frater, Iul. Paulus, & Claud. Civilis regia ſtirpe, Italusque & alii Romana urbe donati, in Italia educti Romanis militarunt, & rerum ſacris initiati fuerunt. Hi, ſi modo fides noſtratibus adhiberi debet, haud dubie ad morem Romanum Patriæ Deos & ſacra immutarunt. Tacit. l. XI. Ann. hoc ipſum teſtatur: Fruſtra Arminium præſcribi: cujus ſi filius hoſtili in ſolo adultus in regnum veniſſet, poſſe extimeſci infectum alimonia, ſervitio, cultu omnibus externis. Nam ſubditorum animi leviores quadam ſtipula facile inflectuntur, & immutantur authoritate Principum. Cum enim Rex vel Princeps alicui ſe rei dicat, eique incumbit, videas & continuo hoc unum agere ſubditos. Quod, ut alia omnia, ſcite tangit Claudian. in VI. Conſ. Honorii:

In commune jubes ſi quid, cenſesque tenendum,
Primus juſſa ſubi. tunc obſervantior æqui
Fit populus, nec ferre negat, cum viderit ipſum
Authorem parere ſibi. Componitur orbis
Regis ad exemplum, nec ſic inflectere ſenſus
Humanos edicta valent, ut vita regentis.

Dæmones autem illi, quos cultos ſcribunt in Germania hi erant: Crodo, Ammon, Mars, Sol, Venus, Mercuius, Luna. Caſtor & Pollux, Triglas, Prono, Suantovitus, Zernebug & Iuterbug: quos ſingulos ſeorſim percurremus.

CAP.

V



Crodo.

Cap. II.

Crodo. *Saturnus creditus. Forma Idoli. Locus. Nominis ἔτυμον. Execrationis ritus apud Saxones hodiernos.*

IN arce Hartesburg ad ſylvam Hercyniam juxta montem Meliboci, civitatemque Goslarenſem Saxones coluere idolum Crodo; * Saturnum dixere Latini. Erat Senex, ſtabat in piſce, quem Perſicum vocant, induſio amictus, nudis pedibus, & lineo vinculo cinctus: tenebat rotam & urnam, plenam frugibus & roſis, & pomis. Nuditas capitis deſignabat Deum colendum puro pectore, & nudo capite; lineo amiculo figurabant libertatem, pro cujus inviolato vigore, hoſtibus, tanquam Perca lupo marino, ſeſe opponerent etiam cum periculo vitæ. Et hoc præſagiebat rota: unitum enim populum eſſe debere, & collectis viribus in hoſtem eundum eſſe. Cæſtus ille lineus deſignabat amicitiam, quæ ſine fuco & macula conſervari debet. Vrna cum fructibus tempus notabat, quod fruges anni producit in hominum & totius naturæ uſus. Chronicon Brandenburgenſe civitatem Garleben ſomniat a Crodone deſcendere: quod ibi Crodo una cum Iſide cultus fuerit.

* De Crodone vid. *Tollius* in Epiſtolis Itiner. p. 31. ſqq. *Jo. Mich. Heineccius* Diſſert. de antiquiſſimo regionis Goslariam ambientis Statu, & Crodone Harzburgico. c. II. quæ Antiq. Goslar. ſubnexa eſt, & *Gail. Erneſt. Tentzelii* Dial. Menſtr. 1689. p. 382.

fuerit. Sed hoc falſiſſimum. Civitas enim illa a Garde, quod nobis cuſtodiam bellicam ſignificat, dicta eſt, non a Crodone. Nomen vero Crodonis a Græco Χρόνῳ * vel Κρόνῳ derivant, mutato n. in d. Sed horum autoritatem iis reliquimus defendendam, qui primitus ſomnium hoc excogitarunt. Tandem a Carolo Magno everſum fuit Idolum. Remanſit autem inter Saxones, ut Cranz. l. II. Saxon. c. XII. ſcribit, execrationis vocabulum, ut in deteſtationem rei peſſimæ dicant, Crodo.

Cap. III.

Iuppiter Hammonius. *Forma. Arietis imagine cultus. Nominis* ἔτυμον. *Gambrivius Rex Germanorum.* Hamme *lucus.*

IOvi Hammonio dedicatum fuiſſe ſcribunt Hamburgum, quaſi Iuppiter Hammonius Africam deſeruiſſet, in Germaniam transmigraturus. Idolum ſolio ſubnixum læva manu ſceptrum, dextra gladium coruſcabat. A dextra oris parte exibat fulmen, læva tonitru cum flammis: capiti inſidebat aquila; pedibus culcabatur Draco. Circumcirca duodecim DI conſidebant: Neptunus nempe, Pluto, Vulcanus, Mars, Mercurius, Apollo, Iuno, Ceres, Veſta, Pallas, Diana, Venus. Hæc Chron. Sax. fol. 43. Alb. Cranz. l. 11. c. 33. M. Petr.

* Crodonem non a χρόνῳ, ſed a קָרַן quod *lucere, micare* notat, ita dictum putat Cel. *Theod. Haſæus* Biblioth. Brem. Claſſ. VIII. p. 743.

Petr. Albinus Tom. 11. fol. 153. & Tom. 11. fol. 22. In Marchia etiam Enzelius D 3. Item B. 4. v. ſcribit templum fuiſſe ad pagum Kogebro dictum Hämmenklauſe, in quo cultum Hammonem garrit: Lucumque & fluvium in hujus honorem Hammen vocatos. Miror ſane commentatores illos hujus fabulæ Iovi illi Hammonio affixiſſe cornua. Si enim Ammon, ubi cornua? Si ſine cornibus, unde igitur Hammonem fuiſſe ſciunt? Lucianus enim in ſacrificiis, cum multorum Deorum formam deſcribit, ſolem Iovem id præcipuum habere dicit, quod ſit barbatus. * In concilio præterea Deorum cornua etiam illi jungit Arietis. ** Vnde & Phæſtus ille, qui res Macedonicas ſcripſit, inquit:

Ζεῦ Λιβύης Ἄμμων κερατηφόρε κέκλυθι μάντι.
Jupiter Libyæ Ammon cornute, audi vates.

Sed vera origo hujus nominis & civitatis hæc eſt. Gambrivius Rex fuit Germaniæ priſcæ, teſte Aventino l. 1. Ann. Boj. qui populos illos fundavit, qui Gambrivii Romanis dicuntur. Illis tractum illum circa Albin, ubi Hamburgum jam eſt, habitandum conceſſit, quem de ſuo nomine Gambri-

 vium

* Ita conſpicitur apud *Begerum* in Theſauro Antiquit. Palatin. p. 2.

* Hujus Jovis Ammonis *ταυροκέρωτος* memoriam ſervant adhuc nummi aliquot antiqui, quorum figuras vide apud Illuſtr. *Spanhemium* diſſert. V. de Præſt. & Uſu Numiſm. p. 350. *Ivonem Villiomarum*, hoc eſt, *Joſ. Scaligerum*, Animadverſ. in Loc. Controverſ. R. *Titii* L. VIII. cap. 24. & *Anton. Auguſtinum* dial. VI. de Numis.

vium dixere. Mutatis tandem incolis bellorum feritate, & annorum diutina ſerie corruptum fuit etiam nomen, uti & aliæ regiones nomina ſua antiqua poſuere aliis aſſumptis: & ex toto illo tractu unicus locus vetus, quamvis corruptum, retinuit nomen; licet etiam aliæ urbes ejusdem nominis reperiantur, ut Hamm Weſtphaliæ, Hamm Friſorum, Hamm Batavorum, Hamm Flandriæ. Et hic lucus ſitus eſt circa Elyſtrum & Billam, nomine Hamme, qui demum a Senatu Hamburgenſi emptus fuit. Quia vero Saxones ante Caroli Magni ætatem circa lucum hunc arcem exſtruxerant, nomen illi a vicino luco indiderunt, & vocarunt Hammenburg. Pagi enim & oppida, teſte Munſt. l. III. Coſm. veterum Germanorum a vicinis fluviis, lucis & montibus dicebantur. Et τὸ Hamm * veteribus Germanis

---

* Hamm non ſolum notat pratum vel paſcuum, foſſis cinctum, ſed etiam ſylvam munitam ſepibus, v. *De Caſeneus* Orig. Ling. Gall. p. 62. b. *Beſoldus* Theſ. pract. p. 356. b. Ab hac utraque notione vocis Hamm, nomen Hamburg deduci ſolet. Priorem reſpexiſſe videtur *Schottelius* de L. Germ. p. 520. b. Hamburgum interpretans urbem inter paſcua & ſaliceta, quanquam in terris Ducatus Bremenſis Hamm non notet locum, ubi paſcua inter arbores & ſaliceta ſunt, ut *Schottelius* ibi vult, ſed ἁπλῶς læta paſcua, nullis etiam ſalicibus vel arboribus conſita, foſſis tamen, unde & origo vocis clauſa. Inde Latino-Barbarum *hamma* vel *hamarium* proportione & modo agri, *Dufresne* Gl. H. p. 696. Poſterior arriſit *Christoph. Sylvio* apud *Angelum* Chron. Holſat. II. 12. ut ex hoc illius verſu conſtat: *Hamburgum, ſylva cui notum nomen ab* Hama. Ita & *Schildius* de Cau-

manis ſylvam ſignificabat. Hinc Ditmarſi ſylvas ſuas Suderhamm & Norderhamm vocant. Friſii autem & Holſati prata vocant Hamme, uti & agros, quibus ſemina committuntur. Reperitur etiam in antiquitatibus exciſo luco pagum Hamme extru-ctum, cui nobilis quædam familia von Hamme præfuit; cujus ultimus pagum Hamme Senatui, Vrbique Hamburgenſi vendidit. Et hæc vera & certiſſima origo Hamburgenſis civitatis.

Cap. IV.

Mersburgh. *Marti dicatum oppidum. A Marſo Rege Germanorum exſtructum.*

Marti ſcribunt exſtructum oppidum Mersburgh. Quidam arcem Eresburgh in Weſtphalia dictam fuiſſe Ares-burgh: quod ex Græco deſcendere arbitrantur. Ἄρης enim Mars eſt. Alii potius ab Hera ſeu Iunone derivandum eſſe ſtatuunt: Ita de loco variant, & origine hujus Deaſtri: quod

Caucis p. 116. Ham, inquit, *Germano lucum nemusque denotabat: Vnde trans Albim oppoſita Caucis urbs* Hamburgi *coepta eſt appellatione donari: & in ipſa Chaucide* Stolham, Eſensham, Hamhuſen *peritura veſtigia vocis adoranti repræſentant*. Omnium vero maxime pro hoc etymo *Lambecius* Orig. Hamb. I. 4. pugnavit. Immo quoque flumina nonnulla, ideo quod muniunt & diſtinguunt terram, vocantur Hamme. Tale eſt nomen fluvii Ducatus Bremenſis, Hamme, ſe in Wummam & poſtea in Viſurgim exonerantis. Hammeg, fluvius in Marchia, cujus mentio in *Meibomii* Rer. Germ. T. III. p. 108.

quod nonnihil arguit ex ipſorum cerebello tantum effluxiſſe figmentum. Cæterum Marßburg a Marſo priſcorum Germanorum Rege conditum eſt, ut I. Aventin. l. I. Ann. Boj. tradit: Paruit deinde Germania XLVI. an. Marſo, ab augmentando ita cognominato Mehrier; ejus opus eſt Merſoburgum oppidum Miſniæ. Progenies Marſi & Marſingi Tacito & Strabone terga Marcomannorum Bojæmiam incolentium clauſerunt. Quidam maris accolas interpretabantur, non longe ab Albis oſtiis.

Cap. V.

Sollſwedell. *Marchiæ oppidum. Solis imago. Nominis ἔτυμον.*

CÆterum civitatem Soldtwedell in Marchia veteri quarto Planetarum, Soli erectam fuiſſe fingunt, & a D. Iulio templum illud Soli ſcilicet dicatum. Forma idoli fuit hominis, qui ante pectus ambabus manibus flammantem rotam tenebat. Non inconveniens autem ipſis videtur idolum hoc Soli erectum fuiſſe: a Wedell enim nobis caudam ſignificante, qualis leonum eſt, dicunt Solem ita dictum, a radiorum flammis, in pectore circumfuſis. Doctiores autem opinantur dicendum eſſe Soltwell hoc eſt, Salis domum. Τὸ Will enim & Wedel etiam priſco Germanorum idiomate domum notat,* &

* Idem *Chriſtoph. Arnoldus* von Alt-Sächſiſchen Götzen obſervat. C. I. p. 4. Nec aliter *Meibomius* T. III. Rer. Germ.

& eam quidem, quæ ex limo conſtat. Vnde & exſtructores ædificiorum, & qui parietes calce inficiunt, Weller dicuntur, hoc eſt, incruſtatores. Quibusdam tamen Soltquell legitur a Salinis, quod fontes hic ſalis uberrimi fuerint; cui ſententiæ & nos acquieſcimus, donec quis notiora & veritati proximiora adducat. Nam ab omnibus refertur, ſalinas olim hic plurimas fuiſſe: quæ uberrimo fonte colonos opulentiſſimos reddiderunt.

Cap. VI.

Magdenburgum. *Veneri ſacrum. Nominis ratio ab Amazonibus.*

SCribunt etiam Venerem in arce Magdeburg cultam, ut Chron. Saxon. Alb. Cranz. l. II. c. X. II. fol. 31. f. 1. M. Petr. Albinus tom. II. fol. 153. referunt. Stabat in curru nuda fœmina, myrtea caput cincta corona, ardentem faculam geſtans in pectore, in dextra mundi figuram, in ſiniſtra vero mala aurea tria præferebat. Poſt eam tres puellæ, Charites Græci, Gratias Latini dixere, nexis manibus nudæ

Germ. p. 57. *Ita etiam non dubitaverim*, inquit, a VELLA (*ita veteres vocabant* VILLAM *quaſi* VEHILLAM, *a convehendis frugibus, ut vult* Varro *Lib. I. de re ruſt. cap. II.*) *ortum eſſe vocabulum* Welle, *ſignificans domum vel modicam domorum congeriem, ut Rot* Welle *in agro Mansfeldico*, Cowelle, *cujus mentio in literis monaſterii Mariæ vallenſis. Pleniori idem ſono enunciatur* Wedel, *quo nomine eſt oppidulum in Holſatia &c.* Langwedel, Soltwedel.

dæ poma geſtabant averſis invicem vultibus dona porrigentes. Iugales quadrigæ erant, gemini cygni, totidemque columbæ. Venerem hac imagine figurabat gentilitas. Quæ ſub illis intelligant Mythologicæ explicationes, vide in Chron. Saxoniæ, ad quod cupidus dimittitur Lector. Potius ſentiendum, Vrbem dictam ab Amazonibus, bellicoſis Germanorum fœminis, quas in Germania fuiſſe antea probavimus.

Cap. VII.

De Mercurii *Vrbe incerta omnia.* Hermes leben.

DE Mercurio adeo incerta referuntur, ut nec locus, nec nomen conveniat: quidam Hermes leben dictam putant. Sed vera origo Hermans lauben, ab Hermione priſcorum Germanorum Rege. De quo conſule I. Aventin. l. I. Ann. Bojor. Mercurius ſane magno in honore apud Celtas & Germanos habitus fuit, ut paſſim authores memorant, cui & certis diebus humanis hoſtiis litare fas habebant: ſed quod Græco nomine fuerit appellatus ἑρμῆς a Germanis, non adducor, ut credam: eum ſuperius ſatis demonſtratum fuerit, Theutatem a Romanis habitum.

CAP. VIII.

Luneburgum. *Lunæ ſacrum. Nominis verum* ἔτυμον.

LVneburgum Lunæ * dedicatum ſcribunt, & columnam Lunæ erectam, cui inſidebat imago viri oblongis auribus, auream Lunæ imaginem manibus tenens: quam demolitam fuiſſe a Carolo M. anno 800. ſcribunt. Sed urbs hæc nomen aliunde traxit. Dicta enim eſt a præterfluente fluvio Luna vel Elmoa: vel a divite lini copia, quod ibi creſcebat: quod ſuperioris Germaniæ idiomate dicitur Lein, inferioris vero Lyn, Vrbs hæc Ptolomæo Marionis dicitur. De cujus ſitu conſule Coſmographos; cum noſtrum inſtitutum non ſit exacte hæc referre.

* *Quod aliqui de Luneburgo tradunt,* inquit *Jo. Schefferus* Upſal. Antiq. p. 113. *velut illud ſit a Luna, mihi quidem haud probari poteſt. Sane Luna nunquam Luna dicta Germanis, unde ergo Luneburgum vox ex lingua duplici compoſita? Neque valet, quod adfertur* Schildio *de Caucis L. II. c. 4. p. 106. id nimirum factum interpretatione quadam nominis a Romanis. Quare enim potius interpretationem Romanorum obſervaſſent Germani eamque ſociaſſent vocabulo Germanico, quam appellationem ſuam? Dicas idem factum & in Mersburg & in Soltwedel, & in Iſena & in aliis ſimilibus. Reſpondebo, de his omnibus non magis, quam de Luneburgo, liquere, imo totum falſum eſſe.*

Cap. IX.

Caſtor & *Pollux. Apud Naharvalos culti. A Cygno Leda compreſſa. Caſtor a Lynceo interfectus. Lynceus perſpicaciſſimus. In Deorum numerum relati. Navigantium D I I. Imagines Deorum in proris.*

Caſtorem tamen & Pollucem apud Germanos cultos eſſe teſtatur Tacit. in l. de Mor. Germ. Apud Naharvalos, *inquit*, antiquæ religionis lucus oſtenditur. Præſidet Sacerdos muliebri ornatu, ſed Deos interpretatione Romani Caſtorem Pollucemque memorant. Ejus numinis nomen Alces. Nulla ſimulacra, nullum peregrinæ ſuperſtitionis veſtigium, ut fratres tamen, ut juvenes venerantur. Vnde origo peregrini ſacri, non facile patet, cum & Tacitus, accuratiſſimus alias ſcriptor hæſitet, & ſilentio rem involvat. Geniti autem ſunt Caſtor & Pollux e Leda, a Iove compreſſa, ut M. Manilius l. 1. Aſtronom. refert:

Proxima ſors Cygni, quem cœlo Iuppiter ipſe
Impoſuit formæ precium, quo cepit amantem,
Cum Deus in niveum deſcendit verſus olorem.

Tandem cum filias Leucippi Phœben & Talayran deſponſatas Lynceo & Idæ Amphiarei filias rapuisſent, Caſtor a Lynceo interfectus eſt: Lynceus poſtea cæſus a Polluce; columna ſaxa occubuit. Et ipſe Pollux ab Ida occiſus fuiſſet, niſi Iupiter fulmine Idam percuſſiſſet. Nec profuit ipſis, quod uter-

que

que ſe intra ventoſam quercum occultaſſet. Lynceus enim mortalium omnium perſpicaciſſimus eos deprehendit, ut Staſinus in reb. Cypriis ſcribit:

- - Αἶψα δὲ λυγκεὺς
Τηΰγετον προσέβαινε ποσὶ ταχέεσσι πεποιθώς,
Ἀκρότατον δ' ἀναβὰς, διεδέρκετο νῆσον ἅπασαν
Ταντάλιδου Πέλοπος. Τάχα δ' εἴσιδεν ὄβριμος ἥρως
Δεινοῖς ὀφθαλμοῖσιν ἔσω δρυὸς ἄμφω κοίλης,
Κάστορά θ' ἱππόδαμον, καὶ ἀεθλοφόρον Πολυδεύκεα.

- - Tunc vero Lynceus
Taygetum aſcendit pedibus citis gradiens,
Summumque culmen nactus, luſtravit totam inſulam
Tantalidæ Pelopis. Cito vero vidit acutus Heros
Acutis oculis intra quercum ambos ventricoſam,
Caſtora equorum domitorem, & fortem Pollucem.

Tandem Caſtor & Pollux ob res præclare geſtas in Deorum numerum relati fuerunt; cum mortales eſſent, ut reliqui homines, ut Pauſan. in Arcadic. refert. Fama eſt hos navigantium Deos, & omnibus navigantibus habitos ſalutares. Hæ flammæ cum geminæ apparent, verba ſunt Nat. Com. l. VIII. Mythol. ſalutiferæ putantur navigantibus: at ſi una tantum, periculoſa eſt navigiis, & eo magis ſi terribilis illa & dira peſtis, quam nau[illegible] Helenam,

ſua

ſuo adventu geminas flammas fugaverit. Sed & nautæ navium proras effigiatis aut pictis Deorum, quibus ſe mancipabant, ſignis exornabant, quo familiariores Deos haberent. Lucian. Navig. τὴν ἐπώνυμον τῆς νεὼς θεὸν ἔχουσα, τὴν Ἶσιν. Perſ. Satyr. VI.

- - Iacet ipſe in littore, & una
Ingentes de puppe Dei.

Gloſſ. Navium tutelam dicit, quam in puppibus habent vel pingunt. * Stat. l. VIII. Theb.

- - Solus ſtat puppe magiſter
Pervigil, inſcriptaque Deus qui navigat alvo.

Lutacius: *Tutelam navis intelligimus cum gubernatore navigare, habent enim pictos præſides, quorum nominibus nuncupantur & naves.*

CAP.

* *Heinſius* ad *Silium Italicum* L. XIV. p. 484. Deorum imagines in puppe collocatas, *tutelam*, in *prora* vero poſitas *ſignorum* ſ. παρασήμων indices fuiſſe contendit. Idem ſentiunt *Scaliger* ad *Euſeb*. p. 39. *Bochartus* T. II. Opp. p. 712. *Turnebus* Adverſar. XIX. 2. & alii. Sed ſunt tamen veterum loca, quibus conſtat, tam proram quam puppim habuiſſe παράσημον, Deosque *tutelares* in proris etiam collocatos fuiſſe. Vide huc *Jo. Alberti* Obſ. S. p. 290. ſq. & magnum *Salmaſium* in Exercit. Plinian. Tom. I. p. 403. qui obſervat, eandem rem ſæpe & *tutela*, & παρασήμου ſeu inſignis loco, in nave fuiſſe. De omni illa τῶν παρασήμων apud veteres conditione lege, quos diligenter affert Rev. *Jo. Chriſtoph. VVolfius* in Cur. Philolog. & Crit. p. 1388. ſq.

VI.



CAP. X.

Triglas. *Vandalorum Idolum. Triceps. Diana. Sacer equus nigri coloris.*

TRiglas fuit Vandalorum & Stetinenſium idolum: cui templum in monte Harlingorum dedicarunt, quod poſtmodum in monaſterium Ordinis Præmonſtratenſis mutatum fuit. Pirnenſis refert, ſuo adhuc tempore circa annum MDXXVI. Idolum illud extitiſſe in abdito quodam loco, cui caput erat tribus imaginibus formatum, & Luna curvata in manibus. Sabinus in l. de Brandenburgo Marchiæ metropoli: Sed nihil proinde ornat utramque civitatem, ut illud templum Beatæ Virginis, quod Imperator Henricus Auceps exſtruxit, Eorum fano ſtabat triceps Idolum Triglas dictum, quod olim Venedi ſumma cum veneratione coluerunt. Id Dianæ ſimulacrum. Sic enim Euſtathius commemorat Dianam Triglam dictam; cui non leviter patrocinatur Luna appicta. Cur autem triceps picta fuerit hæc eſt ratio, quod triplicis ſit poteſtatis, ut Servius refert. Diana in terra, Luna in cœlo, Proſerpina ſub terris. Nec hoc diſſonat ab Hiſtoricis. Tacit. enim refert Iſidem a Germanis cultam, quam Cæſar Lunam dixit. Et antea probatum, Iſidem eandem cum Luna eſſe. Huic equus generoſus ſacer erat, ut Auctor Vitæ Othon. l. II. c. XX. & XXII. refert, nigri coloris, qui magno ſtudio a quodam Sacerdotum curabatur, a quo in bellum ituri, rei eventum explorabant, certa quadam ratione.

ne.

ne. Sacerdos cui equi cura commiſſa erat, novem haſtas, ſpacio unius cubiti ab invicem diſtantes, in terra diſponebat; ac per transverſum equum freno ter ducebat, reducebatque: ac ſi nullo pedum ad haſtam offendiſſet, felicis belli omen erat.

CAP. XI.

Prono. *Idolum. Effigies. Sacerdos* Miche *dictus. Cranzius unde etymon deducat. Brennus forſitan. Quorum quatuor in Hiſtoriis memorantur.*

PRono * Aldenburgenſium Slavorum ** Idolum columnæ impoſitum ſtans, altera manu vomerem, quo innocentia probari ſolebat, roſei coloris

* De Perone Idolo Slavorum & Moravorum vid. *Ludewig* de Idolis Slavorum Diſſ. III. §. 31. *Maſius* Diſſ. Acad. p. 1062. ſq. & *Jo. Georg. Stredowsky* Sacr. Moraviæ hiſtor. C. V. p. 33. ſq. qui apud Moravos in ſuperiori Corte Regia, nunc Spielberg, latreutica veneratione cultum teſtatur.

** De Idolis Slavorum commentati ſunt *Jo. Petr. Ludovici* Diſſert. III. Witteb. 1691. 1692. 4. edit. & *Abraham. Frencel*, Verbi divini Miniſter Schönaviæ in Luſatia ſuperiore, cujus Commentarius de Diis Soraborum aliorumque Slavorum una cum tribus illius de Idolis Slavorum diſſertat. T. II. Script. Luſaticor. *Chriſtiani Godofr. Hofmanni* inſertus eſt. Conſpectum libri V. operis, quod ineditum adhuc poſſidet Autor, mecum communicavit Vir Celeberrimus mihique Amiciſſimus Jo. Georg. Keyslerus, qui ob nomina & numina partim incognita meretur ut hic loci inſpergatur.

Liber

VII.



ris albis diſcriminatum punctis, altera vero hastam cum vexillo tenebat: tempora coronis redimita erant, aures prominentes, pedes ornati, & ſub altero

Liber V.

De Diis Slavorum & Soraborum in ſpecie.

Sectio I. παρασκευαστική

Cap. I. de religione veterum Slavorum & Soraborum in genere.
II. de πολυθεΐα & ſacrificiis Slavorum Soraborumve, quam ſint abſurda & non ex naturæ præſcripto.
III. πολυθεότητα & ſacrificia gentilium eſſe ab Ecclesia Vet. Teſt.

Sect. II. ἐπαγωγική

Cap. I. de Suantevito, Deo ſupremo Slavorum Soraborumque.
II. de Radegaſto, ſ. Marte, ſecundo Slavorum Soraborumque ſupremo Deo.
III. de Vitho, ſeu Deo vindice aut vindictæ.
IV. de Porevitho, prædarum & bello oppreſſorum Deo.
V. de Provo, Deo ſive præſide juſtitiæ ac fori.
VI. de Siwa, Dea vitæ.
VII. de Porenutio, Deo embryonis.
VIII. de Slota Baba, ſ. Dea obſtetrice.
IX. de Ciza, Dea nutrice vel nutricum.
X. de Potrimpo, Deo ſufficientiæ vel victus & amictus.
XI. de Occopirno, Deo fulminis.
XII. de Percuno, Deo tonitrus & fulguris.
XIII. de Perdoito, Deo venti.
XIV. de Jutrobogo, ſ. Deo auroræ.
XV. de Schwaixtixio ſ. Zuiczio, Deo lucis & ignis
XVI. de Vorskaito & Schweibtato, Diis pecorum.

XVII.

altero tintinnabulum pendebat. Idoli hujus ſacerdos Miche dicebatur; Geroldus Epiſcopus Altenburgenſis idolum ſubvertit, lucum & nemus illi dicatum propria manu excidit & combuſſit. Cranzius etymon

XVII. de Antympo, Deo lacuum, fluviorum & fontium.
XVIII. De Mevito, Deo divitiarum.
XIX. De Perglubio, Deo frugum ac Meſſis.
XX. De Curcſo, i. e. Demenſi ſ. portionem ſuam cuilibet diſtribuente Deo.
XXI. De Hennilo, Excubitore Deo.
XXII. De Trigla, Deo poli, ſoli, ſalique.
XXIII. De Puſceto, Deo lucorum ſacrorum.
XXIV. De Suitiboco ſ. Zuttibero, altero Slavorum Deo lucorum ſacrorum.
XXV. De Puſtuio, rituum ac religionis neglectæ Vindice Deo.
XXVI. De Auſchweito, Deo ægrotantium & ſanorum.
XXVII. De Marzava, Dea Morte, ſeu mortis.
XXVIII. De Flyniſo, Deo mortuos excitante.
XXIX. De Czernebogo, ſ. Diabolo, i. e. atro Deo & Diabolo.
XXX. De Picollo, Deo inferorum.
XXXI. De Barstuccis & Marcopetis ſ. Dæmonibus miniſtratoriis.
XXXII. De Colſkis ſ. Kobalis.
XXXIII. De Dæmone meridiano.
XXXIV. De Deabus Lutitiorum, Equo eorundem nec non Podaga Dea Plunenſium: & ſtatua Roſtochienſium.
Appendix.
De veterum Slavorum & Soraborum religione, fidei capitibus, ritibus ac Diis in genere.

IIX.



Svātovitg.

etymon a Græco πρόνοια deducit, quod Dei providentia mundus regatur. Potius, prout conjicimus, Brennus erit, Rex antiquæ Germaniæ, cui poſteri ſtatuam erexere, & templum dicarunt in perpetuam memoriam; quam deinde ignara & ſtupida plebecula pro Brenno Prono dixit. Hic enim eo in loco Vandalorum ſeu Germanorum Rex fuit, ut Aventin. l. I. Ann. Bojor. refert. Certe & alius Brennus eadem in regione vixit, natione Anglo-Germanus, a quo Angli illi Britanniam invadentes poſtmodum deſcendunt, de quo I. Aventin. ibid. conſule. Hunc demum inſequutus eſt Brennus ille, qui Romam vaſtavit; Vltimus Brennus fuit, qui templum Delphicum ſpoliavit; de quibus conſule Livium, Flor. Patercul. Iuſtin. Plutarch. Diod. Sic. Dion. Halicarn. alios.

Cap. XII.

Suantovitus. *Colitur a Rugianis. Origo hujus ſacri. Effigies. Sacerdos retento ſpiritu intrat templum. Sacer equus. Idolo ſpolia & prædæ quærebantur. Statua ſucciſa. Memoriam non deponunt Boëmi.*

PRæ cæteris populis ad maris Balthici littus Rugiani Suantovitum * coluerunt: cujus fanum primarium, ipſaque ſtatua in metropoli Arcona fuit. Origi-

* De Suantovito ſ. Witislao Slavorum & Moravorum Deo conſule *Jo. Petr. Ludovici* Diſſ. I. §. 8. ſq. *Maſium* Diſſ.

Originem tradunt Dubr. l. I. & Cranz. l. V. Vandaliæ, & Saxo Gram. l. XIV. hujusmodi: Victi a Carolo M. Rugiani Sclavi, & S. Vitum Corvegienſem Martyrem colere juſſi, jugo demum abjecto, ut fidem datam, ſic religionem acceptam mutarunt, & in contemptum Corvegienſium ſimulacro ſuo Suantoviti nomen indidere, & tributum Vito pendi ſolitum quotannis tribuere, usque ad Ericum Danorum Regem; qui expugnato oppido idolum ſuſtulit. In Arcone civitate fanum ejus erat duplici ſeptorum ordine clauſum, unico oſtio adeundum. E quibus exterior parietibus contextus puniceo culmine tegebatur. Interior vero quatuor ſubnixus poſtibus, parietum loco penſilibus aulæis nitebat, nec quicquam cum exteriore præter tectum, & pauca laquearia communicabat. Formam ejusmodi tradit Saxo Gramm. lib. XIV. Hiſt. Dan. Ingens in æde ſimulacrum, quatuor capitibus, totidemque cervicibus, e quibus duo pectus, totidemque tergum reſpicere videbantur. Cæterum tam ante quam retro collocatorum, unum dextrorſum, alterum lævorſum aciem derigebat. Raſa barba, crines attonſi, Rugianorum ritu. In dextra cornu vario metalli genere excultum geſtabat, quod ſacerdos, annuatim mero perfundere conſueverat: ex ipſo liquoris habitu

Diſſ. Acad. p. 1058. ſq. *Stredowsky* Sacr. Moraviæ hiſtor. C. VI. p. 43. ſq. & *Gerb. Outhovium* Jud. Jehovæ Zebaoth. p. 336. qui Suantevitum, non ut vulgo putatur a *Sancto Vito*, ſed a *Swyнſo*, i. e. ſole Slavorum deaſtro dictum conjicit.

bitu ſequentis anni copias proſpecturus. Læva arcum reflexo in latus brachio figurabat. Tunica ad tibias prominens, pedes humo contigui, eorum baſi intra ſolum latente. Haud procul frenum, ac ſella ſimulacri, compluraque divinitatis inſignia. Quorum admirationem conſpicuæ granditatis enſis augebat, cujus vaginam ac capulum, præter excellentem cælaturæ decorem, exterior argenti ſpecies commendabat. Semel quotannis, ut Munſter. l. III. Coſm. ſcribit, poſt lectas fruges mactatis ante oſtium templi victimis, ſolemne gentis epulum erat. Ædem ſacerdos verſabat, ſpiritu oris compreſſo, quem quoties renovare opus erat, ad oſtium decurrit, ne humano habitu numinis præſentia offenderetur. Primo mane excubante ante fores populo, ſacerdos ingreſſus, cornu, quod priore anno impleverat, contemplatur, & ſi quidem ea plenitudinis menſura reſponderet, uberem pronunciat futuram meſſem: ſi qua parte minutum, diligentius jubet aſſervari fruges cariſtia imminente. Tum vetus merum delibans ad pedes ſimulacri profundit, repletumque haurit, atque in eandem formam mero plenum dextræ numinis reſtituit. Placentam quoque ea magnitudine adhibito mulſo effingunt in formam rotundam, ut poſt eam homo latere poſſit. Huic ſacer equus erat, quo in prælia ferri credebatur: de quo in 11. Syngramm. Sed & penſiones & ſpolia huic idolo quærebantur. Namque nummus ab unoquoque, ut Saxo l. XIV. refert, annuatim in hujus ſimulacri cultum pendebatur, cum ſpoliorum ac præ-

dæ parte tertia. Hoc idolum quoque trecentos equos, totidemque ſatellites in eis militantes habebat: quorum omne lucrum, ſeu terra, ſeu mari quæſitum, ſacerdotis cuſtodiæ ſubdebatur. Ille ex earum rerum manubiis diverſi generis inſignia, ac varia templorum ornamenta conflabat, eaque obſeratis arearum clauſtris mandabat: in quibus præter abundantem pecuniam, multa purpura vetuſtate exeſa congeſta fuerat. Illic quoque publicorum munerum ac privatorum ingens copia viſebatur. Hanc ſtatuam totius Sclaviæ penſionibus cultam, finitimi quoque Reges donis perſequebantur. Tandem Waldemarus Danorum Rex, ut idem tradit & Helmold. l. II. c. XII. refert, expugnata Arcone Rugianorum urbe, Suantoviti ſtatuam ſucciſam dejecit. Frequens ædem purpura circumpendebat, ſitu tam putris, ut tactum ferre non poſſet. Nec ſylveſtrium beſtiarum inuſitata cornua defuere, non minus ſuapte natura, quam cultu miranda. Dæmon in furvi animalis figura penetralibus excedere viſus, ſubito ſe circumſtantium luminibus abſtulit. Oppidani ſimulacro funes injicere juſſi, cum id priſtinæ religionis metu exequi nollent; captivis exteriſque quæſtum in urbe petentibus, ut illud ejicerent imperabant. Quippe domeſtici numinis majeſtatem, quam tanto cultu proſequi conſueverant, graves e veſtigio pœnas a ſuis violatoribus exacturam putabant. Tum vero variæ incolarum voces exaudiebantur, aliis Dei ſui injurias lamento, aliis riſu proſequentibus. Veſpera appetente omnes, qui culinis præ-
erant,

erant, ſimulacrum attentatum ſecuribus, in exigua fruſta, aptosque foculo ſtipites redegerunt. Diu tamen ſuperſtitio ejusdem ſimulacri, ut Dubrav. l. I. ſcribit, inter Boëmos viguit, donec Venceslaus Princeps Boëmiæ, impetratis ab Othone Cæſare D. Viti reliquiis religionem mutavit. At ne ſic quidem memoriam Santoviti delere ex mente Boëmorum quivit: quippe nunc quoque nullam magis ſolemnem Boëmi ſalutationem habent, quam eam, quæ fit ſub Viti nomine: excepturi enim vel hoſpitem, vel amicum, vel inermem quemquam, peregre advenientem, Witæus, Witæus ingeminant; velut ſoſpitati, a Suantovito conceſſæ, congratulantes. Quandoquidem ita evenit, ut peſte inter vicinos increbeſcente, ipſi dumtaxat, qui Suantovitum colebant, a contagio integri & incolumes permanſerint.

CAP. XIII.

Mos *Vandalorum in conviviis. Belbuch, & Zernebuch. Deus bonus & malus.*

VAndali * in conviviis & compotationibus ſuis pateram olim certis verbis conſecrabant, authore Cranzio ** l. III. Vand. c. XXXVII. ſub nominibus Deorum, boni & mali: omnem proſperam fortunam a bono Deo, adverſam a malo dirigi putantes. Malum Deum lingua ſua *Zcernebuch*, bo-

* Vandalos cum Venedis male confundit *Schedius*, *Crantzio* ſuo domeſtico errore, ac peculiari.

** Verba hæc non *Crantzii* ſed *Helmoldi* ſunt L. I. C. 5 *p. 125.* de Slavorum potandi ritu id aſſerentis.

num *Belbuch* vocantes teſte Munſt. l. III. Coſm. *Zcerne* autem apud Vandalos nigrum ſonat; hinc *Zcernewitz* nigrum lumen, *Zcernebitz* niger fundus eſt. *Bel* vero albus eſt, & *Belbuch* Deus albus: *Zernebuch* vero Deus niger: * bonum & malum putabant genium, & Satanam quaſi boni & mali authorem juxta Manichæum errorem. Sed & *Belbuch* illum alii *Iuterbuch* vel *Iuterbock* vocant, & neſcio quam fabulam de *Iuttæ* cujusdam capro ſubnectant: quas ineptias ſilentio præterimus, ne Lectorem diutius detineamus, & noſmet ipſos remoremur.

* *Erant paganis*, inquit Cl. *Sperlingius* Valer. Maxim. Dan. p. 6. *Dii quidam inter albos, alii inter nigros. Ut apud Pomeranos & Julinenſes, alius* Belbock, *alius* Zernebock *dicebatur, quod eſt Deaſter albus, & Dæmonater, quos olim colebant, qua ratione* Gauka Thorus *Chriſtum inter albos Deos credidit eſſe*. Primum horum deorum eum fuiſſe *Bielem*, apud Thuringios ingenti ſuperſtitione cultum, putat *Phil. a Turre* Diſſert. de Beleno. p. 273. ſq. cujus idolum S. Bonifacius ſemel iterumque dejecit, uti refert *Jo. Letznerus*, qui ex veteri MS. vitam ejusdem Germanorum Apoſtoli ſcripſit, penes *Nic. Serarium* Moguntiac. rerum lib. 3. not. 21. p. 474. Alter Zernebock, ex nominis ſignificatione, is potuit eſſe *Jopher niger*, alii legunt Jovem nigrum, de quo *Bollandus* in actis S. Julianæ 16. Februarii p. 875.

F I N I S.

DISSERTATIO
DE
CVLTV SOLIS, FREJI ET OTHINI,

V. C.

JO. GEORG. KEYSLERI

SOCIETATIS REGIAE LONDINENSIS

SOCII

HALAE,

APVD ERNEST. GOTTL. CRVGIVM

MDCCXXIIX.

DE SOLE, FREJO ET OTHINO PRIMO.

CONSPECTVS.

§. 1. Solis præſtantia. §. 2. Ejus cultus apud omnes fere gentes. § 3. Celtas etiam & ſeptentrionales. §. 4. Simulacrum ejus ap. Germ. aut nullum aut ignotum. §. 5. Nomen ſolis apud Germanos imprimis. §. 6. De gentibus Septentrionalibus. §. 7. De feſto Jolenſi. §. 8. Solis victimæ equi & verres. §. 9. Frejus idem qui Sol. §. 10. Dicitur etiam Vanagod. §. 11. Frejus diverſus Freia Frigga & Fro. §. 12. Cur verres Soli immolatus. §. 13. De ſimulacro de conſperſa farina & verre effecto. §. 14. Othinus etiam Sol. de ejus nomine. §. 15. Interpretatio nominis Othini; Gott Deus eſt. §. 16. De Othino, Sole plura.

§. I.

RElicto veri Numinis cultu atque ad creaturas converſo non poterat non Solis miranda præſtantia cœcutientium mortalium oculos animumque adeo perſtringere, ut nihil æque dignum putarent divinis honori[illegible] enim pulchrius nobis & coloris & figu-

ræ ornamentis exhiberet cœlum, cogitatione vix conſequi poſſumus: quid velocius, quodque tanta rapiditate immenſa fere ſpatia conficeret, ſi veterum Aſtronomorum, pluriumque noſtræ etiam ætatis placita ſequamur. Accedit maxima ejus magnitudo, ſplendoriſque ac radiorum tanta vis & copia, quantam oculus noſter vix ſuſtinere valet. Adde caloris hujus ætherei eam virtutem, quæ aërem temperat, omniaque videtur generare, nata fovere ac conſervare; ut nihil nunc dicam de temporum dimenſione, quam diurno annuoque largitur motu, nihil de cœlo, velut habitaculo, quod barbari æque ac Græci Deo tribuebant, manibus eo ſublatis, ſi numina erant propitianda. *a*)

§. 2. Antiquiſſimum inde fuiſſe ejus cultum non mirabimur, memoratum etiam ſcriptorum omnium præſtantiſſimo ac vetuſtiſſimo *Moſi, Deuter.* c. 4. v. 19. *Job.* c. 31. v. 26. 27. Gentes non enumerabimus, in quibus viguit Heliolatria; univerſum nominabimus Orbem terrarum, excepto populo, quem ſibi velut peculiarem delegerat ſummum Numen, qui tamen nec ipſe ab omni mali hujus contagio ſemper fuit immunis. Populos allegabimus hodieque Solis cultores Sinenſes, (vid. *Ortel.* p. 101.) in Africa quotquot turpioribus Mahomedis figmentis nondum imbuti ſunt, teſte *Kircher. Tom. I. Oed. Æg.* S. 5. c. 4. p. 416. Inſulas Javan Majorem, Formoſam, Ceylanenſem, Moluccas, Philippinas

a) Vid. *Ariſtot.* l. I. *de cœlo* c. 3. *Voſſius Theolog. Gentil.* l. 2. c. 2. *Niedeck de adorationibus.*

nas &c. Solis cultui deditas teſte *Mandeslo* l. 3. p. 223. G. *Pſalmanaazaar Deſcription de l'Isle de Formoſa* p. 34. Vt taceam Indiæ occidentalis incolas tantum non omnes.

§. 3. De Celtis veteribus populisque Borealibus hoc loco disquirendum. Solis & venti mentionem faciunt *Annales Ultonienſes* ad Annum Chriſti 458. in juramento Lœgarii filii Melli Regis Hiberniæ. Saxonum Anglos *Wernerus Roleuinck de Antiqua Saxonica* lib. 1. c. 6. inducit Britonum Regi ita reſpondentes: *Si vero de religione quæritur, noveris nos juxta morem paternum ſolem adorare.* An vero reliquis Germanis ſolis cultum credemus ignoratum, qui teſte Cæſare l. 6. c. 21. *Deos colebant, quos cernebant, & quorum opibus aperte juvabantur?* Non deſunt, qui Soltwedeliæ denominationem a Sole deducunt; frivolam nominis rationem a voce Germanica Wedel, quæ caudam ejusque crines profuſos notat, pluribus hoc loco non attingimus, neque enim illam convenientiam, quam ſibi in radiis ſolis & ejusmodi cauda videntur inveniſſe, aſſequimur. conf. *Albin. Chron. Miſn.* p. 153. Enzelius atque Andreas Angelus in Chronicis Marchicis, notante Sagittario Hiſt. Marchiæ Soltwedelenſis §. 9. Quibusdam Solis vallis dicitur, alii Salinarum ædes ſ. Saltz-Hauß interpretantur, ex voce Well ſive Wedel, quod veteribus Germanis domum, vel tuguriolum ſignificabat; aliis tandem majori ratione Soltquell, velut ſalis ſcaturigo arridet. *Albin.* l. c. Pariter P. *Ant. Ruteau Societ. Minimorum in Annalibus Cameracenſis provinciæ* c. 3. p. 5. SOLEME

non

non ignobile illius agri oppidum ab ara Solis dictum putat. Potiori jure locum hic ſibi vindicant, (niſi Romanis origines debuerint) Aquæ Solis, urbs Angliæ, Antonino ita dicta in Itinerario, thermis & aquis ſalubribus celeberrima, vulgo *Bathe.* Solubrium Luxemburgenſis Ducatus, Solver, & Solothurum Helvetiorum oppidum, hoc etiam honore defraudare nefas ducit *Joh. Bertelius Abbas Eptermacenſis Hiſt. Luxemburgenſ.* p. 106. *&* *Deſcript. Deorum ſacrificiorumque gentilium* p. 21. 22. illud *delubrum*, hoc *turrim Solis* explicans. *a*)

§. 4. Simulacrum Soli apud Germanos primitus nullum fuiſſe autumo. Neque enim recens illis enatum numen, ſed antiquiſſimum fuit, & ſuo tempore memorat *Tacitus* populos hoſce nullis ſimulacris fuiſſe uſos. Procedente & inducta Romanorum Idololatria fabricatum, nullus veterum ſcriptorum prodit. Somniis igitur annumerandum, quod recentiores finxerunt Solis ſignum, *van Leeuwen deſcript. urbis Lugdun. Bat. Pars deſcript. Catwic van Royen Antiqq. Belg. Belgici Scriptores, Nic. Chevalier Rercherche curieuſe d' Antiquites* p. 11. juvenem ſcilicet nudum, radiato capite, igneam rotam pectore præferentem, qualem fere a Romanis depictum tum ex aliis tum *Marone* imprimis *Lib. XII. Æneid.* elucet.

§. 5.

a) Plane autem nugantur, qui Solem ***Sneinum*** olim dictum atque Snecæ cultum ſcribunt, huicque oppido nomen inde, uti dici Solis, Snein ap. Friſios, adhæſiſſe perhibent, quod facit ***Jac. Lydius Belg. Glorioſ.*** p. 3. ***Martinus Hamconius in Friſia*** fol. 76.

§. 5. Dictus autem Sol Germanis die Sonne, Anglis in Britannia *Sun*, quod eodem fere quo Germani ſono pronunciant, Suecis *Sole*, & Danis *Sool* ſive *Sol*. *Syn* vocatur in precibus S. Birgittæ *Fridſins Syn*, ſol pacis Gothis veteribus erat *Sunno*, quod *Ulphilas* docet Luc. 4. v. 40: *mith thanei ſagu ſunno*, cum Sol occidit. Marc. 4. v. 6. *Sunnin tharurinnandin*, Sole oriente. *a*)

Germanicam vocem enatam credo ab obſoleto fere Sühnen, calefacere, apricari, quæ derivatio procul dubio majori nititur veriſimilitudine, quam Rudbeckiana a ſchen, ſien, videre, *Atlant*. T. II. cap. 5. A ſole inde prima hebdomadis dies denominata Sonntag, quam a voce Sonen, tranſigere, conciliare, judicare derivant alii, quod eo die in Patria cœleſtis gratiam a Chriſto reducti ſimus. *Soinus* enim conciliatio in *LL. Henrici I. Reg. Angl.* c. 61. *Soenpening*, redemtionis pretium, *Sœnige* Belgis oſculum, amoris & benevolentiæ pignus. *Ranſun* etiam Suecorum (quod nobis ranzion) rei aut hominis capti redemptionem ſive lytrum inde deducit

a) Fuit Ulphilas Gothorum qui minores vocantur in Mœſia Epiſcopus; vixit ſub Valente Imperatore circa A. Ch. 380. Biblia ſacra Novi Teſtamenti in linguam Gothicam convertit atque his literis deſcripſit. Quæ diu inter MSta rariora & tricennalis belli ſpolia e Germania deportata in Bibliotheca Suecorum Regum delituerunt, furto tandem eruditi viri ad Batavos delata primum a Franciſco Junio Dordr. 1665. edita fuerunt poſtremo cum Parallelis verſionibus Sueo-Gothica, Islandica & vulgata a Georgio Stiernhielmio Holmiæ 1671. 4.

cit *Loccenius Antiqq. Sueo-Goth.* p.27. a *Ran* ſcilicet raptu, & *ſona* vel *ſuna* placare. In Charta 28. *ap. Goldaſt. Tom. II. Antiq. Alam.* P. I. p. 46. *Placuit inter nos Chartam pacationis ex utraque parte allevari, quod Tuitiſce Suonbuoch nominamus.* Symbolum Apoſtolicum a *Marqu. Freher.* editum: *Thana chuinftic iſt ſonea qhuekhe a) enti tote,* i. e. unde venturus eſt judicare vivos & mortuos. & Marner verſic. 4. apud *Joh. Is. Pontan. Orig. Francic.* p. 406. *& Hiſt. Dan.* p. 797. es nahet gegen der Suontage, das Gott will ſuonen alle Klage, h. e. appropinquat dies dominicus, quo judicaturus eſt Deus omnia. Solis tamen ἔτυμον in hac voce magis attendendum, reliquarum feriarum ſeptimanæ nomina monent, a Romanis ad noſtros homines ſuccedente tempore translata, quod infra Lib. III. pluribus confirmabimus. Veteribus Germanis & Anglis imprimis menſis fuit a Sole denominatus, *Solmonath* quem nos Februarium appellamus. Quamvis enim *Beda de Temporum ratione* Tom. II. c. 13. p. m. 81. a placentis dictum ſcribat, quas in eo Diis ſuis offerebant, addenda tamen hoc capite commonebunt, id ipſum in honorem Solis imprimis factum. Illuſtrat noſtram derivationem Danorum vocabulum Blidemonath, quo hodieque hunc men-

a) Qhuekhe vel Quecchen vivos notat, unde nobis Quecſilber dicitur argentum vivum, erquicken, refocillare, & Anglis te quake, in motu eſſe, agitari, tremere, unde formatum Quackerorum nomen, fanaticorum ſatis inſignium. conf. Eccard, Comment. ad Catecheſin Theotiſcam p. 136. ſeq.

menſem compellant, lætitiam ſuam indigitantes ob ſolis jubar plenius paulatim hoc tempore ſeſe efferentis. Blide enim Danis lætum ac hilare eſt, teſte *Jo. Is. Pontano rer. Dan.* p. 795. Cur fœminam fecerint idiomate ſuo Germani Solem, Lunam vero marem, ideo fortaſſe factum, quod Sol pulchritudine ſua pulchriori ſexui annumerari mereatur, Luna vero adpellatione ſua Germanica der Mond vel *the Maen* prope ad maſculi denominationem accedat.

§. 6. Propius hac via ad Arctoas gentes transeundum, quæ plura ſuppeditabunt, unde major jam dictis lux affulgeat. Viguit enim apud has etiam ab antiquiſſimis inde temporibus divinus honor Soli ſervatus, obſervante *Olao M. Archiepiſc. Upſal. in Hiſt. Gentium ſeptentrionalium* l. 3. c. 2. p. m. 94. ſeq. *Fanin* dixere Solare hoc numen (*Rudbeck. Atlant.* T. II. c. 5.) quod Dominum ſignificare infra monſtrabimus Cap. de Tanfana, quemadmodum apud Græcos *Φάνης* nomen Solis fuit teſte *Macrobio* diſſimili licet origine & ſignificatione. Rationem hujus cultus ſeptentrionalibus peculiarem deſignat *Procopius Hiſt. Goth.* l. 2. p. 260. qui poſtquam brumæ tenebras explicuit, quibus Thule inſula premitur, ita pergit: "Atque poſtquam triginti quinque dies continuis in tenebris exiere, more veteri" in ſumma montium juga mittuntur ſpeculaturi:" qui cum ab edito ſolem conſpexere, nuntiant infra" manentibus quintum intra diem ſolis jubar exſtitu-" rum. Illi vero læti nuntio, quanquam in tenebris, conventus ſolennes celebrant: idque tempus Thulitis maxime feſtum eſt, credo quod ejus inſulæ cives ſub-

ſubeat metus ex malo quanquam anniverſario, ne Sol reverti ad ipſos negligat. *a*)

§. 7. Nihil inde relinquit intentatum *Rudbeck* P. I. c. 5. §. 2. ut feſtum Julium, celeberrimū ſeptentrionalibus veterib9, a Solis converſione appellationem ſuam ſortitum eſſe evincat. 1) Quia temporibus antiquiſſimis cum Solis converſione feſtum illud fuit conjunctum. 2) Quod *Beda* ſuffragatur, idoneus teſtis, qui Decembris & Januarii menſes Giuli dictos ait a converſione Solis in auctum diei, *de Temp. rat.* l. c. 3) Ob ſignum rotæ in compluribus faſtis Runicis ad feſtum hoc indicandum, clariſſime expreſſum. 4) Quia, ſi vox *Jul* a lætitia, quod Verelius autumat, deſcenderet, eadem denominatio omnibus feſtis conveniret ac ſacris, quæ ſumma lætitia agebantur. Erunt hæc plenius diſcutienda, cum ad computum veterum ſeptentrionalium devenerimus. Hoc loco non omittendum *Juuleklubba*, Solaris curſus indicium, nondum obſoletum, quo Julenſia gaudia augebant, ut hoc ſimul experimento intelligat eruditus lector, quam ridiculæ & frigidæ ſæpius *Rudbeckii* rationes ſint, quibus male ſatis inter ſeſe nexis, cuncta, quæ nimius patriæ amor ſuadet, ſuperſtruit. „Eſt autem clava quædam exigua, „(verbis utimur ipſius Rudbeckii T. I. c. 5. §. 2. „p. 95.) quæ tenui funicolo a ſumma tecti trabe ſuſpen-

a) His contraria faciebant Atlantes de quibus Pomponius Mela de Situ Orbis l. 1. c. 8. *Qui ultra deſerta eſſe memorantur, Atlantes, Solem exſecrantur, & dum oritur & dum occidit, ut ipſis agriſque peſtiferum*. conf. Plin. Hiſt. Nat. & Strabo lib. 17.

ſuſpendi atque ita demitti ſolet, ut ad ſedentis ſub" illa hominis frontem vel tempora pertingere" queat. Ad hanc vero clavam, qui olim, gentis ritu," ſive in memoriam Deorum ob beneficia ab eis ac-" cepta, ſive in venturæ cum anno novo majoris feli-" citatis omen craterem hordeaceo potu repletum" evacuaturus erat, accedebat & ad bibendum compo-" ſitus unius impulſu manus clavam in aëre liquido" pendentem ita concitabat, ut ambitu quam maxi-" mo circa ſedentis caput rotaretur, ipſeque interim" ab omni clavæ ictu aut verbere immunis craterem," ſed ſine magna mora, exſiccare poſſet. Si vero quis" eam ita imperite circumegiſſet, ut ad aliquam capi-" tis partem, cratere nondum exhauſto, allideretur," ei duplum prioris bibendum fuerat. Hac clavæ ro-" tatione, annuum ſolis motum veteres repræſentare" ſtuduerunt. Nos quoque eundem bibendi morem," ſed abjecta veterum ſuperſtitione adhuc retinemus," cui quoque homines peregrini, dum apud nos" ſunt animi cauſa perſæpe nec illibenter indulgent.

§. 8. Cæterum iſtis feſtis & ſacrificiis Jolenſibus, ſolem non modo invocabant, ſed animalia etiam illi ſacra offerebant, ut equos more omnium paganorum, *a*) quo de negotio Olafs Saga *b*) cap. 107. Oder woro offrade Nööd *c*) och Håſtar; ibi immolata

a) Perſarum imprimis juxta Ovidium:

Placat equo Perſis radiis Hyperiona cinctum
Ne detur celeri victima tarda Deo.

b) h. e. Olai Hiſtoria. Saga enim hiſtoriam notat, ſeriam ut plurimum, a voce ſagen, dicere, narrare.

c) Nööd ſive Noet lingua Suecorum bovem notat. Inde

in

molata armenta & equi. Quæ ſacrificia aliis licet adaptata idolis, Othinus tamen poſterior, qui omnem fere ſolis cultum in ſe tranſtulit, tanquam propria depoſcebat.

Verrem etiam Soli immolatum fuiſſe teſtatur Heidriks Saga, ut & Verelius in not. ad Gothriks Saga, quæ ita ſacra iſta deſcribit: „ Rex ſacrificavit „Frejo verrem, quem ſciebat ſe opportuniſſime daturum eſſe Frejio. Hunc dixerunt tam ſanctum „eſſe, ut ſuper ſetas ejus manus componerent, & in „cauſis graviſſimis jusjurandum ederent. Is verres „(in ſacro Sonis) Scheff. p. 301.) Soli mactandus „erat. Feſto veſpere adducendus erat (alia verſio „Scheff. Sonis) Solis verres in aulam ante conſpe„ctum Regis: ibi ſetis ejus manus imponebant, & „vota conceptis verbis nuncupabant.

§. 9. Frejus igitur idem qui Sol, quod confirmat *Edda a*) *Mythol.* 22: *Frej han räder för regn och Soolskein,* Frei pluvias & dies ſerenos ſub poteſtate

in verſione Sueonica Gen. 41. v. 18. Et aſcendebant de flumine ſeptem Noet, i. e. boves pingues carne & pulchræ forma.

a) EDDA nihil aliud eſt, quam Mythologia veterum ſeptentrionalium. Autorem ejus & compilatorem nonnulli *Sæmundum Frode* faciunt, alii *Snorronem Sturle.* Ille natus in Islandia, Anno Dn. 1057. Saxone Grammatico centum fere annis antiquior, Paſtor fuit Oddenſis, ob ſingularem eruditionem ac prudentiam Frode cognomine mactatus, quod prudentem ac eruditum notat. Hic vero magni nominis Jurecconſultus anno 1170. lucem aſpexit, anno 1242. in civium tumultu occiſus, cujus vitam luculento Commentario illu-

ſtate ſua habet. *Frei* pulcher eſt Belgarum hodierno etiam idiomate neque adeo a Sole alienum. Eadem Edda Niordum in Noatuna duos genuiſſe liberos memorat, *ex quibus*, pergit, *Freier inter Deos maxime beneficus: pluviæ hic præſidet & ſerenitati ac ubertati annonæ.* (*Freir eirn er agiætaſtr med gudum: han rædr firi regn oc ſkini ſolar; han rædr fridi oc feſælo manna*) *Ei ſecunda nuncupantur vota pro felici annona & pace. Pacem namque in poteſtate ſua habet, & ſecundam hominum fortunam.* Inde in lapide Firſtedenſi, quem *Ol. Wormius Monument. Dan.* l. 4. p. 269. correctius autem *Verelius in not. ad Hervarar Saga* p. 48. exhibet, ſequens occurrit formula latine verſa: *Frigi loculis dediti ſunt omnes piratæ.* Numen enim nautarum ac piratarum non poterat non eſſe Freier *er argod oc fegiafa god*, uti *Edda* loquitur, Deus annonæ & divitiarum, qui tempeſtatem, quam expetebant, mortalibus largiebatur & ſerenitatem *a*). Quod ipſum expri-

illuſtrare promiſit *Torfæus*, Daniæ & Norweg. Hiſtoriographus. Edita eſt Edda Hafniæ 1665. cura *Jo. Reſenii*, qui multa adjecit, varias quoque variorum Codicum lectiones ſe reperiſſe fatetur. Patet hinc, quid ſentiendum de iis quæ Celeberr. quondam *Boſius in Epiſt. ad Reineſ.* 93. p. 361. in hunc modum ſcribit: *Ex illuſtri Barone Boineburgio intellexi Francofurti nuperis nundinis proſtitiſſe veterem Evangeliorum verſionem Gothicam Ulphilæ Epiſcopi, & Eddæ cujusdam Islandicæ. Sed neuter liber ad nos perlatus.* Scilicet interdum magnus dormitat Homerus.

a) Illuſtrant hoc numen duæ inſcriptiones ſatis ſingulares, quas Dominum de la Tour in terris Algeriæ non pro-

exprimere videtur lapis Tireſtadenſis memoratus' quem Verelius tradit referre crumenam & faciem juvenilem inſculptas; addita inſcriptione: *Frigi ſiod*, h. e. *crumena Dei Frig*. Tantum imperium eum ipſi adſignarent gentes, non mirandum, in veteri juramenti formula Freyum imprimis cum *Niordur* & *As* nominari velut potentiſſimum perjurii vindicem, *ap. Arngrimum Jonam Islandum in Crymogea* lib. 1. c. 7. p. 61. Habet illa formula inter reliqua hæc *Hialpi mier Freyr og Niordur og Hinn almatke As*. Nec altius repetenda ratio, quare Throndenſibus ante alia numina fuerit cultus, referente *Oddone Monacho Islando in Oloff Tryggwazon Saga* c. 43. p. 161.

§. 10. In *Skaldskaparmahm* vocatur VANAGOD, Deus Spei, quem Frejam explicat Ol. Wormius *Literaturæ Runicæ* c. 27. p. 164. *conf. Verel. not. ad Göthreks Saga* p. 50. ſeq. *Von* enim *ſpes* eſt veteribus. Non me præterit, Verelium hanc ſuam ſen-

procul a monte Atlante, qua itur ad Conſtantinam, inveniſſe & deſcripſiſſe perhibet *Jac. Sponius Recherche d'Antiquités de Lyon*. Prima eſt: VINTIS (pro ventis) BONARVM TEMPESTATVM POTENTIBVS LEG. III. AVG. DEDICANTE Q. FABIO CALVITINO LEG. AVG. PR. PR. Altera: I. O. M. TEMPESTATIVM DIVINARVM POTENTI LEG. III. AVG. DEDICANTE Q. FABIO CALVITINO LEG. AVG. PR. PR. Nullibi, niſi in hiſce monumentis Calvitini hujus mentio occurrit, qui adverſis ut videtur ventis detentus propitios ventos Jovemque claſſi ſuæ precatur. Autoritatem interim horum marmorum oculari inſpectione refellere, arduum nimis foret.

ſententiam retractare *in additam.* p. 104. ubi *Vanorum*, h. e. *Scytharum Deum* mavult reddere, quia *Vana nipur*, Scythigena, & Vanur Schytæ *Eddæ* dicuntur. Non tamen incongruum erit, hunc ipſum Scytharum Deum ad Solem ſive Frejum referre, favente duplici vocis radice.

Ad ancipitem conjecturam hic locus nos deducit. Exhibet Cambdenus Deſcript. Britann. p. m. 38. nummum caput Deæ ſiſtentem, aut juvenis, criſpo capillo; altera parte porcum & inſcriptas literas: VANO. C.

Venerem ipſe explicat vel Venutium, de quo *Tacitus*. Me aut omnia fallunt, aut *Vanagoth* eſt, quem nummus præſentat. Confirmat me in hac ſententia juvenile caput, porcus ſ. verres Frejo ſacer, & adjecta denique inſcriptio VANO C. *God* enim & *Cod*, Deum, ſcripſiſſe veteres, mox probabimus. (Diſpiciemus tamen alibi, an non potius hic nummus ad Tanfanam ſit referendus.)

§. 11. De Frejo nunc antiquo monendum, diverſum eum ac bene diſtinguendum eſſe a *Freir* ſ. *Frejo* illo, quem *Hiſtoria Norvagica in principio* natione Scytham, filium Niordi ſtatuit, cum Nioduro aliisque obſidem a ſuis Othino datum, atque inter Divos Aſiaticos ab hoc relatum. Huic Frejo Upſalam, inhabitationem aſſignaſſe Othinum *Snorro Sturlæſonius* l. c. p. 5. ſcribit, & tertium inter Reges Sueoniæ ab Othino ad Ericum numerat *Liber vetus documentorum Eccleſiæ Upſalenſis* p. 276. *quem citat Verelius not. ad Hervarar Saga* p. 39. Errant etiam *Brynolfus ap. Stephanium not. ad Sax.*

 Gramm.

Gramm. p. 54. *& ipſe Stephan*, p. 92. cum Fro, Deorum Satrapam, quem furvis hoſtiis placabant eundem cum Frejo noſtro, aëris tempeſtatumque præſide, faciunt. In eo vero omnes fere, quotquot evolvi, hallucinantur, quod numina diverſiſſima Frejum, Frejam, & Friggam inter ſe commiſcent, & huic imprimis tribuunt, non niſi Frejo & Soli propria. Fidem faciat *Hervara Saga* cap. 14. p. m. 138. de Heidricho rege: Magnum obtulit ſacrificium Frig„gæ, eamque præ omnibus Diis ſuis maxime coluit. „Mos autem obtinuit, ut verres omnium maximus „deligeretur ſaginandus & Friggæ pro felici rerum „ſucceſſu ut & uberiori annonæ proventu immolan„dus in principio menſis Februarii. Tum enim pro „proſpero rerum eventu ſacrificandum erat. Hunc „verrem Rex tam ſanctum eſſe dicebat, ut perpetra„to ejus ſacrificio de cauſis omnibus graviſſimis re„cte judicari poſſet. Veſpere autem Juliorum in „conſpectum Regis verres adductus fuit, ubi manus „ſuas ſetis ejus impoſuerunt, & vota conceperunt. Quis Solis & Freji ſacra non agnoſcit, Friggæ perperam adſcripta?

§. 12. De verre autem dubitatio ſuboriri poteſt, qui Soli ſacrum eſſe queat animal terreſtre tamque abjectum? Reſpondet pro nobis *Edda*; nempe, ut Solis currum equis trahi aliis gentibus perſuaſum erat, ita Septentrionales verrem currui ejus junxiſſe, nomine *Gullinbuſte*, hoc eſt, ſetarum aurearum, qui ex pelle ſuilla in fornace per pigmeum eſſet fabrefactus. Pergit *Edda*: *Freyo verrem donavit per aëra, & aquam noctéque dieque velocius*

locius longiusque equo curſurum, nec tantas unquam noctis tenebras, ut eo præſente non colluſtrentur circumjecta. Tantus ſetarum fulgor erat. Aliam rationem eadem Edda ſuppeditat, Othinum ſcilicet ſive Solem confecto annuo curſu in antro laſſum requieviſſe. Hunc verrem acceſſiſſe arreptoque Othino ac graviter ſauciato meliorem ſanguinis partem exſuxiſſe, reliquo ex cruore in terram deſtillante abietes primasque veris herbas enatas. conf. *Rudbeck. Atlant.* P. II. c. 5. Illa ratione in honorem Solis fuit mactatus, hac vero vulnerati Numinis juſtas pœnas perſolvit.

§. 13. Verrem hunc Frejo immolandum *Jolagalt* vocabant farciminaque inde confecta in ſummis deliciis habebant. Teſte *Rudbeck.* l. c. Suſpicatur autem *Verelius not. ad Hervar. Saga* p. 130. præter verum illum verrem, alium etiam fictum fuiſſe adhibitum. Ruſtici enim hodieque in Paraſcheve Jolia panem figura verris (*nomine Julagalt*) conficere, eumque per totum Juliorum tempus, quo menſas pane, perna aliisque ferculis inſtruunt, majorum more ominisque cauſa usque ad Canuti diem (13. Jan.) in menſa exponere ſolent. Sintne hæc moris antiqui an ſuperſtitionis reliquiæ non definimus. Neque enim ad omnes pertinet, quod *Verelius* l. c. ſubjungit: *Plures* verrem iſtum fictum“ ſiccant, & ad veris tempus cum ſemina ſulcis ſunt“ credenda, ſervant: tum partem ejus comminutam“ in vas vel corbem, ex quo ſemina ſunt diſpergenda,“ immittunt, hordeoque permixtam equis aratori-“ bus, alteram ſervis ſtivam tenentibus comedendam“

Gramm. p. 54. & *ipſe Stephan.* p. 92. cum Fro, Deorum Satrapam, quem furvis hoſtiis placabant eundem cum Frejo noſtro, aëris tempeſtatumque præſide, faciunt. In eo vero omnes fere, quotquot evolvi, hallucinantur, quod numina diverſiſſima Frejum, Frejam, & Friggam inter ſe commiſcent, & huic imprimis tribuunt, non niſi Frejo & Soli propria. Fidem faciat *Hervara Saga* cap. 14. p. m. 138. de Heidricho rege: Magnum obtulit ſacrificium Frig„gæ, eamque præ omnibus Diis ſuis maxime coluit. „Mos autem obtinuit, ut verres omnium maximus „deligeretur ſaginandus & Friggæ pro felici rerum „ſucceſſu ut & uberiori annonæ proventu immolan„dus in principio menſis Februarii. Tum enim pro „proſpero rerum eventu ſacrificandum erat. Hunc „verrem Rex tam ſanctum eſſe dicebat, ut perpetra„to ejus ſacrificio de cauſis omnibus graviſſimis re„cte judicari poſſet. Veſpere autem Juliorum in „conſpectum Regis verres adductus fuit, ubi manus „ſuas ſetis ejus impoſuerunt, & vota conceperunt. Quis Solis & Freji ſacra non agnoſcit, Friggæ perperam adſcripta?

§. 12. De verre autem dubitatio ſuboriri poteſt, qui Soli ſacrum eſſe queat animal terreſtre tamque abjectum? Reſpondet pro nobis *Edda*; nempe, ut Solis currum equis trahi aliis gentibus perſuaſum erat, ita Septentrionales verrem currui ejus junxiſſe, nomine *Gullinbuſte*, hoc eſt, ſetarum aurearum, qui ex pelle ſuilla in fornace per pigmeum eſſet fabrefactus. Pergit *Edda*: *Freyo verrem donavit per aëra, & aquam nocteque dieque velocius*

locius longiusque equo curſurum, nec tantas unquam noctis tenebras, ut eo præſente non colluſtrentur circumjecta. Tantus ſetarum fulgor erat. Aliam rationem eadem Edda ſuppeditat, Othinum ſcilicet ſive Solem confecto annuo curſu in antro laſſum requieviſſe. Hunc verrem acceſſiſſe arreptoque Othino ac graviter ſauciato meliorem ſanguinis partem exſuxiſſe, reliquo ex cruore in terram deſtillante abietes primasque veris herbas enatas. conf. *Rudbeck. Atlant.* P. II. c. 5. Illa ratione in honorem Solis fuit mactatus, hac vero vulnerati Numinis juſtas pœnas perſolvit.

§. 13. Verrem hunc Frejo immolandum *Jolagalt* vocabant farciminaque inde confecta in ſummis deliciis habebant. Teſte *Rudbeck.* l. c. Suſpicatur autem *Verelius not. ad Hervar. Saga* p. 130. præter verum illum verrem, alium etiam fictum fuiſſe adhibitum. Ruſtici enim hodieque in Paraſcheve Jolia panem figura verris (*nomine Julagalt*) conficere, eumque per totum Juliorum tempus, quo menſas pane, perna aliisque ferculis inſtruunt, majorum more ominisque cauſa usque ad Canuti diem (13. Jan.) in menſa exponere ſolent. Sintne hæc moris antiqui an ſuperſtitionis reliquiæ non definimus. Neque enim ad omnes pertinet, quod *Verelius* l. c. ſubjungit: *Plures* verrem iſtum fictum" ſiccant, & ad veris tempus cum ſemina ſulcis ſunt" credenda, ſervant: tum partem ejus comminutam" in vas vel corbem, ex quo ſemina ſunt diſpergenda," immittunt, hordeoque permixtam equis aratori-" bus, alteram ſervis ſtivam tenentibus comedendam"

„relinquunt: ſpe forte uberioris meſſis percipiendæ. „Conf. Rudbeck. l. c. Videor jam mihi intelligere, quam ſuperſtitionem prohibeat *indiculus ſuperſtitionum & paganiarum Synodo Liptinenſi* anno 743. *habitæ ſubjunctus*, §. 26. DE SIMVLACRO DE CONSPARSA FARINA ap. Baluz. T. I. Capit. p. 151. & quare Februarium menſem a placentis Solmonath dictum autumet venerabilis *Beda*. Simile quidpiam attingit Juvenalis; *Scilicet eſt tenui popano corruptus Oſyris.* Erat enim popanum lata placenta Diis offerri ſolita. vid. *Balthaſar Bonifacius Hiſt. Ludicræ* l. 9. c. 11. Obſervat etiam *Locçenius in Antiqq. Sueo-Goth.* agreſtium uxores in Suecia, ubi a puerperio templum ingrediuntur, placentas ex ſimilaginea farina, pro ſacerdotibus loco donorum aris imponere. Repetit hunc morem a priſco Cereris cultu, cui & ſacerdotibus ejus apud Romanos ejusmodi placentas oblatas legimus. Ego hujus rei originem potius crediderim ingenitam ſacrificulorum avaritiam, cui lucri bonus odor e quacunque re, quamque Chriſtianorum etiam nonnulli antiſtites fovere non obliviſcebantur, ut indicant *Caroli M. & Ludovici Pii Capitula ab Anſegiſo Abbate & Benedicto Levita ante 800. & quod excurrit annos collecta* lib. 6. cap. 194. offerunt: Ut ſacerdotes admoneant „viros & mulieres, ut ad Baſilicas luminaria & incen„ſum & buccellas & primitias offerant. ap. *Baluz.* T. I. p. 956. Cæterum notat *Hermannus Adolphus Meinders in notis ad hunc titulum Indiculi ſuperſtitionum* (*de Statu relig. & Reip. ſub Carolo M. & Lud. Pio* p. 209) Pontificiis etiamnum ſolenne eſſe,

ut

ut certis Divorum Divarumque feſtis, ſimulacra quædam ex farina & placentis ſanctis offerant, quibus ritu ſolenni *conſecratis*, divini quidpiam ſingularemque medendi vim ineſſe arbitrantur.

§. 14. Ad OTHINUM tandem deveniamus, quem Solem etiam dictum verba Hiſtoriæ Gothrici ſupra adducta indicarunt. Mirum ſane principem hunc Deorum Septentrionalium ne leviter quidem attigiſſe Eliam Schedium in ſuis de Diis Germanorum Syngrammatibus. Plures autem Othinos fuiſſe alibi explicabimus. De antiquiſſimo nunc nobis ſermo erit inſtituendus. Scribunt ejus nomen non uno eodemque modo Autores, apud quos legitur ODEN, ODHEN, OTHINVS, ODINVS, HODEN, WODEN, WODAN, VODEN, VODAN, GODAN, GHODAN, GVODAN, GVODEN, GVODE, GOTE: *In Codice Caniſiano Epitom. Fredegarii Scholaſtici* c. 65. p. 573. WISODANVS. In ſermone Anglice ſcripto de temporibus Antichriſti, quem Whelocus refert in Notis ad Bedæ Hiſt. Eccl. p. 495. & ex hoc Thomas Mareſcallus Obſervat. in verſionem Anglo-Saxonicam 4. Evangeliorum p. 514. allegat, EOWTHEN dicitur, verbis: *Thor eac and Eowthen the hathene men heriath ſwithe*, h. e. Thor quoque & Woden, quos pagani ſummis laudibus proſequuntur. *Oderico Vitali Uticenſi Monacho Eccleſiaſtica Hiſt. l.* 4. GVODEVEN *eſt: Guodeven & Thurum Freamque colebant*, ap. Andr. du Chesne Hiſt. Normannor. Script. Ant. p. 513. Scilicet pro dialectorum varietate facile permutantur literæ affines, adduntur

aliæ: Inde varie Autoribus ſcribitur *Wilhelmus, Guilielmus, Gilelmus; Gaſcones, Guaſcones, Vaſcones; Guerra, Werra, bellum* (unde *werrire, ſeditionem excitare, Capit. Caroli Calvi* Tit. 32. §. 8. ap. *Sirmond. Opp.* T. III. p. 190. it. Tit. 23. c. 13. & Tit. 43. c. 18.) *Galli, Walli; Uuido, Guido; Uuenilo, Guenilo, Archiepiſcopus* Senonenſis ap. *Baron. Annal. Eccleſ.* T. X. p. m. 24 ſeq. ad a. 845. *Uuenilo,* qui & *Gueniolo* Rothomagenſis Metropolitanus *apud eund.* ad a. 859. p. m. 169. ſeq. & ſæpius. *Gaſtus, Waſtus, ſapiens* der Waißeſte; *Walterus, Gualterus, Gethæ Vitæ* appellatæ Venerabili *Bedæ. Verſio Bibliorum Danica Pſal. 39. v. 2. Ieg vil vare mine veye,* hoc eſt inferiorum Saxonum dialecto: *ick ſchall bewaren myne wege.* ibid. v. 6. Dan. *at jeg kand vide, huat jeg haffuer at leffue* i. e. *dat ick kan weten, wat ick hebbe tho leven.* Islandi lupum dicunt *Olff,* Germani *Wolff,* Dani verbum *Ord,* Belgæ *Woord* Germani *Wort,* quemadmodum aſpiratione veteres rariſſime uſi etiam ante vocales. Inde eſt *Ohr,* auris, a voce *Horen, Uhr* pro *hora, Eul Ulula* a voce *Heulen, Ammon* pro *Hammone, Anno* pro *Hannone, Ulderieus* pro *Hulderico.* Gothan Odinus dicitur Paulo Diacono de geſt. Longob. l. 1. c. 20. & Gotfrid. Viterb. Chron. P. XVII. p. 44.

§. 15. GOTT vero, quod varie, ut diximus, ſcripſerunt, noſtra etiam lingua priſtinam ſignificationem ſervans, DEVS fuit Antiquiſſimis Celtis gentibusque Arctois. *Godar* inde dicti ſacerdotes ſive miniſtri Dei, quod prolixius libro III. exſequimur, & Principes in regno viri veteribus Suecis *Giödingar,* velut

velut Gothini aut Dii terræ. Pertinet huc quod de Rollone, Normannorum duce, habet *Chronicon a Pipino usque ad Ludov.* VII. (usque ad a. 1137) Hic Carolus (ſtultus) dedit Normanniam Rolloni cum filia ſua Gisla. Hic non eſt dignatus pedem" Caroli oſculari, niſi ad os ſuum levaret. Cumque" ſui comites illum admonerent, ut pedem regis in" acceptione tanti muneris oſcularetur, lingua An-" glica reſpondit: NE SE BIGOTH, quod inter-" pretabatur, NON PER DEVM. Rex vero & ſui" illum deridentes, & ſermonem ejus corrupte refe-" rentes, illum vocaverunt Bigoth. Unde Normanni" adhuc Bigothi dicuntur. Apud *Du Chesnicum Hiſt. Franc.* T. III. p. 359. ſeq. Nempe gentilis erat Rollo, anno demum 913. a Francone Archiepiſcopo ſacro lavacro initiatus ſecundum Chronica S. Stephani Cadomenſis ap. du Chesne Scriptorum Hiſtoriæ Normannorum p. 1016. aut anno 912. quod habet Baronius Ann. Eccl. ad h. a. T. X. p. m. 666. & *Gemmeticenſis monachus Hiſt. Normann.* l. 2. c. 18. qui l. c. cap. 17. p. 231. addit, Rollonem hunc Carolo honorem exhiberi juſſiſſe per militem quendam ſuorum. Equidem Carolus Rolloni filiam conceſſit & maritimam regionem ea conditione, ut Chriſtianus fieret, ordo tamen & ſeries narrationum, quibus geſta hujus principis ſcriptores complectuntur, ſatis declarant, non ante ſed poſtea demum eam conditionem fuiſſe adimpletam, qua de re legi poteſt *Wilh. Gemetic.* l. c. *Dudo de moribus & actis Normannor.* l. 2. p. 84. *a*)

Perſis,

a) Aliunde Gallorum *Bigot* derivat Stuckius de

Perſis, Scytharum progeniei, hodieque DEVS dicitur CODA, vel CHODA, *vid. Lipſ. Epiſt. ad Belg. Cent. III. Ep. 44. Opp. Veſaliæ edit.* T. II. p. 990. *& edit. Epiſt. Colon. Allobrogum* p. 789. quemadmodum apud Germanos veteres KOD pro *Deo* ac *Bono* ſæpius occurrit in vocabulario Allemannico *Goldaſti*. COTISON etiam vel GOTISON Getarum Rex apud *Suetonium in Auguſto* c. 62. bonum filium, Gothorum filium, aut Deorum, a quibus genus deducere perquam honorificum erat, ſobolem notat, Gothiam Codanoniam in ſinu Codano appellat *Mela lib. 3. c. 6.* Crediderim etiam ipſum Odini cognomen GAVTR *Gaute*, quod illi tribuit Edda & Snorro in ſua ad Skulerum Norvegiæ Ducem reſponſione non aliud eſſe, quam dialectorum diſcrepantia contortum GOTT unde non Othini ſolum, ſed omnium etiam idolorum & Deorum cognomen fuiſſe cenſendum eſt. Non opus igitur erit a voce Gothica gauta, gata, h. e. docta fabula vel ænigmate arceſſere, ac ænigmatum rerumque abſtruſarum aut futurarum interpretem explicare, aut Deum ipſum ideo Gaut & Gud appellatum putare, quod facit Rudbeck. T. I. c. 16. §. I. p. 497. An autem Dei adpellatio Gott a voce gut, quæ bonum notat, (quia ſolus Deus eſt bonus Matth. 19. v. 17.) deſcendat, an hæc ab illa, non ſatis liquido adparet. Gods, Goda, enim bonus eſt veteri Germanorum lingua. Docet hoc, ut alios mittamus, *Autor*

crificiisque gentilium fol. 7. quod ſuperſtitioſi homines ſimulant, ſe Deo eſſe propinquos, Germ. bey Gott.

ctor MS. de bello Caroli M. Hiſpanico apud Jo. Schilterum not. ad Konigshofii Chron. Alſat. p. 525:

Sie zeslugen ros unde man
Mit ire ſcarfen ſpiezen
Thie Gote a) moſen an theme plöte binnen vliezen
Ther ſite was under goten Kneghten b)
Sie kunden wole uechten.

h. e.

a) Loquitur hic de idolis hoſtium ad Chriſtiana ſacra nondum perductorum, atque innuit, ni fallor, morem ſimulacra ſanguine occiſorum & immolatorum, conſpergendi, de quo Lib. III.

b) *Gote Kneghte* erunt optimi milites ſive nobiles, quemadmodum Saxonibus etiam eques ſive nobilis *Gudemann* dicebatur, vid. *Meibom. ad Nordhof. Orig. Marchan.* p. 419. Erudita autem eſt *Morhofii de lingua Germ.* P. I. c. 6. p. 105. conjectura. neſcio an vera, qua vocem Germanicam gut, ex Græco ἀγαθὸς per Aphæreſin & Apocopen deſumtam putat. Græcam & Germanicam linguam pluribus inter ſeſe convenire, mirum non eſt, cum communem utræque agnoſcant matrem Scythicam. GOTHORVM etiam nomen nonnulli a voce *Gothe*, *VVodenus*, aut *Gaute* derivant, ut *Snorro in Skalldskaparmalum*, *ap. Verel. not. ad Hervar. Saga* p. 116. Widekindus lib. I. rer. Sax. p. 8 ap. Meibom. Rudbeck. Atlant. T. I c. 7. §. 5. n. 58. p. 226. & c. 16. §. 1. p. 497. Alii Gothos velut bonos & hoſpitales dictos malunt, die guten, quos inter agmen ducit Magnus ille *Grotius Prolegom. ad Hiſtoriam Gothorum, Vandalorum, Longobardorum* p. 14. qui velut inhumanas gentes dictas autumat *Quados, VViltos, Thaifalos.* Verum cum de univerſis Germanis illam hoſpitalitatis laudem prædicent ſcriptores, quare unicæ genti nec adeo magnæ nomen inde adhæſiſſe,

h. e.

Occiderunt equos & viros
Acutis ſuis haſtis
Deos (*idola*) *oportuit ſanguine fluere* (*occiſorum*)
Hic mos erat inter nobiles milites
Poterant optime pugnare.

§. 16. Ad Odinum redeundum. Hunc ſolem fuiſſe ſupra audivimus & multis colligit *Rudbeck. Atlant.* P. II. c. 5. Tredecim enim Eddæ fabulæ, quas eo loco nimia ſane diligentia ingenioque explicat, Odinum maxime reſpiciunt, antiquiſſimum ſcilicet & Solem adumbrantem. Probant hoc præter alia clavis computi Runici verba apud *Verel. not. ad Göthreks Saga* p. 42. *Odin beter heſta ſina i* (Φ) *belg.*

fiſſe, credendum ſit, nondum capio. Ut taceam a peregrinis nomen genti non fuiſſe impoſitum, ſed ipſos Gothos hac adpellatione ab aliis ſeſe diſtinxiſſe. Alii a *Gothlandia*, i. e. pingui & fertili terra, quam nos diceremus gut Land, incolas nomen ſortitos arbitrantur, vid. *Snorro Sturlæſon Hiſt. Regum & Regnor. Septentrionalium.* Noſtro judicio Gothorum Getarumque eadem gens, in qua ſententia etiam *Loccenius eſt Antiqq. Sueo-Goth.* l. 1. c. 1. p. ſeq. *Boxhorn. Hiſt. Univerſ. ad* a. 201. An autem a nomine *Othini* ſive Dei, tanquam Dei proles, dicti; an a *Gete, Gote, Gut*, quod puerum, juvenem, militem ſignificat teſte Stiernhielmio *ap. Verel. Hervar. Saga* p. 118. *an* a magnitudine corporis (*jet* enim & *Geat* gigantem notaſſe contendit Arngrimus) definire non audemus. A Geta Rege inter divos relato nuncupatos, negare non veremur, hunc enim inter fictitia numina referendum neque unquam extitiſſe, infra planum faciemus.

belgbunden. Quorum verborum hic fere ſenſus: Sol abſoluto curſu novemdecim annorum, equos ſuos pabulo reficit: novum ſcilicet curſum iterum curſurus. Quibus verbis lucem quandam affundere videtur *Diodorus Siculus* l. 2. p. m. 130. Inter Antiquitatum Scriptores Hecatæus & nonnulli alii," tradunt contra Galliam in Oceano inſulam eſſe non" minorem Sicilia, Arctis ſubjectam, quam Hyper-" borei incolant, ſic vocitati, quod Borea vento ſint" remotiores &c. Bis in anno meſſem fieri. Latonam" hic natam fabulantur, ideoque Apollini præ Diis" aliis cultum deferri; & quia Deum hunc quotidie" perpetua laudum decantatione celebrent, & ſum-" mis proſequantur honoribus, homines illos velut" ſacerdotes Apollinis eſſe perhibent. Cujus lucus" ibi magnificus; & templum inſigne rotunda for-" ma donariisque multis exornatum; urbs quoque" Deo huic ſacra: civium plerique cithariſtæ, qui ci-" tharas in fano pulſantes, ſacres Deo hymnos ca-" nant, quibus geſta ejus honorifice prædicentur." Lingua Hyperboreis propria. Et ſingulari Græ-" cis benevolentia ex antiquis inde temporibus con-" firmata, addicti ſunt &c. Hoc inſuper memorant," Lunam ex hac inſula ita conſpici, ut parum a terra" diſtet, & terreſtres quosdam tumulos in facie re-" præſentet. Deumque Apollinem undevigenis an-" nis ſemel inſulam adire, quo ſpatio aſtrorum in pri-" ſtina loca revolutiones perficiantur; ideoque XIX." annorum circuitum magnum a Græcis annum" vocari. In hac Deum apparitione cithara pſallere" noctu, & choreas agitare continue ab æquinoctio"

„verno ad pleiadum usque exortum, ſuorum ſe lau-
„dibus ſucceſſuum oblectantem. Omnes fere nervos intendit *Rudbeck* P. I. c. 9. §. 2. p. 419. ſeq. ut Sueciam faciat hanc Hyperboreorum inſulam, quare nec citharæ (*Sotebarpan, Långbarpan & Nyckelgigan*) notitiam Suecorum ſuorum reticet, hosque multis tripudiis, cantu ac ſaltationibus vigilias S. Johannis Bapt. celebrare. Quæ vel ſola *Jo. Molleri judicium comprobant, Cherſoneſi Cimbr. Iſag.* P. I. c. 5. 46. 47. Cum id unum agat, ut quidquid de aliis Gentibus, Europæis imprimis, ap. Scriptores veteres honorificum occurrit ac plauſibile, iis ereptum Catholici cujusd. prædonis inſtar, Suecis ſuis vindicet, argumentis uti nonnunquam ſatis ſpecioſis, ita ſæpius abſonis atque ridiculis &c. De Hibernia *Diodorus* loqui videtur, cujus incolæ hodieque genio ad Muſicas artes valde propenſo citharam (& chelidonem maxime exercent. Reliqua Græcorum figmentis annumeranda, ſua peregrinis miſcentes, aliena addentes. Quid enim Apollo ad Celtas, qui hiſtorice vel ſecundum fabulas ſumtus a Sole quoque plane diverſus eſt. Ille enim animalis Deus, hic naturalis, idem tantum Græcis ac Romanis creditus eum phyſiologice numina conſiderabant. Hinc eſt, quod multæ etiam lapidum inſcriptiones Solem ab Apolline diſtinguunt, vid. *Phil. a Turre Diſſ. de Beleno, in Monumentis veteris Antii Romæ 1700. editis* p. 280. Othinum primum Solem fuiſſe ex iis porro liquet, quæ de Othino ſecundo fabulatur Eddæ autor, deque illuſione, qua Gylvoni Sueoniæ Regi perſuaſerit, ſe unicum mortalibus numen adorandum,

dum, nomine & perſonis trinum. In ſublimi namque palatio ſpecie trium regum, ſubordinatis ad invicem ſellis inſidentium Regi huic conſpiciebatur, triplicique nomine majeſtatem ſuam oſtentabat. Dictus enim fuit HARh.e. excelſus, & JAFNHAR, h.e. æque excelſus, & PRIDI, h. e. Tertius. Schema Eddicum exhibet *Verelius not. ad Gothr. Sag.* p. 43. *& Reenhielm not. ad Olof. Tryggwæſon* Saga p. 76. Quæ de præſtigiis Odini hic memorantur, nugæ ſunt fabuloſæ antiquitati a teneris creditæ: Quæ de Trinitate Odini non niſi hoc loco leguntur, autorem agnoſcant Snorronem Sturlæ, aut quemcunque Islandicæ hujus Eddæ autorem. Mihi non alii videntur Dii hoc ſchemate expreſſi, quam qui in templo Upſalenſi primarii colebantur, Thor, Odinus & Frigga; & hæc quidem vultu ac ornatu fœminino ſemetipſam prodit. Illud modo notamus, ad tergum Othini in hac figura Solis imaginem coronatam conſpici adpictam, ſimulacrum dubio procul prioris Odini, quo ſecundus ad flectendos ſimplicium animos abutebatur. Equos immolabant Othino veteres (quod Soli etiam factum diximus) eorumque imprimis carnibus tempore Othino ſacro veſcebantur. Solis velocitatem notare poteſt Odini equus *Sleipner*, quem decem fuiſſe pedibus Eddica fabula narrat. Itinerum Dux merito etiam Sol habetur, quem Mercurium interpretatur Cæſar de Bello Gall. l. 6. c. 17. Gallis cultum. Odinus hic eſt, tempeſtatum potens, cui adverſis ventis Rex immolatur in *Gautrek Saga* c. 7. Hic porro Scall-

dorũ ſive Boëtarũ præſes, qui (quod de Apolline Græci ac Romani credebant) ingenia ſuſcitat, acuit, fovet, unde Poëſis *Odini mulſum* & *mare* appellatur in Epinicio Egilli Scalagrimi Islandi, in laudem Regis Erici Blodoxe decantato Claſſis II. Stropha 1. & 2. ap. *Ol. Worm. Liter. Run.* p. 228. Inde eſt, quod Othinus Starcatherum inuſitata prius granditate conſpicuum, non ſolum animi fortitudine, ſed etiam condendorum carminum peritia illuſtraſſe dicitur ap. Saxon. Gramm. l. 6. p. 103. cujus *Commentator Stephanius ad* lib. 5. p. 90. ſequentibus ſimilia refert: *Tradunt inſuper monumenta Islandica, evocatum aliquando fuiſſe ab Heidrico Geſtiblindum* (qui ambo Sueciæ reguli erant) *ut logogriphis & ænigmatibus ſecum contenderet. Cum vero huic ſe certamini longe imparem agnoſceret Geſtiblindus, Odino ſacrificat, ipſumque in ſubſidium advocat. a)* Inde etiam Othi-

a) Extant ejusmodi ænigmata in Hervara Saga cap. 15. p. 143. non multo ſale conſperſa, quod vel unicum illud edocet, *qua ratione decem pedes habeat Odinus, tres oculos & unam caudam.* Solutionem ænigmatis habes, ſi cogitas unoculum Odinum equo inſidentem, cui 8. vel 10. pedes tribuebant. Produnt hæc ſatis ignorantiam & barbariem illorum ſeculorum, ut pauciora de ruſticis moribus addam, quos Saxo Gramm. de Septentrionalibus ſuis paſſim memorat. Frequenter enim ac nullo fere negotio concubitus reginarum auro parario conciliatur, Heroës principibus virginibus vi ſtuprum inferunt, hæ vagabundæ Veneri indulgent. Starcatherus, belli facinoribus nobiliſſimus, in campo athle

Othino ipſi literarum inventionem tribuebant, quod inter recentiores Verelius de Odino poſteriore affirmare non dubitat in Runographia c. 4.

Othinus porro dictus *Alfadir*, h. e. Pater omnium. *Edda Islander. Mytholog. 18. Odium heiter all Fader thui hanner fader allra guda*, i. e. Odinus Allfædur, Pantopater, vocatur, quia pater eſt omnium Deorum. Convenit hic titulus nulli magis quam Soli, antiquiſſimo Deorum, quique velut pater communis calore ac lumine omnia ſuſtentat. Eodem recidit ATTINI nomen (niſi idem eſt quod Ottini) quod tribuunt Othino. Notat enim Patrem. *Ulphil. Luc.* c. 1. v. 59. *Jah haihaitun ina afar namin attins is Zakariar*, & vocabant eum nomine patris ſui Zachariam *Matth.* 6. v. 9. *Atta unſar* Pater noſter. *Aithei* Mater, Math. 10. v. 35. 37. c. 27. v. 56. Marc. 6. v. 24. Finnorum lingua *aeit*, Lapponice *aitea*. Inde aettin, genus, familia, & aettlegger, conſanguinei ap. Joh. Loccen. Lexic. Juris Sueo-Gothic. Romanorum etiam *Tata*, Pater,

Ddd 2 mar-

athlethas provocatos expectans, demendis pulicibus operam dat. vid. *Saxo* Gr. l. 6. p. 111. Ingellum Regem clamant cum conjuge Teutoniæ mores inauditos, luxumque civibus intolerandum aſciviſſe, adeo. *ut excoctas aquis epulas delicioſa ſatietatis ſtudio, rurſum igni torrendas praberet, ap. eundem* l. 6. p. 114. 115. 117. Gotvara regis filia in altercandi & æninmatum certamine Ericum alloquitur, iis verbis, quæ in medium adducere pudet. vide Saxonem. l. 5.

marmoribus perquam familiare, ex eodem fonte derivandum.

Maxime huc traho, quod unoculum faciunt Othinum, quo veterem ſive Solem ſine dubio indigitant fabulæ. Biarco apud *Saxonem Gramm.* l. 2. p. 37. opem implorans regi ferendam, ita fatur:

Et nunc ille ubi ſit, qui vulgo dicitur Othin
Armipotens uno contentus ſemper ocello?

Dicitur etiam utplurimũ hac forma apparuiſſe l. 7. p. 138. *Oloff Tryggwazon Saga* c. 39. p. 142. ſq. De „unico hoc Odini oculo ſic *Edda*: Mimis fons ubi ſa„pientia & prudentia cuſtoditæ ſunt. Mimer enim „dicitur qui fontem poſſidet, is prudentiam habet: „bibit quia quolibet die de fonte ex cornu Giallar di„cto: Tunc etiam venit Omnipater (Alfadur) unum „hauſtum de fonte expetens, pro quo oculum ſuum „oppignoravit, ut dicitur in vaticinio Volæ.

Omnino novi Odine

Ubi oculum amiſiſti,

In magno illo Mimeri fonte

Potas mulſum Mimeri

Mane quolibet.

Recondita fabulæ, ſi vel maxime fuerint, non diſquiram anxie. A Scytharum peritia ſagittandi unoculum hoc numen deducit *Rudbeck.* T. I. c. 9. §. 2. p. 407.

407. quia uſu receptum ac prope neceſſarium eſt altero oculo clauſo ad ſcopum arcum collineare. Noſtram de Sole conjecturam illuſtrat ſchema, quod Vincentius Cartari opere de Diis Antiquorum Italice ſcripto exhibet. Apollo viſitur quadrimanus cum cithara & capite radiis cincto, clauſo uno oculo, cui ad ſiniſtrum latus alter oculus in ſceptro regali ſuper aram collocato. Atque hæc de Othino primo hoc loco fuere diſquirenda, cujus cultus una cum omni fere priſca ſeptentrionalium Theologia poſterioris Odini Aſiatici adventu in hæc borealia, non obſcuratus tantum & proprio cultui immiſtus, ſed in totum pene extinctus fuit.

INDEX RERVM MAXIME MEMORABILIVM.

A.

ABel, luctus 258
Abraham Tharam patrem ab Idolorum cultu dehortatur 73 in qua gente natus ibid.
Abraxas Deus 143. 144 nominis Etymon examinatur. 145 Sol eſt 146 numerum dierum communis anni continet ibid.
Abul-Pharaius (Gregor.) notatur 27
Abydenus Noam Syſithrim vocat 277
Academiæ & Gymnaſia in Germania 49
De Achad idolo 142
Achor Deus, Jupiter Ἀπόμυιος 582 θεὸς μυίων ibid.
Acinaces ſuſpenſus in luco 511 ratio ibid.
Acitani Hiſpana gens ſimulacrum Martis radiis ornatum colunt 168
Adad nomen familiæ regiæ apud Syros 143
Adam ſciebat myſterium S. S. Triados 274 Chriſtianiſmi characterem exhibuit ibid.
Adam Syris terra rubra 257
Adonis Dominus 105 Κύρις. ibid.
Adonis quis? 107 quibusdam frumentum ſatum ibid. Rectius Sol 108 qui & Atys. 109
Adramelech & Anamelech, iidem cum Molocho 597
Ἀδωνιασμός feſtum. 106

Aegy-

Aegyptii duodecim ſigna cœleſtia obſervarunt. 75
Aegyptus Regio Aeria 134 Nili nomen ibid.
Aëris pulſu Lunam adjuvari priſcis opinio erat 249 ejus uſus creber admodum in rebus divinis 250
Aeſar 157
De Æſculapii cultu apud Pergamenos &c. 79
Agathyrſus & Gelonus Herculis ex Hylea filii 5
Agrorum luſtratio 498
Albus color maxime ſimplex 407 primus ex primis coloribus ſecundum Phyſicos ibid.
Alemannia. 29
Alironiæ 645. 730
Altaria primus Noë fecit. 524 memoriæ cauſa extructa 525 vetuſtima cornibus inſtructa ibid.
אלון Ebræis quid 500 idem quod האשרין 501 quod & ſtatuam notat. ibid.
Amazones 649 ſecundum Strabonem nunquam extiterunt. 8
Amazones Germanæ decem ab Aureliano captæ & triumphatæ 8
Amazonum origo unde 77 earum fortia geſta recentior ætas pro meris fabulis accipit 8
Ambitio lethifera eſt 67
Ἀναγόγια Veneris 205
Anaitis Perſarum Dea, quæ 239
Anaſtaſis Deus & Dea 343
Angeli ſeductores. 275 ex his gigantes geniti ibid.
Angelus Domini in convivio Belſazeris qua ſcriptura uſus 267
Anima ſi integra apud Deum manſiſſet, peccato obnoxii facti non eſſemus. 68 quam diu integra maneat. ibid. ineptiæ amatoriæ de anima 319. 320
Animæ immortales. 671 ideo ad ſepulchra conveniebant. ibid.
Animæ immortalitatem ſaniores gentiles credebant. 448. ſeqq.
An in oculis 394

Annulorum aureorum jus qvid? 403
Annulorum uſus Iliacis temporibus nullus 400 ſed ex ſacris literis refellitur. ib. Romanis diu incognitus ibid. non ornatus cauſa adhibitus 401
Annu us aureus ingenuorum hominum erat. 401 ſignatorius 402
Annulus in minimo digito 399
Ἀνθρωποθυσία apud Celtas in uſu 593
Anthyrius Alex. Magni Dux bellicus, 729 ab hoc principes Vandaliæ ibid.
Antoninus Caracalla cum Iulia noverca nuptias inceſtas celebravit. 416 quæ cauſa ibid.
Anubis 197
Apis taurus 138
Apollinis Iſmenii divinatio 626
Apollo fabuloſe ſumptus alius a Sole. 94 Phyſiologice idem ac Sol ibid.
Apollo Pythius Trinitatem docuit 328
Apollo unde dictus. 95 Delius quare. 96 ἀγυιεύς 504
Apollonius Thyaneus avium omnium voces intellexit. 626. de eo mirabile quid ibid.
Apotheoſis 707
Apparitores qui? 661
Aquæ aſperſio veteribus tollere inceſtum credebatur. 536 cædem ibid.
Ara a Druydis Virgini parituræ erecta 346
Ara Athenis ignoto Deo erecta 318, 319
Ara ſublimis Argonautarum Apollini dicata 503
Aræ veterum Germanorum. 526 Gentilium 528
Aram Mercurio Cæſar in Galliis erexit 158
Archigallus ſe ipſum in ſacrificiis incidit 586
Aræ Beleno dicatæ inſcriptiones 165
Aræ ex ceſpitibus conſtabant. 528 unde is mos ibid.
Aræ unde dictæ. 525 in lucis. 526 ſub quercu. ibid. triangulares ibid.
Arati locus a D. Paulo citatus 338

Ἄρμο Iupiter. 168 Baalſamen Phœnicum. 169 Bel. 170. idem qui Sol ibid.
Arioviſtus in Galliam non ſua ſponte tranſiit 22
Armillæ aureæ pedibus adhibitæ 413
Armillarum & monilium uti & annulorum vetuſtiſſimus uſus 397, 398
Aſa Rex Maacham matrem ex auguſto imperio depoſuit. 120 quare ibid.
Aſcenaz in ſacris Tuyſcon 281
Aſima, quid 266
De Aſini cultu per calumniam impacto Judæis & Chriſtianis 153
Aſpendii Citharistæ inſtrumenta 629
Aſtaroth unde. 224 eadem cum Oſtera Saxonum idolo ibid.
Aſtarte Venus. 182. 225 Afrorum Vrania. ib. Io. 225
Aſtra antiquis DI. 96
Aſtroarche Luna 238
Ater color lugentium 664
Atergatis Deæ nomen unde? 230
Athenienſes cicadas in crinibus gerebant 387. 388
Athenienſium quidam cicuta potiebantur, ut genitalia debilitarentur 531
Augurum mos. 551 ad orientem converſi. ibid. Iudæorum mos contrarius 554
Auguſtæ Vindelicorum inſignia 227

B.

B. ſæpiſſime tranſit in V. 179
Baalitarum invocatio. 89
Babia Syrorum numen. 210 cur ſic dicta ibid.
Babylonica texta 409
Babylonicæ mulieres. 116 ſuperbiores 498
Bacchi ſacra apud Romanos 126
Bal Punicum 167
Bætylia, quae 595
Βαίτυλος Lapis 594
Balis Lybiæ civitas. 168 Punica ab hac vocabula ibid.

Banniti non ſunt membra Imperii. 431 amittunt privilegia ibid.
Bannum. 430 ejus vis ibid.
Barbæ primitiæ DIs oblatæ 694
Barbari dicti omnes qui non Græci. 36 Latini. ib. Judæi. ib. Chriſtiani. ib. Autores, qui de hac voce commentati ſunt ibid.
der Bardencreich 633
Bardi ſacerdotes. 628 Inſtrumenta eorum. 429 animant pugnantes carminibus ſuis 633
De Barritu Germanorum 632, 633
Baruchi locus explicatus 117
Baſantwoto, vulgo Baſanus 727 Francorum Rex. ib. Deitatis cupidus. ib. concilio Procerum ſe eripuit. 728 pro Deo cultus a ſuis. ibid.
Batavi. 20 Chattorum quondam populus. ib. Fratres & amici Romani Imperii 21
Baubo Cererem hoſpitio accipit. 124, 125 potum porrigit. ib. Deæ pudenda ſua oſtendit ibid.
Beatitudo, vera ratio perveniendi ad eam 57, 58
Beelzebub unde? 582, 583
Bel Aſſyriorum 167
Belatucadrus Deus Britannorum. 166 nullus niſi Belenus ib. aræ ipſi dicatæ ibid.
Belenus. 163 idem qui Apollo. 164 Noricorum & Gallorum Deus. ibid.
Belgæ orti a Germanis. 19 Gallos expulerunt ibid.
Bellovaci ibid.
Benjamini Tudelenſis error exploſus de Samaritanis. 265
Βελινούντια herba 166
Βῆλος Venus 179
Bodinus rejectus 17
Boëmæ Amazones nobiles adoleſcentes amoris ſpecie circumventos trucidant 8
Boji incolæ Hercyniæ Sylvæ 11
Bonum hominis ſummum. 51 deſcriptio ib. non in voluptate ib. non in honore. 52 non in divitiis. 54 nec in virtute. 56 ſed in ſolo Deo ibid.

Be-

Boryſtheni equo ab Adriano Cæſare ſepulcrum, columnaque cum Epigrammate erecta 678
Boſporus Cimbricus unde dictus 15
Boves fœminæ cur in ſacris Opis adhibitæ? 222
Boves operatores non ſacrificabantur. 223
Bractam, lapis qui Meccæ eſt, quem oſculari ſolent Mahommedani, num in eo Venerem adorent 505
Brenni quatuor in Hiſtoriis memorantur 753
Brennus, Gallorum Regulus, Gallus non fuit. 13 quibuſdam Pranſus dictus ibid.
Britannia a Germanis habitata 24
Britanni non polluerunt mari 16
Britannis ſui Druydæ fuere 374

C.

Cabala quid 375
Cabar Veneris cognomen 203
Cabiri Dii Samothracici 203, 204
Cadmus Græcarum literarum author 446
Caduceus Mercurii 622
C. Cæſar inani gloriatus eſt titulo. 40. correctus. 13, 14. Cauſa, 14 corrigendus, 371 nihil trans Rhenum inſigne momoratu egit 34
Cæſari electo vi ſolius electionis competit juriſdictio 46
Cain, poſſeſſio 257
Calcei Græcarum mulierum 413
Canis cultus ab Ægyptiis 82
Canum inſcriptiones in Italia paſſim videntur 678
Capillos nemini licebat abradere in navi, niſi cum ventus mari iraſceretur 694 unde origo hæc. 695
Caput opertum in luctu 664
Caracalla vindicatus a Germanis. 29
Cardani hiſtoria mirabilis de capite Diabolico 572. 573
Carmina Barditus 632, 633
Carminibus magicis cœlo Luna detrahi credita 248
Caſtor a Lynceo interfectus 746
Caſtor & Pollux apud Naharvalos culti 746 e Leda, a Jove, in cygnum verſo, compreſſa, geniti ibid. in Deorum

rum

rum numerum relati 747 Navigantium DI ibid.
imagines eorum in proris 748
Catilina ſanguine fœdus iniit 606
Celtæ Græcis literis uſi 444 ornatui maxime ſtudebant. 397 quotuplices 10 ſolem colebant 763
Celtarum nomen unde? 9
Ceraſtia Cyprus dicta 231
Ceres facibus geminis filiam quærit 124 viridis dicta 230 terra hæc ibid. uti & Iſis ibid.
Chaldæorum Deus vetuſtiſſimus Ignis. 542
Chaldæorum & Hebræorum characteres diverſi 264. 265
Chauci Germaniæ Populi 386
Chinenſium idolum 346
Chriſtianorum templa ad Orientem 554
de Chriſto naſcituro, morituro, & reſurrecturo Sibyllæ & aliorum Ethnicorum teſtimonia 358. ſeqq.
Cimbri Gallo-Græci appellati 15 Germani. 12
Cimbricarum fœminarum caſtitas 416
Civitates in Germ. liberæ quot? 49
Claudii funus 681
Claudius Germaniam nunquam vidit 40
de clavibus veterum cum annulis. 402
Cluere antiquis pugnare 194
Cnei Pompeii humilitas. 638
Cœlicolæ in Codice 152. 153
Cœlum pro Deo 152
Collis Iſidis 227
Color ater lugentium 664
Columbæ Veneri dicatæ 205 currum trahunt ibid.
Columbi ſtratagema 247. 248
Columnæ, ſtatuæ, cippi ſepulchrales, velut numina culti. 702
Columnæ Punicæ Phœnicum Joſuam fugientium 260
de Comæ vario ornatu 378
Commeſſationes ſacræ 592
Commodus pacem auro a Germanis emit, 45 nihil petentibus denegavit 46

Conchæ Cytheriacæ unde dictæ? 186
Converſio in ſacris 551 in lævum Celtæ. ibid.
Coria humana domibus affixa 586 idem mos apud Orientales 569
Corona turrita in nummis urbium illuſtrium inſigne 220 221
Coronæ quernæ in Cerealibus 546 Laureæ in Apollinis Sacris 547 Populeæ in Herculis ibid. Myrteæ in Dionyſiacis ibid.
Coronandi ordo in ſacris fuit triplex 548
Corymbion flavum fœminæ adhibebant, quo nigram comam abſconderent 381
Covum veteribus cœlum 238
Creſtone Thraciæ civitas 91
Crinis in luctu poſitus. 691 interdum in rogum projectus una cremabatur 692 mos apud Judæos ibid. radi in agone mortis a Proſerpina credebatur ibid. DIs in juventute ſacer. 693 fluminibus etiam 694
Crinium ſectione inferias faciebant 692
Crodo 737 Saturnus creditus ibid. forma idoli. ibid. locus. ibid. nominis ἔτυμον 738 a Carolo Magno everſum idolum ibid. execrationis vocabulum apud Saxones hodiernos ibid.
Cruor effuſus a Druydis excipiebatur 501 eo adolebant aras ibid. ſacrificium hoc DIs gratum putabant. ibid.
Culina epularum funebrium locus. 678
Cunobelinus Rex Britannorum 166 numerum anni continet ibid.
Cupido ex chao proſiliit 198 ovo genitus 209
Cybele Leone vecta 214
- - Turrita 220
Cymbalorum uſus 213. 214
Cytheriacæ conchæ unde dictæ? 186

D.

Dæmon, qui terras devaſtavit, ſerpentis habitum induit 66

Δαί-

Δαίμονες & δαιμόνια, Dii Gentilium 243
Dæmones Hircorum nomine vocati 733 a Romanis culti ibid. in eorum honorem ſeptem urbes a Cæſare in Germania extructæ ibid. Nugæ ibid.
Dæmoniorum luſus 703
Dæmonum, quos Germania coluit, nomina 736
Dagon Syrorum veſtitus pelle cetacea 589 forma ejus. ibid.
Dai-uſar Arabibus Sol 157
Daniel literis & lingua Chaldæorum inſtruitur 266
Danis & Normannis homines in victimis fuere 559
Danorum fœderis ſanciendi ritus 605
Davidis anima transmigravit in Mesſiam 467
Dearum omnium numina ad unam referuntur Lunam, ut Deorum ad Solem 252.253
Debitor, qui ſolvendo non erat, vivus a creditoribus dividebatur, juxta legem XII. tab. 565
Dei nomina, mutata lingua, propria manſerunt 280 ex efficientia 285.286
Δελφάν Veneris cognomen 186
Delubra 123
Deorum variæ formæ 342
in Deorum nominibus indagandis interdum non accurate ſervatæ analogiæ 272
in Deos quænam res relatæ 81.83.84
Deum unum ſaniores gentium Theologi, poëtæ & philoſophi unum Deum myſtice denotarunt omnium rerum moderatorem 253.291-317
Deus T. O. M. Judæis Baal 167 unus 61 non author peccati 63 in quem finem hominem condiderit 64 priſcis Celtis Thau dictus 291 unde Thauta, Thautes, & Theutates 291 ignis comburens 540
Diabolus Angelus per ſuperbiam ſeparatus a Deo 65
Diale fulmen quid 431
Diana Taurica placabatur cæſo hoſpite 563
Diana primis Romanis Jana 236 apud Græcos λυσίζωνος dicta 118 quare ibid. Templum Epheſinum. ibid.

Anaitis 239 Sylvarum cuſtos. ibid. parturientium Dea ibid. Lucina 241. Etymon ibid. εἰλείθυια ibid. parientibus adverſum numen ibid. Etymon huius nominis 242 Arabum Halilath ibid. Noctiluca ibid. Lilith Judæorum ibid.
Dies Mercurii, Wodentag 160
Dii gentilium utriusque erant naturæ 195
Dii ipſi homicidæ 565
Dii plures unde nati 86. 87 Sententia de iis 317 tot Romanis, quot cives; in urbe 83
Diluvium 276. 277
Diodorus Siculus contradicit Cæſari 24
Dionyſus χοιροψάλης 125 ad inferos ire cupit, ſed viam ignorat 130 cum Bacchis ſuis devicit hoſtes 469
Divinationes quæ relinquendæ 628
Divitiacus Galliæ Rex potentisſimus 22
Domitianus equo ſuo coloſſum erexiti 678 falſum ex Germania triumphum duxit 41
Domus æternæ vocabantur ſepulcra 668. 669
Druſus a Germanis in fugam conjectus, dum præceleri equo aufertur, corruit, & crure fracto prope Bingium hoſtilem animam efflavit 735
Druydæ apud Celtas in ſummo honore 369 Officium 371 oratoriæ ſtudioſi 374 Durcerglii aliis, Hiſpanis Turduli ibid. quidam a Rege Druyde ibid. verior ſententia ibid. juſtiſſimi 425 religione diverſi a Romanis 426 de controverſiis publicis ſtatuunt. 427 concilium eorum in finibus Carnutum ibid. vincula injiciunt & animadvertunt ibid. ſilentium per eos in concilio imperatur ibid. cauſa reverentiæ 428 Pœnarum genera 428. 429 amiciebantur veſtibus candidis 407 ſacris interdicebant 429 apud Græcos idem mos 430 bella inhibent 433 non maturabant diſcipulos ſuos 442 Cauſa ibid. in temporis obſervatione a Romanis diverſi 490 erant etiam Phyſici 471 conditum mundum ſtatuerunt 472. 473 noctes numerant ibid. ſacrificia curabant 493 divinæ naturæ

con-

conſcii ibid. in lucis victimas ſuas mactabant 495 ſine imagine ſculptili Deorum ibid. non in quovis luco, ſed querceo 509 nihil ſacratius robore habebant 510
Druydis ſingularis forma calceorum 411
de Druydarum origine variant authores 373 Analogia varia 376. 377 authoritas 423 a tributis & militia liberi ibid. hinc multi eorum doctrinam ſectantur 424 diſcipuli 435 ab his juramentum exigi ſolitum ibid. non aderant parentibus 436 verſus ediſcebant 441 doctrina in verſibus conſtabat 448 Animas immortales ſtatuebant ibid.
Dryades 514 unde dictæ 516
Ducatus titulo quæ regiones gaudeant 48
Duelli uſus 658 apud Longobardos 659
Duellum Impp. 661

E.

Eccleſiaſtica bona non poteſt princeps ſecularis abalienare 425 nec permittitur in iis ſucceſſio ibid.
Ἐγγαστρίμυθοι quinam 674
Eiſenkraut, unde hujus herbæ nomen 228
Electores ſeptem, Archiepiſcopi tres, Principes quatuor, Regna IV. in Imperio 48
Elephanto vehi, apud Indos regium 191
Elxai ob quam cauſam hæreticus 556
Enos quid ſignificet 70
Ἐξω γλαῦκε 242
Ἐπάκριος Ζεύς 503 unde ſic dictus ibid.
Equina caro olim in deliciis 567
Equorum præſagia 657 Ritus 657. 658
Equorum uſus in auſpiciis, ſacrificiis aliisque ſuperſtitionibus 601
Equus albus apud Rugianos 657
Ἑστία Veſta unde Dea 539
Eumolpidæ apud Athenienſes Cereris ſacris ſoli præerant 493 quare ibid.
Evocatio Deorum quid? & quomodo facta? 574

Ex-

Excommunicati non ſunt membra Eccleſiæ 430
Ezechielis locus explicatur 111. 121
Ε᾿υπφόρος Venus 204

F.

Familiæ conditoribus ſuis ſacrificabant 706 Heſychidæ. ibid.
Fanin, quid notet? 767
Faſcinum 654
Flammeo cur ſponſæ obnuptæ 392
Flammeum quid? ibid.
Flintz Vandalorum idolum 726 forma ibid.
Florus explicatus 12
Fluvii tauriformes dicti 140
Foci 529 cœleſtibus DIs erecti ibid.
Fœminæ honoratæ apud Germanos 644 vatidicæ 645
Alirontæ dictæ ibid. proceræ 647
Fortuna a Romanis culta 99 πρωμιγένεια 100 incerta 101
Franci, an ſint Gothi, Romani, aut Longobardi? 25. 26
de iis ſcriptores 27. 28
Francia vel Franconia, Germaniæ regio 25
Frejus idem qui ſol. 770. dicitur etiam Vanajod. 773
Frondes quernæ in Germanorum ſacrificiis 544 idem mos apud Græcos 545
Frotho III, Danorum Rex de quavis controverſia ferro decerni ſanxit 660

G.

Galatæ excepta Græca, Germana uſi lingua 18 ad hos D. Paulus Epiſtolam ſcripſit. ibid.
Galatia, provincia Aſiæ, unde dicta ibid.
Galeri mulierum 382
Gallia ſubjecta Romano Imperio 17
Galliæ reges Germanis Helvetiis in corporis cuſtodes utuntur 29
Galliæ regnum cum Germania olim unum 21
Galli Romane rite loqui nequeunt 19 ex transrhenanis 21 a candore dicti 24 Ciſalpini 25 Tranſalpini ib.

in medio digito annulos gerebant 398 ſacerdotes genitalia ſibi amputabant 531 quare ibid. Marti ſuo torquem vovere 601

Gallicularius cerdo 412

Gallorum ambitionem nulla gens ſuperat 16 plerique a Germanis orti 19 priſcorum lingua diverſa a Germana 18 ex variis linguis conſuta 19

Gambrivius Rex priſcorum Germanorum 739

Gethæ Germani 6 eorum terra Germaniæ copulatur. ibid.

Genius uniuscujusque loci 519

Germanæ caſtæ 416 Præliis interſunt 648

Germanarum fœminarum dos 648

Germani antiquisſimi 3 Theotiſci, die Teutſchen &c. dicti 282 Britanniæ Domini 22 ingentis ſtaturæ 23 nunquam recuſant, ſi laceſſantur, armis contendere 43 pro Imperio & dignitate decertavere 44 pecuniæ avidi 45 fidei tenaces 28 ſq. ſoli corporis cuſtodes apud Cæſares 28 κατ' ἐξοχὴν dicti barbari 45 juxta Romanos ſydera adorarunt & elementa 86 ante novam Lunam non pugnant 245 ſemper armati 421 in concilio, conviviis, templis 423 juſtisſimi 426 Theologos ſuos & Philoſophos maxime venerantur 427 hoſtium capita cuſtodiebant 568 ſanguine amicitiam ſanciebant 604 ritus ibid. in conviviis conſultabant 606 vinoſi 607 auſpicia ac ſortes maxime obſervant 650 in funeribus veſtem mutant 664 igni corpora comburebant 665 epiſtolas propinquis inſcriptas in rogum conjiciebant ibid. nunquam a Romanis trans Albim cogniti, ſed pene ignoti 735 eis ſolis jus eſt eligendi Romanum Imperatorem 46 unde acquiſitum ibid. eorum virtus Bellica 23 encomium 28. ſeqq. inventa 49. 50 eorum proprie oI quinque 89 eorum Thaut, vel Dieth, vel Duth, 158 habitus 378 rutili crines ibid non tantum natura, ſed & arte ibid. color maxime gratus apud cæteras gentes 380 facies candida 389 Petronio incre-

tata 390 oculi cœrulei 394 terribiles ibid. veſtitus 404 ſtricta veſtis, in ſacris, eaque candida 405 aſſenſus genus 421 genus armorum ibid.
Germania ſerius Romanis cognita 3 cauſ ibid πολυάνθρωπος 2 terrarum Europæ maxima 3 ma... Galatia dicta 10 Gallia comata nuncupata 1 nunquam in provinciam reducta 39
Germaniæ nomen latisſime diffuſum 2 Termini 3 vocabulum recens & nuper auditum 4
Germanica lingua plures habet voces Hebræas 280
Gladiatores qui 661
Gladii nudi & deaurati regibus & principibus 543
M. Glycæ opinio refellitur 580
Γλῶσσα τύχη 242
Gothi Celtæ dicti 14
Gott, unde hæc vox 160 Deus eſt 778
Græcarum mulierum calcei ex ſubere 413 aurei quibusdam. ibid.
Græci non pugnant τῇ πανσελήνῳ 245 in Bacchanalibus fœcibus ora inungebant 393 larvati etiam ibid. virginem cæſam igni imponebant 594
Græcorum Ι'αὺ, Ι'αὼ, & Ι'ευὲ 338 Mos in lavacro ſacro ſuſcipiendo 556
Gramen Herbæ ſpecies 529

H.

Hæmorroides aureæ Palæſtinorum 131
Hæreſibus caruit primum ſeculum 2?3
Hamburgenſis civitatis vera origo 740. 741
Hamme Lucus 740
Harminii ſtatua Hermans ſäul priſcis vocata 714
Harminius Rex Cheruſcorum 714 Romanos ad internecionem cæcidit 718 Romanorum terror 719 mortuo trophæum erectum 720 mos militarium virorum ...

Haran primus ante patrem mortuus 282
Haſſia Landgraviatus tit ulo gaudet 48
Hebræa lingua omnium prima 255 unde ſic dicta 256 quam late olim patuerit 258 quo pacto in varias Dialectos migraverit 259 in ſola Abrahami gente incorrupta manſit 257. 263 ſine punctis ſubſiſtere non poteſt 269
Hecate maleficarum Venus 232 Luna alias ibid. Lucifera, Νυκτίδρομος 234 Diana, Proſerpina 235 quercu coronata 545
Heraclius ignem exſtinxiſſe fertur 541
Hercules 708 Rex Bojorum ibid. Alemannus alias ib. nominis ἔτυμον 709 ejus æreum ſignum in Richavia cænobio Suevorum hactenus ſervatum ibid. plures fuerunt ibid. duodecim labores ibid. alius tredecim numeravit 710 mire vorax 711 idcirco irriſus ibid. Celticus 712
Herculis columnæ in Septentrione ibid.
Hermopolis, oppidum a Mercurio conditum 159
Herodotus & Thucydides nullam Romanorum civitatis mentionem fecere 3
Heroës crepidis uſi, alias cothurnis 412
Herthus 221
Heſus Mars e Germanis 161 Etymon in Hebræo ibid. Bello præſidet ibid. Aezizus Orientalibus 162 alias Eſmunus ibid. Genitalia ſibi amputavit ibid.
Hiſtoriæ legendæ 641 quia utiles ibid.
Hodierna virago Mätze, & per κατάχρησιν meretrix nuncupata 9
Homines in Ludis Circenſibus feris objecti 565 victimæ 558 a Druydis mactati ibid. nec Celtæ ſoli, ſed etiam cæteræ nationes hoc ritu delectabantur 559 Carthaginenſes, Phœnices 560 Græci 562 vivi mactati 679
Homo prius quatuor Virtutibus amictus 62 quænam illæ Virtutes ibid. quare in Paradiſo poſitus 63
Honos magis in honorante eſt quam honorato 53
Her

Horti, locus ſepulturæ 685 unde is mos 685, 686
Hygia Salutis Dea 319
Hylea ab Hercule compreſſa 4 quæ cauſſa ibid.

I.

Iadoa animal 674
Iaribolus fontium fluviorumque Deus 581
Idola tempore Noæ 71 ſubverſa procellis 72
Idoli ἔτυμον 706
Idololatria Enochi tempore incepit 69
Idololatriæ origo refertur ad Seruchum 281
Idolorum nomina ex Alcorano 71.
Idolum ventriloquum 674
Iehova, nomen Dei Noæ cognitum 281
יהוה vox quoties varietur 332
Jephtha filiam non immolavit 578 ſed cælebs manſit ibid. ejus votum examinatur 576 quod duorum membrorum eſt 577
Jeſaiæ locus illuſtratus 106
Jeſu nomine ſanatus, qui venenum hauſerat 354
Per ignem pueros ſine ulla læſione traductos falſo perhibetur 596, 597
Ignis Chaldæorum Deus vetuſtisſimus 542
Ignis ſacer apud Perſas 540
Ignis ſacer Hieroſolymitanus quando extinctus 542
Ignis ſacer Roman. Imperatoribus præferebatur 542 ut & Perſarum regibus ibid.
Ignis & aqua ad ſacra adhibebantur 539 unde is mos ortus 540
Iideoni quid 674
Imperatores Germanici unde dicti 33
Imperatorum Romanorum nullus fuit olim illiteratus 6
Imperium a ſolo Deo deſcendit 47 an a Papa depend il
Indorum ritus conſulendo Sacerdotes de eventu rer. 627 Tamarika & Maraka 628 Reges auream Mitr.

pro ornatu habent, & tympanorum ſonitu delectantur 543
Inſula ſacrificantium 530
Initiandorum ritus τῶ Ob 674
Io, Iſis etiam dicitur 226 a Germanis culta ibid.
Irmenſäul ſtatua 713 varium nominis etymon. ibid. figura 714 idolum hoc in Weſtphalia a Saxonibus cultum ibid.
Iſenberg 227
Iſidi cornua addunt, quaſi Luna foret 230
Iſidis ſacra in Germania culta 227. 228
Iſis 345 Regina Aegypti 226 Ejus inventa ibid. Numen Orientis 228 Hordei inventrix ibid. Ceres alias 229 cauſa ibid. ex Hebræo 345 in hac voce nomen Dei 346 Cæſari Luna 749
Iſis Dea Syria Leonibus invecta fuit 214 terra eſt 217 Germanis Erthus 221 ritus ſacrorum 222
Iſis Myrionyma 253 Eius Etymum 345
Islebia unde dicta 228
Ithypallicum, carminis genus unde 129
Iudæi ſecundum gentes nullis imaginibus dediti 151 inſignis in eos contumelia 153. 154 Samaritanorum hoſtes 266 error de anima 467 vitulus aureus 139 eorum vetuſtas non deſcripta 3 quæ cauſa ibid.
Judaicarum mulierum ob formam ſuperbia 191
de Judicio extremo teſtimonia veterum 485
Iuliani Apoſtatæ factum 639
Juno Novella 237 Pronuba dicta ibid. Pœnorum numen ibid. Aſtarte alias ibid. Regina omnium 238 Covella ibid.
Jupiter cœlum eſt 149 Elicius 38 ἐνυάλιος 168 qui & Mars ibid. Sabazius a Jehova Sabaoth 340 בעל־עגר 504 Hammonius 738 Forma ibid. Arietis imagine cultus 739 Tonans, Fulgerator, B[illegible], [illegible] βατης, unde 527 Barbatus 739 Cornutus. ibid.
Ius aureorum ann[illegible]orum quid 403 famulis non erat 401
Iuſtitia hominibus neceſſaria 425

Ka-

K.

Καταδῦσαι 114
Καταγλώττισμα oſculi genus 468. 469
Κίλλος, Aſinus 153
Κωμαστήρια Aegyptiorum 342

L.

Lacedæmonii puerorum plagis Dianam placabant. 583. 584 ſacris præerat Sacerdos fœmina 585 certus numerus plagarum ibid.
Lampades in nuptiis prælatæ 492
de Larvis 393
Laſcivorum habitus 126
Latinus ſermo ex Hebræo 257
Lectiſternia Deorum 98
Legionum nomina Romæ in antiquo lapide exſtantia 37
Leſſus quid 700 unde origo hujus lamentationis 701
Libamenta Planetarum 97
Libido in ſacris 128, 129
Lineis Germanæ amictæ 408
Lingua primo unica 255
Lingua ſacra ſpreta ab Ethnicis 268
Linguarum corruptio quando extiterit 278 earum confuſio in feſto Pentecoſtes ſanctificata 281
Literæ æternæ 447
Literarum nomen 331 Rabbinorum de hac re ſententiæ 331. 332
Literarum priſcarum formæ 445
Literarum authores 446
Λόφοι Ἑρμαῖος 507
Longobardi unde dicantur ibid
Longobardorum in judiciis probatio 421
Lotio manuum antequam ſacra fiant 533 innocentiæ ſignum 537 corporis 535
de Lucis ſacris 495
Luci exciſi 624
Luctus fœminis ſemper honeſtus fuit 701
Luddus reprehenſus 16

Ludi peractis ſacrificiis, inſtituti 592
Luna a Germanis culta 174 cum Venere unum numen eſt 232 eadem cum Dea nocte 234 Gothis Mena vocata, Græcis Μήνη, Perſis Mah, Tartaris Mine, Germanis Mond &c. 244 πολυώνυμος ibid. Germanorum Dea ib. ejus cognomina 233 ſq. terror antiquorum ob ejus defectum 246 carminibus magicis cœlo detrahi credita 248
Luneburgum 745 Lunæ ſacrum ibid. verum ἔτυμον ibid.
Lunulæ corniculantes faſtigiis ædium a Mahumedanis imponi ſolitæ 399 unde is mos ibid. in Romanorum calceis 411
Lunus & Luna 196
Luſtratio ante ſacrificia 531.532
Luxuria mulierum reprehenditur 122
Lynceus a Polluce cæſus 746 perſpicaciſſimus 747

M.

Macrobii locus corruptus innuitur 143
Madyes Scytharum Rex Aſiam depopulatur 375
Magdeburgum 743 Veneri ſacrum ibid. nominis ratio ab Amazonibus 744
Magi apud Septentrionales 373
Magi Cappadocum ignem ſervabant 541
Magi per lignum Myricæ vaticinabantur 652
De Diis Manibus 688
Manuum lotio antequam ſacra fiant 533
Marcomerus Francorum Rex conſultat Alironiam de expeditione ſua 646
Marmor Iſidis 226
Mars nullus alius quam Sol 168 Cæſari Vulcanus 90 Ignis quibusdam ibid. Deorum faber ibid. Armorum inventor ibid. Gethicus 91 Thracum Deus ibid. Germanorum præcipuus fuit Deus 92 eum humano cruore placarunt ibid. ejus gladius apud Scythas repertus ibid.
Maſyus Semnonum Rex 12
Mathematicorum genus quondam triplex apud Septentrionales 372

Matronarum capillitium nigrum 384 quod flavis mutabant 385 graviter idcirco a Patribus reprehenſæ ibid.
Matthæi, Evangeliſtæ, locus de Pilati manuum ablutione 537. 538
Maurorum Iuba unde 338
Maximiliani Cæſaris judicium de Cæſaris Comment. 34
Mazalthob quid 97
Mazzen, hujus vocis ſignificatio 9
Memnonis ſtatua canora 571
Meni quid 97
Menſa ſacra 97 Iſiaca 98
Mercurii inventa 159 nomen proprium ob reverentiam pronunciare non licebat ibid. de ejus urbe incerta omnia 744 vera origo ibid. maxume hic a Germanis cultus 90, 155 Theutates dictus 155. & 160 Longobardorum Deus, God vocatus 160 ἐνόδιος 507 unde ſic dictus ibid.
Merſburgh 741 Marti dicatum oppidum ibid. a Marſo Rege Germanorum extructum 742
Μεταμόρφωσις Deorum, varia monetæ forma 191
Metellus (Jo.) corrigendus 375. 376
Μετεμψύχωσιν ſtatuit Pythagoras 461 etiam Judæi & Gentiles 466
Minerva & Veſta Veneris cognomina 202
Minerva Orpheo ἀρσενόθηλυς 198 etiam Venus ibid. cauſa ibid. utraque armata 200 ſine cupidine eſt 198 lanificio præpoſita 199 Phœnicia Dea 200
Miphlezeth alias Beelphegor 120 nominis etymon ib. Hecaten deſignare videtur 113. Idolum turpitudinis 121 Zelotypiæ ibid. cur ſic dictum ibid. Sacrorum ritus ibid. cauſa 122
Mithra Sol 146 quid ſignificet ibid. Perſarum Deus ibid. Herodoto Venus ibid. in eo numerus anni continetur 148
Mithras Rex Aegypti 149
Mithridates ibid.

Mithridax, lapis 148
Mnevis taurus 138 ab Heliopolit. pro Deo habetur 139
Moabitarum Rex filium immolat 574
Molochus ipſiſſimi Solis imago 143 Sol ſeu Mithra 598 ejus deſcriptio 597 tympana in ejus ſacris 598, 599 quare 599 ejus cultus in quo conſtiterit 596, 597
Monomachia 658 ad quem finem inſtituta 659 vetuſtisſimus Germanorum mos 658
Monumentum grave antiqui optabant, cui male vol. bant 689
Moſes literarum Hebraicarum inventor 446
Moſſolani Judæi augurium 649
Mulieres exſequiis aderant 697. crinibus ſolutis ib. præficæ 698. nudo pectore plangebant ib. faciem unguibus lacerabant ib. cauſa 699. romanæ faciem lavabant lacte aſinæ 390. incruſtabant etiam ib. reprehenduntur idcirco a Patribus 391
De mundo igni perituro, teſtimonia veterum 481, 482
Muſcæ gentium ſacra infeſtabant 582. veri Dei minime ib.
Muſica inſtrumenta apud Romanos in ſacris adhibebantur 599. cauſæ 600
Mus in luſtrationibus adhibebatur 131
Mylitta, Veneris cognomen apud Aſſyrios 211
Myrica coronati in Jovis ſacris 618. Veneri ſacra ib. ob quam cauſam 619. Baccho dicata ib. Apollini ſacra 652
Myrrha Theuſur dicta 157. Auſaritis ibid. ut & Duſaritis ibid.
Myrtus conſecrata Veneri 208. aliiſque Diis ib.
Myſi captivorum carnibus veſcebantur 601. eorum ante aciem votum ibid

N.

Naſiræi 580
Natio Dea 243
Natura corrupta 61
Navium παράσημα ſ. inſignia 748
Νεκρομαντεία 672

Ne-

Nehalennia Dea 517,518
Nemetes 20
Nereides 517,518
Nero nullam contra Germunos expeditionem ſuſcepit 41
Nervii ambitioſi 20
Nicias cæſus 247
Nili nomen numerum anni continet 138. incrementa 137
Nilus Ægyptiis Syris 134 Judæis Schichor ib. nominis etymon ib. nigras aquas vehit ib. A Rege Nilio Nilus dictus 135. etiam Melo nominatus 136. Ægyptiis Deus 137. myſtica Ægyptiorum doctrina Oſiris eſt 138. fingitur Memphim Regis Ogdoi filiam ſub imagine tauri compreſſiſſe 140
Nimbrothus author turris Babylonicæ 280
Noa juſtiſſimus inter depravatos homines 276. de eo Sibyllæ teſtimonium ibid.
Per Noctes numerabant majores noſtri 490
Noctu nuptiæ celebratæ 491
Noë, requies 258
Noë Dionyſus & Oſiris dictus 90. filios in vera religione inſtituit 278
Nomen Dei apud Gentes myſticum 336
Norici & Carni eædem gentes 165
Nox fuit prior die 490
Nuptiæ noctu celebrari ſolitæ 491
Nymphæ Deæ, earumque varia genera 517. pro Dæmonibus & malis ſpiritibus habitæ 520

O.

Ob Dæmon 672. Ventriloquus 673
Odacon 590. etymon ibid.
Oleum in ſacrificiis Plutonis 550
Onea, Phœnicum Minerva 2[illegible]
Ononychitis, imago 1[illegible]
Oracula ubique ſub adventum Chriſti exaruere 3[illegible]
Ora Vandaliæ Dea 730. Orithya alias ibid, Anaræ R[illegible] Herulorum uxor

Orientales filios filiasque Deo Moloch cremabant 595. ejus ſacra ib. Forma 596. inter ſacrificandum ſeipſos incidebant 586
Ornatrices ancillæ 383
Oroſius explicatus 12
Orphei verſus de Chriſto ex Judæa proſapia naſcituro 346
Oſiris idem cum Dionyſo 133. qui Sol 132. 133. alias Sirius 134. Sarapis dictus 141. etiam Omphis 142. a Typhone fratre trucidatus 110. ejus feſtum ib. ejus ad Nicocreontem reſponſum 141
Oſſa humana tertia die lecta 682. vino irrigata ib. urna recondita ib. in trivio inventa non aſpergere levi pulvere, inhumanum erat 684. iis monumenta ſuperimpoſita ibid.
Othinus dicitur ſol. 777 de. ejus nomine ib. plura de eo 782. ſqq.
Ovum ſerpentis 620. mos accipiendi 621. affectus ſeu vires 622

P.

Pædagogi, Rhetores, Sophiſtæ, Oratores, Scholaſtici apud Romanos dicti 442
Palladia cœlo delapſa 587
Palladium Trojanum ex oſſibus humanis 589
Pandemi cultum Theſeus tradidit 180
Panis rogo impoſitus 678
Pantheа tria Romæ fuiſſe feruntur 318
Paradiſus, variæ de eo ſententiæ 61, 62. quamobrem homo primus in eo poſitus 63
Pater nomen Divum commune 340. Jovis ib.
Pavo veſtis 409
Pegaſus Eleutherienſis Bacchi cultum primus inſtituit 129
Penthesilea interfecta 8
Periſcelides quid 415
Perſæ per Mithram jurare ſolebant 147. illi equum in ſacris mactabant ibid. cœlo in montibus ſacrificabant 151.

151. nullis imaginibus dedidi ibid. deriſerunt eos qui imagines faciebant & adorabant 501. illis Soli, Lunæ, Telluri, Igni, Aquæ & Ventis olim ſacrificare, mos fuit 76
Perſius Cæſarem falſo triumphantem irridet 40
Petronii locus reſtitutus 153. 386
Phaleg aut Eber ædificationis turris Babel non fuere participes 279
Phallorum cultus 111
Phallus a Miphlezeth 129. quid 130
Pherecydis pellis Minervæ ægis 587
Philaſtrii error 255
Philæmon laudatur 602
Philippi ad Ariſtotelem Epiſtola 637
Philoſophari in bello, ineptum eſt 376
Philoſophi Ethnici Deum ſummum bonum ſtatuunt 56. ſqq. ſideribus divinitatem tribuentes 73, 74. olim Regibus cari 635
Phœnicia Veneri ſacra 200
Phœnicum Minerva Onca ibid.
Phœnix ſacra 81
Piaculum quando committitur in ſacris 530
Pinarii & Potitii ſacrificia curabant apud Romanos 493
ππι Græcorum 290
Piſces Syri venerantur 183. ſqq. ii afflicti, qui piſces comederant 184
Placentarum libamenta 97
Planctus ſuper Oſiride 110
Plangendi ritus 107
Plato didicit philoſophiam ex columnis Mercurii in Ægypto 160
Plinius correctus 564
Plumarii qui 409
Poculorum varia genera 611
Poetæ prima ætate legendi 441
Poetica ars præſtantiſſima 634

Πολυλογία apud D. Matthæum 89. Turcis etiamnum in uſu ib.
Πολυωνυμία Deorum apud Gentes in uſu fuit 87, 89. 175. exoptatiſſima 87
Polonorum mos in ſacris 512
Pompa funebris 675. Magni Ducis Megapolenſis ib. corpus lapidi impoſitum 677
Pontifex Druydis erat 417
Pontifex Romanus 419, ſubjectus Cæſari 420, qui Pontificatum abrogare poteſt ib.
Pontificem Romanum quis primus creaverit 417
Pontifici mortus ſuffragiis alius ſecedit 420. plures ob principatum depugnant 421. vetuſtiſſimus hic mos ib.
Porrum olim violare nefas 81
Potiones tres veterum quænam 610
Præficæ Romanorum 698
Priapus 113. Judæis Miphlezeth ibid. unde apud Hebræos deductum. ib.
Primogenitos mactare Deus vetuit 577
Princeps ſecularis, a quibus collectam exigere nequeat 424. non poteſt bona eccleſiaſtica abalienare 425
Profeſſores in ſumma neceſſitate tributum pendent 424. iis Romæ conceſſæ immunitates ib.
Prono Aldenburgenſium Sclavorum idolum 750. effigies ib. ſacerdos ejus Miche dictus 752. Cranzius unde etymon deducat 752-753. Brennus forſitan 753. quorum quatuor in hiſtoriis memorantur ib.
Proſtitutio in ſacris literis prohibetur 120
Proſymnus Dionyſo viam ad inferos monſtrat 130, quid mercedis inde conſecuturus ib.
Pueri Alexandrini 439. etiam ætate grandiores ibid. calamiſtrati 440. faces nubentibus præferebant 492
Pugnantes pulvere adſpergebantur 661. quare ib.
Punctorum nomina Chaldaica 269
Punica lingua ex Hebræa 260
Purpureus color cœleſtibus Diis ſacer 405. Imperatoribus dicatus ib.

Py-

Pyræthea Perſarum 541. 542
Pyris res cariores immittebant 677
Pythagoræ & aliorum de anima opinio 461, τετρακτύς 335
Pythagoras circumciſus 335. Iudæus origine 336
Pythagoras didicit Philoſophiam ex columnis Mercurii in Ægypto 160

Q.

Quercus vocales 546
Quercus Celtis Jupiter. ſanctiva arbor 509 Jovi dicata 514 in ſanctuario apud Judæos 525
Quercuum crebra in ſacris mentio 520. ſeqq.

R.

Rabbinorum de nativitate Chriſti ſententiæ 348. 349
Ῥαβδομαντεία 651 mos ibid. Rugianis in uſu ibid. Friſiis quoque ibid. ut & Orientalibus 652. 653
Rabſac notum tetragrammaton 337 uti & Sibyllæ ibid.
Radagaſius 720 Obotritarum Rex ibid. ejus arma 721 Italiam ingreſſus ibid, A Stilicone victus ibid. Corſico ejus filius patris cædem ultus 722. 723 ſubditi defuncto templum erexerunt 723 fluvius ejusdem nominis ibid.
Radi, apud quosdam ignominioſum 696
Reges ſacerdotia olim obibant 418. 419 mortui in quercubus ſuſpenſi 513
Rei promiſſis capillis 697
Religio a Romanis ad Britannos & Gallos translata 24 una 61. ad eam excitandam adhibenda ſeveritas 429
Religionis veræ notæ 61
Reliquiæ in bello Marti ſacratæ 601
Reſpublica nulla ſalva ubi doctorum virorum egeſtas. 639
Reſurrectionem veteres credebant 484
Rex Manium Proſerpinam rapit 124
Rex ſacrificulus apud Romanos erat 419
Rheni incolæ indomiti 37

Rhe-

Rheno & Iſtro terminatum fuit Romanum Imperium 35
Rhenus & Danubius Germanicarum incurſionum obiices 36
Rhombus Veneris 232
Ῥοδόχρυς Ἀφροδίτα 206
Roma a Suevis Senonibus ſeu Gallis incenſa fuit 193
Romani a Germanis grandi vi auri pacem emerunt 44 licet omnibus terrori, Germanos timuere 43 in Galliam contra Germanos vocati 21. 22 quinam Dii ipſis fuerint 82 Germanos quomodo devicerint 245 pueros alebant adminiſtratores 438 puellæ quoque miniſtrabant 440 a media nocte diem ducebant 491 in ſylvis ſacrificabant 497, 498 multis annis nullam Deorum iconem habuere 502 Druydarum doctrinam ſecundum ſuam religionem metiebantur 343 ſed tempus multa immutavit 344 & ſeductor ſpiritus ibid. τεκνοθυσίας ſtudioſi 564
Romanorum diſcipuli arcte in Gymnaſio ſervabantur 438 ſecures 543
Roſa Veneri ſacra 206 una cum Venere nata 207
Rugianorum mos conſultandi 656
Rugievithius, Porevithus, Porenutius, Rugianorum Heroës 723, 724
Runicæ literæ 446. 447

S.

Sacerdotes apud alias gentes virili amictu, apud Orientales fœmineo utebantur 410 varii apud varias gentes 368, 369 eorum auctoritas apud Romanos 433 lictor præcedebat ibid. ſella curulis, lectica, galerus, carpentum, eorum inſignia propria ibid. Sacerdotes fœminæ 585
Sacrificia in ſublimibus locis facta 502 coronati in ſacrificiis 548
Sacrificia Orientalium 679
De ſacrorum ad verum Dei cultum inſtitutione 341
Σαλαμβὼ Veneris cognomen 185. 186

Sa-

Samaël nomen Diaboli qui primos parentes noſtros ſeduxit 65
Samuelis defuncti imago Sauli a fœmina repræſentata 673
Samothei ſacerdotes 634 eorum continentia 635 unde dicti ibid.
Samothes idem cum Tuyſcone 281
Samſonis Nazaræi fortitudo in crinibus 389
Sanctuarium quid 523
Sapientiæ primus gradus quis? 254
Sapo, medicamentum, quo Germani crines rutilabant 379
Satyri a ſalacitate dicti 732
Saxum Brachtham colebant Saraceni 505 unde is mos ibid.
Sceleroſi Dis immortalibus gratiores 594
Schemhamphoraſch nomen non eſt datum omni homini 289 Rabbinorum ſententiæ ibid.
Σχοινία 117
Scytharum fœminarum virtutes 7. 8 gentes celeberrimæ 5 varia eorum nomina ibid. nomen quousque tranſierit ibid.
Scythæ ad hanc usque ætatem phialas in baltheis ferunt 5 quod ſolum Regis Scythæ mater excogitavit ibid. amicitiam ſanguine ſanciebant 604 non legibus, ſed bonis moribus vivunt 426 nulli alii niſi Germani 5
Scythia eadem cum Germania 4 remotiſſima 5 Sarmatiæ nomen obtinuit 5. 6
Scythiæ nomen unde 4
Selago herba 616 ſacra apud Gallos ibid. mos legendi ibid.
Semiramis in columbam verſa 209 quid ſignificet 210
Senones Germani 11 Sub Duce Brenno Romam devaſtarunt ibid.
Septentrio & Oceani partes a Scythis incoluntur 5
C[illegible]iis vel juxta vias ſtrui ſolita 683

Sepulti in horto 685 unde is mos 685. 686
Sepultura antiquitus impiis denegata 431 & uſurariis 432 Judæis excommunicatis, αὐτοχείροις ibid.
de Serapidis cultu 141
Serapis ſtatua 706
Serpentes Lituanorum & Samogitharum DI 622
Serpentum occurſus ominoſus 623 ortus ibid. de cultu ſerpentum divino apud Paganos 622
Sub Serug cœpit idololatria 281
Serugi & Tharæ ætate Idololatria reſtaurata 72. 73. 281
Servi ſemiraſi 696
Servus a Latronibus captus, ſervus Latronum non eſt 35
Sexus in numinibus confuſi 165
Sheringham notatur 27
Sibyllæ carmen de ſubverſione Babel 72 verſus de creatione hominis 66
Sicca Venerea colonia Afrorum 179
Signatorius annulus Romanis in uſu 402 cur? ibid.
Sileni a conviciando ſic appellati 732
Silentii ſors apud Magos, in crinibus 388
Silentium circa Myſteria 242
Sirenes Lyræ inventores 629 earum cantus celeberrimus & dulciſſimus 631 earum forma 629. 630
Siticines 682
Soleæ Gallicæ 412
Sol & Luna maximi Deorum 73
Sol indefeſſus 76 Ἀθανάτων κάλλιστος 77 a Perſis cultus 77. 147. 148 Philoſophorum Deus habitus ibid. Apollo 93 ejus parentes ibid. alias Orus ibid. Vates 93. 94 Loxias 96 quare ibid. Amanus 239 Adad vocatus 142
Soli & Lunæ ſolis Lybiæ populi ſacrificant 77
Solis equi 148 præſtantia 761. 762 ejus cultus apud omnes fere gentes 762. 763 ſimulacrum ejus apud Germ. aut nullum, aut ignotum 764 nomen ſolis apud Germanos inprimis 765 ejus victimæ 769

Solis imago aurea 102
Sollſtwebell Marchiæ oppidum 742 Soli dicatum ibid. Nominis ἔτυμον ibid. & 743
Sonne, origo hujus vocis 765, 766
Sphæra Perſica, Symbolum nativitatis Jeſu 347. 348
Statuæ humanæ pelle obtectæ 587
Stelæ Græcorum 707
Stibii vis 395 eo fœminæ oculos pingebant ibid.
Stigmata Britannorum 587
Strophalus Hecaticus 232
Strophe & Antiſtrophe 600
Suantovitus colitur a Rugianis 753 Origo hujus ſacri 754 effigies ibid. Sacerdos retento ſpiritu intrat templum 755 ſacer equus ibid. idolo ſpolia & prædæ quærebantur 756 ſtatua a Waldemaro Danorum Rege ſucciſa ibid. memoriam non deponunt Boemi 757
Sueſſiones 19
Σύνοδος 114
Supercilia fuligine tingebant fœminæ 395
Superiora ab inferioribus non trahuntur 68
Supplicantium olea 549 apud ſolos Athenienſes 550
Syeba Herulorum Regina 728 forma ibid. cruore humano placata ibid. Symbulla alias dicta 729 Anthyrio magno nupta ibid.
Sylvani ſylvarum Dii 514
Sylvarum cura penes Conſules 499
Symmachi locus correctus 136
Syra lingua mixta 264
Syri ſtolam pro regio ornatu habent 543
Syria Dea 213. 214
Sylveſter II. caput fudiſſe ſcribitur, quod reſponſa daret 572 alias Gerebertus dictus ibid.

T.

Tabulæ legis quo charactere ſcriptæ 268
Tacitus corrigendus 221. 730
Taraboſteſci, Philoſophi 372

Taurinum caput Veneris inſigne 224
Tauri ſacri 138
de Telluris Deæ cultu 78
Templa Chriſtianorum ad Orientem 554
Templa nihil niſi ſepulcreta 672.705
Templum Veneris in Cnido 204
Ter in ſinum deſpuebant pro amovendo faſcino 654 morbo 655 cæde ibid.
Teraphim quid ſint 569
Ternarius numerus myſticus 526. ſeqq.
Terra gravis ſepultis optata 684
Terræ ſuperius Hæmiſphærium Proſerpina Phyſicis 109
Τετραγράμματον præſtantiſſimum 286 origo ibid. ſanctum apud priſcos habitum. ibid. alia nomina ſubſtituerunt 287 Gentibus notum 335
Teutonia 27
Texta Babylonica 409 ex plumis avium ibid.
Thaautes Phœnicum 156.291 alias Baal 156 nominis etymon ibid.
Thaborinus Angrivariorum Rex 727. a quo Thabor arx dicta ibid.
Thammuz Adonis dictus 103. cur 104. Tekupha Thammuz ibid. Orientalium Deus ibid. a Judæis cultus ib. Macedonibus Mars dictus 151
Tharamis a Celtis Deus habitus 171. ab exteris Jupiter creditus ibid.
Thara Abrahæ pater 73. ſtatuarius ib. & 282
Themoſis Pharao 105
Theodo Rex Bojorum Herculi lucum dedicavit 510
Theodoretus refellitur 257.258
Theologiæ vetuſtiſſimæ alterum genus in Dæmoniorum cultu conſiſtit 731
Theudas Magus 158
Thot & Bau in Phœnicum ſanctuariis 158
Thraces Gethæ 91
Tiberii ſpurcities 127
Tibiarum uſus in funeribus 681

Tibicines 681
Titius Heros 707
Treviri ambitioſi 20
Tribocci ibid.
Triglas Vandalorum & Stetinenſium idolum 749. triceps ib. Diana ib. huic ſacer equus nigri coloris ib. ſacerdos, cui equi cura commiſſa erat 750
S.S. Trinitatis myſterium gentibus cognitum 321. obſcure quidem ib. teſtimonia 321-330. Judæos etiam non latuit 331
Tripodes 366
Tungri, olim nunc Germani vocati 4. primo Rhenum tranſgreſsi Gallos expulerunt ibid.
Tutelares Dii portis urbium ſunt impoſiti 574. Mos evocandi Numina Tutelaria ib.
Tutuli 381. in galeri formam aut turris 382
Tuyſcon primus Germanorum pater 254. filius Noæ 278 cauſa longævitatis 283 ejus memoria celebratur a Germanis literas apud Celtas invenit 444 idem qui Diis Samothes, Celtarum pater, a ſuis primum cultus 708
Tympana in ſacris 598. 599
Typhon ventus 72
Tyria purpura 405

V.

V. literam Græci non habent 177
Vandalorum mos in conviviis 757. Belbuch & Zcherne-buch, Deus bonus & malus 757, 758
Vangiones 20
Variana clades 719
Vaties Sacerdotum genus 625. officium ib.
Vbii 27
Velleda ſub D. Veſpaſiano diu Numinis loco habita 730
Veneres tres ſunt 180
Veneris Uraniæ origo 176. ſacrum νηφάλιοι 177. etymon varium ib. loca ſacra 205. delubrum in monte Libano 12

Venetorum Duci argentea tuba 543. reliqua ejus inſignia ipſi a Pontifice conceſſa ib.

Venus nulla eſt ſine Cupidine 175. incognita ſub Regibus apud Romanos 178. Orientale Numen ib. a Benoth dicta 179. Pandemus nominata 180. Apoſtrophia ib. Græcorum Ἀφροδίτη ib. unde ſic dicta ib. Orientalium Aderdaga 182. Derceto quibusdam 183. cauſa ibid. a ſpuma orta 180. 186. vecta in concha 186 Διώνη etiam dicta 187. amoribus præfecta ib. Migonitis 188. Callipygus Syracuſarum 189. Melænis ib. Colias ib. Aurea ib. ſpeculatricis nomine a Græcis culta 192. Deus 195 Calva Romanorum 193. Armata Lacedæmoniorum ib. Area ib. Cluacina 194. a cluere ib. a Cloacis ib equeſtris 195. Maſcula ib. Barbata ib. Ἀρσενόθηλυς 196. Ἀφρόδιτος 195. teſtudini inſidere fingitur 200. texens ib. Θεὸς γυναικεία Græcis 205. Erycina ib. ipſa columba 206. ignis 203. Cnidia 205. ex ovo edita 209. genetrix 211. Mater Deum 212. Dea Syria 214. Oloribus invehitur 210

Verbenæ 617. deſcriptio ib. fortiuntur his Galli ib. mos & tempus legendi ib. in ſacris apud Romanos 618

Verenda apud Orientales ſacra 111

Verres cur ſoli immolatus 744

Verticordia Romanorum 192

Verus Imperator volucri equo tumulum in vaticano fieri curavit 678

Veſpaſianus cum Germanis bis tricies conflixit 22. Britanniam armis acquiſivit ib.

Veſtalium dignitas 434

Veſta Minervæ cognomen 201. cauſa 202. utraque domus extructionem invenit ib.

Veſta, terra eſt 170. ſola in atrio Deorum immota conſiſtit ib. ignis. 202. 203

Veſtes Coæ 128. quis eas invenerit 127

Veſtes mulierum pellucidæ 127. earum promiſcuus uſus utriusque ſexus prohibitus 410. luctus tempore ſciſſæ 700

Vet-

Vettii Valentis inediti juramentum 80
Victimæ lavabantur 538. auribus infundebant aquam ib. coronatæ 347. vaſa etiam 549
Vinum non adhibebatur in ſacris Veneris 177
Virgata ſaga 404
Ex virgine naſciturum Deum gentes credebant 346
Virgo in primo Decano ſphæræ Perſicæ 347
Viriæ dicti Celtarum annuli 398
Viſcum ex quercu ſubſectum, oblatum 612. modus & tempus legendi 613. unde is mos 614. conjectura ib.
Vitellio ab omnibus relicto Germani ſoli ad finem uſque fideles manſere 29
Ulphilas, Gothorum Epiſcopus 765
Vocatio Gentium 357
Voluntas libera homini ineſt 67
Votum murmure quomodo faciebant 601
Vrania Venus 175. Cœleſtis ib. Pœnarum Dea 176. Baaleth Schamaim ib. Βήλθης. ib. alias Vranus 198
Vrnæ ſepulcrales 682
Urotalt Arabibus ſol dictus 157
Vulcanus inventor ignis & artificiorum 90. Deorum faber ib. idem qui Thubalcain 92

Z.

Zebutt vel Jodutte ſtatua 725. nominis etymon ib. vera origo idoli ibid. trophæum ib. forma ſignum adjutorii 726
Ζήτησις καὶ εὕρεσις apud Alexandrinos & Byblienſes 106
Ζεύς, unde dictus 272. ἐπικυκλίδιος lapis circularis 504
Zilla peperit Thubalcainum 92
Zonam ſolvere 119

FINIS.